ADDITIONES
AD
THOMAE GRAMMATICI
Olim Regij Conſiliarij in S. R. C. Neap.
Decisiones,

[illegible]

ET ANNOTATA PER PROSPERVM PETRA, & DIDACVM DE MARI constituntur.

[illegible]

AVTHORE

[illegible] DANZA

A MONTEFVSCOLO V. I. D.

Et in Reg. Aud. Principatus Vltra, cauſarum Patrono.

[illegible]

MONTISFVSCOLI, [illegible]

Ex Typographia Octauij Beltrani.

[illegible]

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

EGregie Vir Regie fidelis dilecte. A noi è ſtato preſentato memoriale, videlicet. Illuſtriſsimo, & Eccellentiſſ. Signor. Il Dottor Eliſeo Danza vno delli Auuocati della Regia Audienza di Princ. Vltra, che reſiede in Monteſuſcolo, ſupplicando eſpone à V. E. come volendo dar in luce il ſecondo tomo de Pugna Doctorũ, & l'Additioni alle Deciſioni del Conſigliero Grãmatico, per aſsiſterci eſſo ſupplic. come Autore per non far fare errore, ottenne licenza, che Lorenzo Valerij ſtampatore in Trani, veniſſe in Mõteſuſcolo con la ſua ſtampa per ſtampar queſti libri, & già venne, e ſtampò il ſecondo tomo con le debite licenze, ma non l'Additioni à Grammatico, che non ſi diedero in luce all'hora, adeſſo vuol farle ſtampare, come anco il terzo tomo de Pugna doctorum: ma perche Lorenzo Valerij à chi ſtaua data licenza non può venire con la ſtampa in Monteſuſcolo per ſtare indiſpoſto in Trani: ſupplica V. E. concederle tale licenza ad Ottauio Beltrano ſtampatore in Napoli, che vuol venire in Monteſuſcolo con la ſua ſtampa per dare in luce dette Addittioni à Grammatico, come anco detto terzo tomo, acciò le fatiche, & vigilie d'eſſo ſupplicante vadino all'occhio del mondo, e non reſtino naſcoſte, e ſepolte, per beneficio publico. vt Deus, &c. Et inteſo per noi il tenor del detto memoriale ſemo rimaſti contenti, ſincome con la preſente ci contentamo di concederui licenza, che per ſtampare li ſudetti libri poſsiate aprire la voſtra ſtampa nella Terra di Monteſuſcolo, con che prima vi precedi licenza particolare da Noi di poſſernoſi ſtampare li libri ſudetti, e così eſeguirete, che tal'è noſtra volontà. Datum. Neap. die 30. decembris 1642.

EL DVQVE DE MEDINA DE LAS TORRES.

Vid. Car. de Tapia Reg.
Vid. Zufia Reg.
Vid. Sanfelicius Reg.
Vid. Capic. Latro pReg

Barilius Secretarius.

Vid. Brancia Reg.
Vid. Aſcon Reg.

Locus ſigilli.

Soluit tarenos duodecim.
Cauarretta pro taxatore. *In partium* 111. *fol.* 72.
De Giorno.

Licenza ad Ottauio Beltrano Stampatore, che per ſtampare li ſudetti libri poſſa aprire la ſua Stampa nella Terra di Monteſuſcolo, con che prima vi precedi licenza particolare di V. E. per poſſernoſi ſtampare li libri ſudetti vt ſupra.

Perilluſtris, & Reuerendiſſime Domine:

IN *Additionibus ad Deciſiones Grãmatici, perſpicaciſſimi I.C. Heliſæi Danza à Monteſuſculo Beneuentanæ Diœceſis, nil, niſi ſanam doctrinam, nihilque bonis moribus, Sanctæ Fidei, ac Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ repugnans, inueni: A. proinde typis procuidubio, ſi Reuerendiſſ. D.S. placuerit, demandari poſſe, cenſeo. Beneuenti, die 16. Auguſti 1642.*

Reuerendiſſ. Dominationis Veſt. deuotiſſ. ſeruus
Caſ. Machabæus Prim. Beneu. S.T. & I.V.D.

Viſa fide approbationis factæ à Perilluſt. & Reuer. Dño Caſare *Machabæo Primicerio minori huius Cathedralis Eccleſ. Beneu. de ordine meo facta, dixi, quod Imprimatur. Datum Beneuenti in palatio Archiepiſcopali die 16. Auguſti. 1642.*

Simon Riuarola Vicarius Generalis.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

DE *mandato V.E. perlegi luculentiſſimas Additiones ad Deciſiones Thomæ Grammatici, olim Regij Conſiliarij uſq; ad præſignatum numerum ſexaginta ſeptem conſcriptas ab eruditio I.C.* Heliſæo Danza à Monteſuſcolo*, in quibus nil abſonum inſpexi, quin imprimi non poſſint, ſed commendatione dignas eſſe refertur pro Reipublicæ ornamento, ac Iuris profeſſorum oblectamento, quapropter iuſtiſſimè cenſerem eas prelo dari poſſe, adhibito beneplacito V.E. cui ex debito me in omnibus ſubmitto, & precor Deum te incolumem diu ſeruaturum, pro noſtra Reipublicæ ſubleuamine. Datum Neap. ex ædibus noſtris. Die 3. menſis Iulij 1639.*

Veſtra Excellentia

Addictiſſimus ſeruulus
Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Viſa prædicta relatione. IMPRIMATVR.

Tapia Regens. Brancia Regens. Caſanate Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam. Neap. Die 8. Iunij 1639.
Anaſtaſius.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

IVſſu *V. E. perlegi libenter tertiam partem Tractatus de Pugna Doctorum editam per ſolertiſſimum Virum Heliſæum* Danza*, ac etiam eiuſdem reſiduum Additionum ad Deciſiones Thomæ Grammatici Regij Conſiliarii accommodatum, in quibus nil reperi, quod ius publicum afficiat, ſed potius prædicta commendatione digna eſſe exiſtimo; undè pro Reipublicæ commodo, Iuris profeſſorum utilitate arbitror prelo dari poſſe, ita quoque accedente V.E. beneplacito, cui ex debito me ſubmitto, & precor Neſtorios annos Deũ elargiturum pro Reipublicæ noſtræ tutamine. Datum Neap. ex ædib. noſtris, die 23. Maij. 1643.*

Excell. Veſtræ

Humillimus Seruus
Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neapolit.

Vidit Arias de Meſa Regius Conſ. delegatus per S.E. pro reuiſione librorum.
Viſa ſupraſcripta relatione. IMPRIMATVR.

Tapia Reg. *Zufia Reg.* *Sanfelicius Reg.* *Capiclatro proReg.*

Prouiſum per S.E. Neapol. die 28. Maij. 1643.
Grimaldus.

CAESARIS MACHABAEI S.T. AC V.I.D.

Primicerij Bēnti, & Principis illius Achadem.

AD PERILLVSTREM D. D.

HELISAEVM DANZA V. I. D.

PRO SVIS ADDITIONIBVS

AD DECIS. THOMAE GRAMMATICI.

Hexaſtichon.

TRamite Grammaticum, Petram, Mare, Danza ſecutus,
Doctrinæ; ingenio Iura quaternus alis.
Te facit inſignis primi doctrina diſertum,
Altera te fortem, tertia condit opes.
Quarta tribus doctis virtus ſuperaddita libris;
Currus, vt Eliæ, te ſuper aſtra vehit.

Eiuſdem, ad eundem Authorem.

Eliſeus Danza Doctor Egregius.

ANAGRAMMA.

1 Ius doces ſine dolo, age vt regas.
2 Iuſtè aggrederis laudes ſono.
3 Rurſus ſede Delo ſagaci genio.

Dell' iſteſſo Signor Machabei, all' Autore.

VEggio, che tua virtude in grande eceſſo,
Frà gli Scrittor primieri ogn'hor s'auanza.
Per cui s'ammira ogn' Alma, e'l Mondo iſteſſo.

DEL SIGNOR

FLAVIO ANTONIO CHRISTIANO

AVDITORE IN QVESTA PROVINCIA,

ALL' AVTORE.

VN Eliſeo fù già, cui il ſacro manto
Del buon maeſtro Elia rapito al Cielo
Infiammò il petto d' amoroſo Zelo
Communicò di gran Profeta il vanto.

Tu co'l medemo nome eſtolli tanto
Da li Foſcani Monti il foſco velo,
Ch' à par del carro del Signor di Delo
Stendi la fama da l' Eufrate al Xanto.

Tu d' Aſtrea la bilancia al tuo volere
Abbaſſi, inalzi; il Tempo, e Fato cede;
E ſoggiace ogn' ingegno al tuo ſapere.

S' altri di paregiarti unqua ſi crede,
Vien nuouo Icaro in mar folle à cadere,
Et accreſce più fede à la tua FEDE.

DECII SIMONETTA V. I. D. IN REGIA AVDIENTIA Principatus Vltra Cauſarum Patroni.

IN HELISÆVM DE DANZA IVRECONSVL. PERITISS. FACIENTEM ADDITIONES GRAMMATICO.

ELISSAEVS DE DANZA VTRIVSQVE IVRIS DOCTOR.
ANAGRAMMA.
DECISIONES VERO RARAS VSQVE AD SIDVS TVLIT.
EPIGRAMMA.

TOllis ad aſtra tuum, Doctor celebrande, laborem
Inter, vt Empirei ſidera ſidus agat,
Repere neſcit humi tua mens, Iouis Alitis inſtar;
More nec Icario iàm tua penna volat.
Hoc opus aſtra petat; nàm ſe liuentis ocellus
Suſpicit, & nulla faſcinat arte librum.

RE-

D. PETRVS CAROCIVS NOIANVS

AD AVTHOREM.

Carmen acroſtichon.

E N nouus hic legum, vir conſultiſſimus Orbi,
L Vmina virtutum pandens, caligine pulſa,
I Nſigni Iudex, quo non præſtantior alter,
S Ontis, & inſontis iura, æqua lance miniſtrans,
E Xoritur mundo Famam, virtute perennem,
V Sque ſub Auroræ fines extendere natus,
S Emper in ore veterum nouus auctor honorum:

D Iuinos meret hic ſuperis æquatus honores,
A Odè, quod à puero cæpit ſacra iura beare,
N On ſine iuſtifico Aſtreæ, Nemeſisque rigore,
Z Elotes recti dictus, celebris per ſæcla vigebit,
A Lter Zeleucus quondam Iuſtiſſimus Heros.

DEL SIGNOR ANELLO DE SOCIIS
Prencipe dell'Academia delli Offuſcati.

AL SIGNOR ELISEO DANZA.

CHiamoſſi à gran ragion pria Foſco Monte
Queſt'ond'hebbe Eliſeo già culla, hor ſtanza
Mentre pria mai produſſe huom, ch'à baſtanza
Chiara rendeſſe mai ſua foſca fronte:
Di luce hor ben può dirſi alm'Orizonte,
Mercè del ſaggio, & honorato Danza,
Che tanto in ſue virtuti ogn'altro auanza,
Quant'i lumi minori, il Sol, ch'è fonte.
Cedagli hor dunque Olimpo, e Pelia, ed Oſſa,
E s'altro di ſchernir ſi vanta, e ſtima,
L'arme ree d'Orion di Eoe la poſſa,
Che ſe quei sù le nubbi alzan la cima
L'Eterea mole hà queſt'hor ben percoſſa
Col ſuon de la ſua Fama illuſtre, e prima.

AD LECTOREM.

DECREVI in mei Doctoratus initio, vt per vnum ex Scriptoribus cũctorum cognitio innoteſceret illũ, mihi deſponſatũ habere, & poſt multorum diſcrimen, Grammaticum olim Conſiliarium, Magnũ Criminaliſtam in Deciſionibus elegi, quibus pluries perpenſis, nedum vti breues, & vtiliores in Regno viſæ fuerunt, verùm etiam valdè proficuæ & ad deciſionem cauſarum conferentes; & additamenta facere cœpi & inter ſcribendum apparuerunt in Terra noſtra floridæ lapides, illius Magni Additionatoris Proſperi Petrę; vndè ab addendo deſtiti, inde ne labores deperderentur, ad animum deuenit, illas de nouo reaſſumere, & ſimiliter inter addendum ſuperuenerunt alię, tanquã à Mare fluentes illius Additionatoris Didaci de Mari, ex quibus feruor ſcribendi aufugit; verùm ad Amicorum preces, quibus vtiles videbantur, de nouo illas reaſſumere coactus fui, &, Diuina fauente clementia, ad finem deduxi; Et ne dum reſponſa Authoris arbitratus ſum, verum etiam additamenta eorundem Proſperi Petræ, & Didaci de Mari conſiderando perpendi, & in cunctis ſcriptis per eos ſermonem, & arbitrium habes, quas, ſi minus vtiles perſpexeris, vel infructuoſas perlegeris, ſiue inordinatè, ac non debito ſitu cognoueris, imbecillitati animi, paruitatique ingenij deferas, & maiora expecta.

Vale.

D. ebilis D. anza D. ar D. ebile D. onum!

ADDITIO AD GRAMMAT. DECISIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

Nepos ex primogenito excludit patruum ſecundogenitum, n. 1.

Ius primogenituræ eſt reale, n. 2.

Ius primogenituræ quid ſit, et in quibus habeat locum, n. 3.

Cauſa de vita malitia an compromitti poſſit, n. 4.

Feudum totum dicitur legitimum primogeniti, n. 5.

In electione ſunt eligendi maiores ætate, & quare, n. 6.

Feudum an pertineat ad primogenituram excluſa ſecundogenita, n. 7.

Filij duorum fratrum quomodò ſuccedant patruo in ſtirpes, vel in capita, n. 8.

Filius ergo hæres, & quando, an ſemper ſequitur conſequentia, n. 9.

Filius, an dicatur in dubio hæres patris, ſi bona materna poſſidet, n. 10.

Robertus Rex quis fuit, n. 11.

Frater vterinus coniunctus, an excludat conſanguineum, n. 12.

Frater vterinus, & frater conſanguineus quomodò ſuccedant fratri vterino, vel conſanguineo præmortuo, n. 13.

In feudo nouo, vnus frater ſuccedit alteri, n. 14

Frater conſanguineus an præferatur ſorori in feudo, num. 15.

Frater vterinus in bonis obuentis matri, quomodò ſuccedat cum fratre vterino, num. 16. & 17.

Frater natus ex damnato coitu an ſuccedat fratri legitimo nato, & è contrà, n. 18.

Quid in ſpurijs, vel vulgò quæſitis, ibid.

Frater maior adminiſtrans bona communia an habeat ſalarium de adminiſtratione, nu. 19.

Frater, qui in bonis communibus laborauit, an ex labore ſalarium petat, n. 20.

Filius primogenitus videns alium de feudo inueſtiri, & tacens, an ſibi præiudicet, n. 21.

Et ſi patitur patr. negotiari, vel facere actus ſpectantes ad ipſum, ibid.

Iudex ſuperior poteſt decernere, quod filius admittatur in feudo, facultate aliqua reſeruata, n. 22. & de ratione, ibid.

Nepotes quomodò ſuccedant, n. 23.

Nepotes an proſint Auo ad obtinendam immunitatem, num. 23.

Immunitas conceſſa patri duodecim liberorum conceſſa fuit duabus de cauſis, ibid. & n. 28.

Pater an gaudeat immunitate poſt ſuſceptionē munerum numero tamen filiorum non completo, ſed eo ſuperueniente, n. 24.

Frater, qui manet pro communi, & indiuiſo cū altero fratre duodecim liberos habente, an gaudeat, n. 25.

Hæc immunitas an omnibus patribus ſit conceſſa, vel tantùm Decurionibus, n. 26.

Et ſi filius monacus ſit, vel monaca Religionem ingreſſus, vel ingreſſa, an proſit patri hæc immunitas, n. 27.

Immunitas iſta an duret ad fauorem vxoris viduæ poſt mortem viri, quomodò, & quandò, num. 29.

Pater habens vndecim filios viuentes, alterum verò in vtero, an gaudeat, n. 30.

Filia maritata, et cum viro permanens ſeorſum à patre, an proſit patri quoad hanc immunitatem, n. 31.

Si pater poſt numerum completum duodecim liberorum petit immunitatem, & pendente lite moritur vnus ex filijs, an gaudeat, n. 32. quod quomodò procedat, n. 33.

Et ſi non petijt, ſed diſpoſuit petere, et iter capiat & moritur filius, an gaudeat, n. 34.

Pater habens vndecim filios, & vnum nepotem an gaudeat, n. 35.

Et ſi habet octo filios, & quatuor nepotes ex alio filio præmortuo, n. 36.

F*Ilij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*, Dauid Pſ. 127. Senec. in lib. de benefic. cap. 1. n. 189. & ſeq. beneficia à patribus filijs tradita affert, hæc verba proferendo.

Minimum eſſe beneficium patris, matriſque concubitum, niſi alia acceſſerint, quæ proſequerentur hoc initium muneris, & alijs officijs ratum facerent.

Et beneficium vocat illud vitam, pro vita reddere.

Vnde Patri vitæ filiorum incumbenti, ac in
tos, ſucceſſoreſque proſpicienti, conue-
niunt præcitata verba Pſalmiſtæ; de Iuris
enim diſpoſitione filij patribus ſuccedũt,
& primogenitus ratione primogenituræ
primum locum obtinet, vt Auth. hac in
1 deciſ. 1. inferi: in qua concludit, nepotem
ex primogenito excludere Patruum ſe-
cundogenitum: ſecundùm quam opinio-
nem inclinauit Cappell. Tholoſan. deciſ.
434. Mohed. dec. 38. Abb. conſ. 85. lib. 1.
Et ratio eſt, quia hoc ius primogenituræ eſt
regale, Bellamer. dec. 167. quem non pro
2 hac ratione inducenda induxit Auth. hic
n. 16.
Quod ius primogenituræ eſt tanti ponderis,
vel priuilegij, quòd habet locum etiam
3 in pecunia ex venditione bonorum, in
quibus illud ius primogenituræ viget, de-
ciſum teſtatur Aegid. Magiſt. de feud. c. 7.
Quæro, ſi hæc cauſa de vita militiæ eſſet, an
poſſet compromitti, Affl. dicit quod non,
4 deciſ. 44. Tu autem diſtingue, quòd aut de
quantitate vitæ militiæ diſceptatur. & ab-
ſque regio aſſenſu compromitti non po-
teſt; aut verò lis vertitur: ſi illa debetur,
& compromitti poteſt, vt dicit Afflict. &
ibidem Vrſill. dec. 138 & concordat Mi-
nad. dec. 3.
Num. 2. Aliam rationem adduco; quia feudũ
5 totum dicitur legitima primog. Ann. ſing.
197. meritò ad filium prædictum compe-
tebat: contrarium tamen dicit Apont.
conſ. 88 n. 40.
Num. 11. Ibi in electione eſſe eligendos ma-
6 iores ætate, & non aſſignat rationẽ, quam
ego adduco ex Carauit. ad Rit. 101. n. 2.
quia maior ætate præſumitur maturitate
ſenſus præſtantior
Num. 16. Quæro, quid ſi ſint primo, & ſecun-
7 dogenita, an feudum pertineat ad primo-
genitam, excluſa ſecundogenita, exiſtẽte
in capillo, vide Regent. de Apont. conſil.
10. Fab. de Ann, conſ. 8.
Sed ſi eſſent duorum fratrum filij, quomo-
dò ſuccedant patruo in ſtirpes, vel in ca-
8 pita: dari ſucceſſionem in capita iuxtà
doctrinam Azon. in auth. ceſſante, C. de
legit. hæred. deciſum teſtatur Theſaur.
dec. 162. quam pódera, licet contrarietur
Ioan. Andr. de Georg. allegat. 30. n. 41. et
vide de Franch. decil. 24. adde Malull. ad
Capic. deciſ. 158. n. 8. & deciſ. 208. & ibi
Petr.
Num. 17. verſ. 3. Non ſemper ſequitur con-
ſequentia, Filius ergo hæres; patitur enim
9 hæc regula plures limitationes: pro qui-
bus vide Magon. dec. Lucenſ. 38. n. 15. &
dec. 62. n. 11. Petr. ad Capic. deciſ. 70.
An in dubio filius dicatur hæres patris, ſi
paterna bona poſſidet, quod ſic dicit Ann.
10 ſingular. 636. per conſ. Bald. 16. vol. 4. &
mihi millies occurrit: tu vide Pariſ. conſ.
12. n. 8. volum. 2. Vrſill. ad Affl. dec. 360.
Si vis ſcire, quis fuit iſte Robertus Rex, de
11 quo Author hic pluries facit mentionẽ,
fuit vndecimus Rex huius Regni, vt per
Frecc. de feud. lib. 1. tit. de antiq. Statut.
Regni per tot. fol. mihi 55.
An frater vterinus coniunctus excludat cõ-
12 ſanguineum, Garſ. dec. 16. tenet pro ne-
gatiua: ſed Ioan. Andr. de Georg. allegat.
21. n. 14. conſuluit contrarium, & in alia
allegat. 23. nu. 1. tenet, fratrem vterinum
excludere patruum vtrinque coniunctum
vide Fab. de Ann. conſ. 92.
Sed in alijs frater vterinus, & frater conſan-
13 guineus ſuccedunt fratri præmortuo, ſiue
vterino, ſiue conſanguineo, hoc modo: in
bonis maternis vterinus frater, in paternis
verò conſanguineus, in rebus autem aliũ-
dè quæſitis ſuccedunt æqualiter, ex do-
ctrina Bart. in l. de emancip. C. de legit.
hæred. & Marant. conſ. 92. n. 3. Malull. ad
Capic. dec. 92. in fin. hanc ſucceſſionem
refert.
Nota vnum, quod dicit Affl. dec. 294. quòd
14 in feudo nouo vnus frater alteri ſuccedit.
Frater conſanguineus præfertur ſorori vtrin-
15 que coniunctæ in feudi ſucceſſione, Mi-
nad. dec. 36. qui in alia dec. 26. dicit, quòd
ab Auia materna non ecluditur.
Quæritur, an ſoror vterina in bonis obuentis
16 matri ex latere ipſius fratris admittatur
ſimul cum fratre vterino: & quòd admit-
tatur, teſtatur de Franch. dec. 23. & con-
ſequenter idem de Franch. dec. ſeq. dicit,
quod veluti ipſa ſoror vterina ad partem
maternæ hæreditatis in beneficium con-
iunctorum ex vtroque latere debet ad-
mitti.

mitti,quamuis vterini fratres exiſtant, vigore conſuetud.Neapolit.idem eſſe, cum ſuperſunt fratres,& ſorores ex vtroque latere cum conſanguineis tantùm, ſcilicet vt illa pars cedat in beneficium illorum conſanguineorum tantùm.

Inſuper ad materiam nota, quòd idem de Franch.in alia dec.99.adducit,quòd fra-
17 ter vterinus ſimul cum fratre coniunctò ſuccedit in bonis obuentis ad fratrem mortuum ex linea materna.

Frater natus ex damnato coitu non ſuccedit
18 alteri fratri legitimè nato, nec è contra: quod ſecus eſt in ſpurijs vulgò quæſitis; quia tunc legitimus ſuccedit ſpurio, ex doctrin.Gloſæ in authent. Si qua Illuſtris, quæ dicitur verè Illuſtris ad hoc. C. ad orfician.Nauar.conſ.2.de ſucceſ.lib.3.

Pone,quòd ſint duo,vel plures fratres, quorum maior adminiſtrat omnia bona com-
19 munia,omniaque negotia,ſiue domeſtica, ſiue rutalia gubernat:& alter frater in bonis communibus laborauit: inde in diuiſione frater maior petit ante partem ſalarium pro adminiſtratione,frater verò minor,qui laborauit, petit ſalarium ſui laboris,an debeatur? Quòad primum pro negatiua tenet Iaſon.in l. illud, C. de collationib.num.8. Et licet Fulgoſ.in d.l.illud contrarium teneat, nempè quòd fratri maiori adminiſtranti ſalarium debeatur, tamen nunquam hoc vidit obtentum, vt dicit Gerard.ſingul.84. ea ratione; quia ille frater maior,quòad eius portionem, dicitur poſſidere iure proprio, reſpectu alterius fratris iure familiaritaris; & proinde in eis nullum ius quæſiuiſſe dicitur, Menoch.de arbitr. Iudic.caſ.160. nu.15. Caualcan.de Tutor.& Curator. nu.245. Burlat.con.119.n.6. vol.1.

Quòad ſecundum fratri laboranti in bonis communibus, quamuis alij fratres non
20 laborarunt,ſalarium non debetur,Afflict. in feud.in tit.de Benefic.fratr.cap.1. col. 3.per tex.in l.ex duobus,ff.de negot.geſt. Et ſic ego in vtroque caſu dicebam, & obtinui in cauſa Pompilij Cutilli cum Pirro Ioanne,& Nicolao Antonio Cutillo fratribus.

Et ſi hic filius primogenitus,ad quem feudi inueſtitura ſpectat,vidit de ea alium inue-
21 ſtiri,ſi tacuit,ſibi præiudicat,vt idē Auth. dicit infra dec.103.n.38.Et ſi patitur patruum negotiari,& facere actus ſpectantes ad ipſum,an ſibi præiudicet,vide Menoch.conſil.160.n.8.vol.2.

An ſi Sacrum Conſilium, tanquam ſuperius
22 decreuiſſet circa hanc ſucceſſionem feudi,videlicet quòd hic filius admittatur,& ſuccedat,reſeruata aliqua facultate,valuiſſet.Crauet.conſ.135.dicit,quòd ſic,quia ſuperior poteſt derogare Iuri de præſenti primogenito poſſidente.

Cætera circa ſucceſſionem nepotis,& quomodò admittantur,vide Petr. hic, qui ad
23 Authoris deciſiones fecit additiones, in quibus multa vtilia practicabilia cum labore poſuit: & ſignanter hic num.6.ponit quæſtionem,nepotes non veniri ad beneficium aui ad obtinendam immunitatem ex numero duodecim liberorum: & mouetur ex deciſ.de Franch.259. licet contrarium teſtetur Theſaur.deciſ.267.nu.6. Poſſet Petra multa alia de hac materia cumulare; vnde cum mihi anſam præbuit, dico; quòd hæc immunitas conceſſa fuit patri duplici cauſa. Prima propter onera alimentorum,quæ ſubſtinet,& vt ipſis vacare valeat; altera,quia per inſtrumentum vnius hominis, & ſic per patrem Ciuitas liberis hominibus repletur.Franch.deciſ. 259.n.17.& 21. & proinde aliqua affectam: Et primò,

Quærò.Pater ſuſcepit munera ante completum numerum duodecim liberorum,& eo
24 ſuſcepto,filij ſuperueniunt,numerus adimpletur,an gaudeat immunitate.Conſtant. mouet quæſtion.in l. ſi quis Decurio, C. de Decurionibus, lib. 10. n.11. & ſeq.& pro negatiua affirmat, & ſemper Regiam Cameram ſic ordinaſſe ea ratione; quia quemadmodum, quandò numerus liberorum deficit,non nocet patri quòad immunitatem adeptam, ita & numerus ſuperueniens,quandò munera ſunt ſuſcepta ei non prodeſt.

Et num.15.& ſeq.& ſignanter n.18.dicit,
25 Regiam Cameram ſemper decreuiſſe ad fauorem matris,mortuo viro,filios habentis, & n.19.ampliat. vt hæc immunitas

competat etiam fratribus cum altero fra-
tre duodecim filios habente, pro commu-
ni, & indiuiſo viuentibus.

Et licet non deſint Authores tenentes, hanc
immunitatem conceſſam fuiſſe non om-
26 nibus patribus, ſed tantùm Decurionibus,
per illud verbum poſitum in tex. Si quis
Decurio: quod adducit Reg. Moles in de-
ciſ. 45. quem ad pennam habeo cui te re-
mitto: tamen quicquid contrarij aſſerant,
hodie omnes patres duodecim filios ha-
bentes hoc priuilegio potiuntur.

Verùm ſi vnus ex iſtis duodecim filijs ſit
27 monachus Religionem ingreſſus, an pro-
ſit patri, vel Monaca Religionem ingreſ-
ſa: quidam diſtinguunt, aut immunitas
fuit petita tempore, quo filius, vel filia nō
erat monacus, vel monaca: aut verò quā-
do reperitur monacus, vel monaca: ſi pri-
mo caſu immunitas remanet, & gaudet
ea ratione; quia ſi hæc immunitas retine-
tur poſt mortem aliquotū ex filijs, multò
magis retinetur ob monacatū, cū illa vera
mors ſit, hæc autem ficta: ſi ſecundo caſu,
dubitant; nam dicunt ceſſare cauſam, &
priuilegium; Reg. verò de Ponte in conſ.
16. vol. 1. doctiſſimè articulum diſputat,
& tandem concludit pro Patre, & aſſignat
rationem, n. 21. quia ſicut filius mortuus
in bello iuuat patrem (cenſetur enim per
gloriam viuere) ſic pariter filius ingreſſus
Religionem, qui ob cęleſtem gloriam vi-
uere reputatur. Immò addo, magis viuere
dici monacum filium effectum; quia eius
gloria eſt cęleſtis, vera, firma, felix, perpe-
tua, quę nunquam aufertur ab eo: gloria
verò mortui in bello eſt mundana, & ter-
rena, vana, inſtabilis, tranſitoria, quæ tan-
quam tinea demolitur.

Alia ratio eſt, quare hęc immunitas fuit con-
28 ceſſa, quia vnus homo, tanquam vnum
inſtrumentum deduxit hos duodecim fi-
lios in eſſe, triplex enim eſt eſſe, bonum,
melius, optimum, ſed pater deduxit hos
duodecim filios ad bonum eſſe, & illū qui
religionis ingreſſus eſt deduxit ad optimū
eſſe, & ſic ad religionem; vnde ad patris
commodū videtur, quod ampliatur fauo-
re religionis, cuius gratia multa permittū-
tur, quod ſi filius nepe, ſiue naturalis, ſiue
baſtardus, ſiue ſpurius religionem ingre-
ditur legitimus efficitur, nè dum quoad
honorem, ſed etiam quoad bona, Alexād.
conſ. 35. vol. 3. ſed ſi in tertij preiudicium
vide eundem.

Quæ immunitas durat ad fauorem vxoris
viduæ, poſt mortem viri; ſiue omnes filij
29 ſiue aliqui ex eis: vt concludit D. Con-
ſtant. ibid. n. 28. & ſic ego vidi in filijs de
Medica huius Patriæ, quinque erāt enim
viuentes, tamen cum matre morantes, &
hac immunitate gaudentes, etiam patre
præmortuo, Capoblanc. pragm. 10. n. 38.
An filij ſimul viuere teneantur, vide The-
ſaur. dec. 267.

D. Conſtant. quatuor modis limitat, hanc
immunitatem non procedere, vt ibid. n.
43. ad 48. & Theſ. dec. 267.

Si pater habet vndecim filios viuentes, alte-
30 rū verò in vtero vxoris ſuæ, hanc immu-
nitatem petere poteſt, pro negatiua, dixi
per tex. in l. 2. §. Qui autem in ventre, ff. de
excuſat. tutor. & rationem aſſignabam;
materia immunitatis enim odioſa dicitur,
& proinde reſtringenda, argumento text.
in l. 2. de uacat. muner. & pro ea, quæ no-
tant DD. in l. uacuatis, C. de decur. lib. 10.

Dixi, quòd filius monacus Religionem in-
31 greſſus, uel filia monaca Religionem in-
greſſa, quòad immunitatem patri prodeſt;
quæritur, ſi filia ſit dotata, & cum uiro
permaneat ſeorſum à patre; an priuilegiū
procedat dicas, quòd ſic; quia priuilegiū
non ceſſat, & ſic fuiſſe deciſū per Regiam
Cameram in anno 1554. in perſonā Pau-
lilli Piccoli de Caſali Sanctæ Anaſtaſiæ,
uidetur in libris notamentorum Cameię,
refert Reg. Moles cit. loco, & per Theſaur.
deciſ. 267. n. 5.

Pater poſt numerum completum duodecim
32 liberorum petit immunitatem, & pendē-
te lite ſuper ea, moritur vnus ex filijs, an
immunitate gaudeat: multi dicunt, quòd
non, à ratione ceſſante cauſa, &c. Regens
verò Moles dec. 49. teſtatur occurriſſe in
perſonam Pauli de Alfano cum Vniuerſi-
tate Salerni, & fuiſſe deciſum per Regiam
Cameram contra Vniuerſitatem die 2.
Martii 1555. & rationem aſſignat; quia lex
eſt, quæ dat priuilegium, & non Iudex, vt

firmat

firmat gloſ. in l. fin. C. de his, qui n. lib. ſe excuſat. lib. 10. ſuper ver. impetrata; lex enim facit, vt operetur priuilegium ab eadem lege datum.

Quod ipſe intelligit, dummodo præcedat
33 petitio patris volentis, & petentis gaudere immunitate; quia etiam quòd decretum immunitatis prolatum non fuerit, gaudet, ſecus verò ſi filii, vel aliquis ipſorum moriatur ante petitionem, tunc enim priuilegium non prodeſt.

Ponit alium caſum idem Moles, & eſt: quòd
34 ſi pater poſtquam eius vxor peperit duodecimum filium, & ſic numerus eſt completus, à ſua Patria iter verſus Neapolim accipiat, animo Regiam Cameram adeũdi vt priuilegiũ ſibi concedatur: & antequã Neapolim ingrediatur, & in Camera petat, moritur vnus ex filiis, quòd adhuc gaudeat, etiam ſi nõ petierit, & priuilegiũ non obtinuerit ea ratione; quia animus patris uolentis gaudere, facit quòd ipſo iure gaudeat; & quòd cum Hypolita Caracciola uxor Nicolai de Somma peperit duodecimũ filiũ de nocte, ſtatim poſt illũ natum ille uir adiuit unum ex Præſidentibus Cameræ & oretenus petiit pro ſua cautela declarari immunem.

Verùm ſi ſunt undecim filii, & unus nepos,
35 Regia Camera ampliauit hoc priuilegiũ in perſonam Aloyſii de Matthio de Terra Saniæ, quod debet etiam gaudere, ac ſi eſſent duodecim filii, referente D. Archiepiſcopo Tranenſi die 10 Iulii 1554. quæ deciſio maxima uidetur, & exemplaris, cũ nepos filii uiuentis prodeſt patri ſuo, nõ autem auo, l. 2. ff. de numer. & honor. & licet iura dicant, quòd filius repræſentat patrem, tamẽ quoad exemptionem, Iura, & DD. intelligunt de patre mortuo; non autem de uiuente, l. nepotes, & ibi Gloſ. C. de his, qui n. lib. ſe excuſat. lib. 10. & ibi Io. de Plat. & probat tex. in l. 2. §. non ſolum, ff. de excuſat. tutor. uide Reg. de Apont. conſ. 16. uol. 1.

Quæro unũ Pater habet octo filios, & quatuor nepotes ex alio filio præmortuo, utrũ dicatur numerus duodecim completus, & gaudeat, tex. in l. 2. §. non ſolùm, ff. de excuſat. tutor. quòd non decidit in his uerbis: *Quodcunque autem Auo nepotes fuerint ex vno filio pro vno numerantur*; & proinde dicitur, quòd non gaudet.

Eliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. II.

SVMMARIVM.

Affectus quid eſt, & quotuplex eſt, n. 1.
Animi ex paſſione omne malum oritur, n. 2.
Affectus non punitur non ſecuto effectu, nu. 2. & 3. & c. 2.
Limita in crimine falſæ monetæ, n. 4.
Limita, n. 5.
Limita in atrocioribus. 6. in crimine læſæ Maieſtatis, n. 7.
Limita in eo, qui attentauit contrà pacem publicam, n. 8.
Limita in eo, qui tractauit occidere Officialem, vel ſuum Dominum, n. 9.
Limita in crimine ſodomiæ, n. 10.
Limita in delictis conſumatis, n. 11.
Fatuus quis ſit, n. 13. fatuus furioſus, demens, captus, & ſtultus idem ſunt, n. 14.
Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, n. 14.
Aſſaſſinium non conſumatum quomodò puniatur, n. 15.
Aſſaſſinij ſpecialia, num. 16.
Aſſaſſinus dicitur, qui inimicum mediante pecunia duxit ad locum, vt occidatur, nu. 17.
Aſſaſſinus an dicatur, qui ex odio particulari mandauit inimicum occidi, num. 18.
An dicatur aſſaſſinus, qui propriam iniuriam vlciſcitur cum ſocijs pretio num. 19.
Aſſaſſinium an dicatur probatum per confeſſionem mandatarij, num. 20. & 21.
Falſitas an comprehendatur in indultu, nu. 22. & 23.
Falſitas non nociua, an dicatur falſitas, & punibilis, num. 24.
An dicatur ſine illis tribus requiſitis, num. 25.
Si eſt acta ad nocendum, an puniatur, num. 26.
Raptus in delicto ceſſat omne priuilegiũ, n. 27.
Falſæ monetæ crimen ſola M. C. cognoſcit, n. 28
Simonia quomodo committaturr, n. 31. & 32.
Beneficij collatio per ſimoniam, an valeat, n. 33.
Simonia inducitur ex ſola confidentia, n. 34.

Si

Simonia probatur per coniecturas euidentiores, & iudicia concludentia,num.34.

Simplicitas non excuſat à Simonia,num.35.

Papa confirmans permutationem non præſumitur,velle ſimoniacam confirmare, num.35.

Expenſæ,ut beneficium conferatur,repeti non poſſunt,ſi adeſt ſimonia,num.36.

Confeſſio non probat,niſi delicto probato,nu.37.

Confeſſioni per principalem facta non ſtatur, vt ſequi poſſit condemnatio,num.38.

Ligantes coniuges,vt matrimonij copula impediatur,quomodò puniuntur,num.40.

Amatoria pocula dantes an puniantur,num.40.

Matrimonium factum ab inducto ex medicamento,vel alio remedio,ad contrahendum, ex quo mens alienatur, poteſt nullum declarari ratione conſenſus,qui non interuenit in matrimonio,num.41.

Iudex non debet fidem adhibere non veriſimili,nu.42.

In veriſimilitudo dicitur falſitatis imago, nu. 43.

Teſti deponenti non veriſimile non eſt credendum,n.42.

Veriſimilitudo habetur pro veritate,n.42.

Veriſimile eſt attendendum in perquirenda veritate,n 42.

Inſtrumentum continens, non veriſimile non valet,& eſt ſuſpectum,n.43.

E*T hæc fuit vita humanæ deceptio; quoniã aut effectui,aut regibus deſeruientes homines in communicabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt*,Sapient.cap.14.nu. 21.

Affectus eſt vehemens animi paſſio animum torquens,& uerum iudicium rationis im-
1 pediens: hæc ſunt uerba poſita per Boer. pro definitione affectus de conſolat.lib.1. proſ.1.lit,D.folio mihi 41. Qui etiam infert quatuor eſſe animi effectus, gaudium nempe,dolorem, ſpem, & timorem : quæ dicuntur infructuoſæ ſpinæ; quia ſuffocãt ſegetem rationis,quę eſt ſcientia, & uirtus.

Ex animi paſſione igitur omne malum oritur; homines enim affectui deſeruientes decipiuntur;& conueniunt præcitata uer-
2 ba; undè de iuris diſpoſitionis dubitatur, an quis tantùm pro affectu puniri poſſit; regula enim ſe habet, quod non punitur affectus,effectu non ſequuto: ut Aut. hac in decıſ.2.infert: quam ſequitur Viu. cum alijs per eum allegatis dec.487.

Licet Aut.n.8.ex Angel.de malefic.dicat de generali conſuetudine totius mundi, nun-
3 quam puniri affectum, non ſequuto effectu,concordat Hieron. de Laurent. deciſ. Auenio n.99.nu.1.qui ex allegata conſuetudine generali, etiam in atrociſſimis dicit,mitius puniri eum,qui actum non perfecit,licet ad actum proximum deuenerit tamen declaratur in infraſcriptis caſibus non procedere.

Primò ex authore noſtro infrà dec.74.in fal-
4 ſificatione monetæ: pro qua ſi aliud, niſi expreſſio formæ deficiat, pœna mortis punitur.

Secundò ex Mſinger.cent.3.obſeruat.9.hãc
5 regulam limitante in caſibus, in quibus ſolus conatus punitur,& ponit exemplum in l.ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop.& Cleric.

Tertiò ex author.hic n.6.in atrocioribus, in
6 quibus affectus punitur etiam effectu non ſequuto,ex gloſ.in l. 1. §. hęc autem uerba,ff.quodquiſq; Iuris, ultra DD. relatos per Aut.hic cum quo concordat Clar. §. fin.q.92.n.2.

Quartò in crimine læſæ Maieſtatis: pro quo
7 ſciens de ſola ſcientia punitur,Thom,Triuiſ.dec.51.palat.Apoſt. Venet.quam adduco infrà,dec.6.ampliat.7.

Quintò ex Andr.Gaill.obſeruat.14.lib.1. in
8 eo, qui attentauit contra pacem publicã tractatum facere, punitur, quamuis effectus non ſequatur.

Sed ſi conatum,ſeù tractatum de occidendo
9 Officialem, uel mortem ſui Domini machinauerit,an puniatur effecto non ſequuto, Guid. Pap. quęſt. 344. decidit,quod ſic,& ſic fuiſſe in Senatu obſeruatum: ubi habetur,quid ſi machinauerit mortem alterius Officialis non ſuperioris.

Sextò fallit in crimine ſodomiæ ; grauius
10 enim, & deteſtabilius eſt: pro quo ſolus conatus punitur, Peguer. deciſ. Catalon. 75.

Septimò declaratur,quod in criminibus, in
11 quibus reperitur delicti conſumatio, ac

perfectio, ſufficit, vt deueniatur ad actum
proximum, ex Fabr. deciſ. 21. de pœnis.
Et licet, vt ſupra oſtenſum fuit, non ſequuto
12 effectu quis punitur, intellige tu, pro vt
intellexit author hic, n. 6. puniri nõ eadem
pœna, ſed extraordinariè.
Author hic, n. 2. demonſtrat, quod fatuus iu-
13 dicatur, quando loquitur abſque propo-
ſito, vel quandò loquitur, & non intelligi-
tur, nec percipitur ab audientibus, Petra
verò hic n. 1. dat ſigna fatuitatis, & mul-
tos authores allegat, ad quem te remitto,
ne exemplare videar: vnum tamen addam
14 ex Eccleſiaſtic. cap. 19. n. 2. quod *vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos*: fatuus tamen furioſus, de-
mens, mente captus, & ſtultus idem ſunt,
Boer. dec. 23. n. 47.
Numero 25. infert Author, quod aſſaſſinij
crimen longè atrociſſimum eſt: in tantum
15 eſt verum, quod etiam, ſi quis pecunia
corruptus pro occidendo vulnerauerit
tantùm, & non occidit, non punitur pœna
aſſaſſinij, Carocc. deciſ. caſ. 39. & proinde
ſi perfectè conſummatũ non eſt, non im-
ponitur vera pœna aſſaſſinij: vt dicit au-
thor hic, n. 25. & iterum deciſ. 74. nu. 15.
neceſſe enim, vt mandatarius aſſaſſinus de-
ueniat ad actum proximum, & quod acce-
ptauit mandatum: alias ſi non probatur,
non poteſt puniri de aſſaſſinio, Gabriel. in
commun. opinion. tit. de Malefic. concluſ.
1. n. 39. & poſt eum Maſull. ad Capic. de-
ciſ. 112. n. 1. & debet probari qualitas aſ-
ſaſſinij, & eius ſpecialia, vt adducit Petr.
hic; noluit enim in hac deciſ. dicere de aſ-
16 ſaſſinio, ſed tantum de eo tetigit infrà de-
ciſ. 65 n. 1. ſpecialia verò in hoc crimine,
& pœnis ipſius habes per Moſcatell. in
pract. crim. in tit. de pœnis aſſaſſ. per totum
Maſull. ad Capic. deciſ. 155. & per Cata-
lan. de indult. cap. 32. n. 21. & ſeq.
Et ſi quis pecunia corruptus aliquem inimi-
17 cum ad quemdam locum duxerit, vt oc-
cidatur, & poſteà fuit occiſus, non dicitur
aſſaſsinus, ex Caroc. deciſ. caſ. 39. qui al-
legat Barſatt. in tit. de mandat. ad homi-
cid. n. 34. Maſull. verò ad Capic. dec. 155
n. 4. conſiderat, quod ſi quantitas pecuniæ
ſit modica, dicitur potius loco expenſa-
rum, quàm corruptè ad aſſaſsinium com-
mittendum, & materiam aſſaſsinij latè
exaraui in meo 2. tom. de pugn. Doctor.
tit. de aſſaſſ. tamen adornatum eorum, quæ
poſt ibi ſcripta collexi.
Quæritur, ſi Titius mandauerit Seio, vt me-
18 diante pecunia occidat Sempronium, &
Sempronius eſt inimicus, & Titii mandã-
tis, & Seij mandatarii: vndè reſpectu Seii
mandatarii concurrunt, & præmium rece-
ptum à Titio, & inimicitia particularis, ſi-
uè odium proprium cum Sempronio, an
aſſaſsinii pœna puniatur: ego in cauſa Iulii
Fera inquiſiti de homicidio in perſonam
Donni Pauli Mottula conſului, aſſaſsiniũ
non iudicari, concurrente cum mandata-
rio præmio recepto, & odio particulari, &
mouebar ex Vulpell. conſ. 143. n. 10. quẽ
ſequitur Baiard. ad Clar. §. aſſaſsinium, n.
20.
Ex quo infertur ex eod. Vulpell. citat. loc.
19 quod nec aſſaſsinus iudicatur, qui pro-
priam iniuriam vlciſcitur cum ſociis tamẽ
mediante pecunia, & pretii conuentione,
quem ſequitur Ambroſin. cap. 7. n. 10. de
Immunit. Eccleſ.
Eſt commiſſum homicidium, & præſumitur
20 cum aſſaſsinio, ſed non probatur, niſi per
confeſsionem mandatarii, an aſſaſsinium
probatum iudicetur: de Thoro tom. 1. cõ-
pend. deciſ. in verbo aſſaſsinium, mouet
quæſtionem, & concludit, quod ſic, & aſ-
ſaſsinum pœna aſſaſsinii puniri debere: &
mouetur, ex Clar. §. aſſaſsinium, n. 6. & ex
Moſcatel. pract. crim. tit. de homicid. cum
aſſaſſ. & pœn. ipſius crimin. n. 13. ſi tamen
rectè Clar. perſpicitur, loquitur in alio ca-
ſu; nempe ſi crimen hoc tanquam atro-
ciſsimum probatur per probabilia argu-
menta, & Moſcatell. etiam in diuerſo ca-
ſu, loquitur; nempè ſi ad actum proximũ
21 fuerit deuentum, Maſull. verò ad dictam
deciſ. 155. ex aliis ibi citatis concludit,
quod quandò huiuſmodi delictum non eſt
alio modo verificatum, quàm per confeſ-
ſionem partis, non poteſt confitens pœna
capitali puniri.
Verùm quia, ex cauſa aſſaſsinii valdè fines
22 egreſſus ſum, redeũdo ad authorem n. 28.
ibi quod falſi crimen, quia atrociſsimum
eſt,

eſt,non includitur indultu: quod idem di-
cit infrà deciſ.74.n.18.concordat Pugna-
tar.ad prag.4.de falſ.nu.15.& Campagn.
ad cap.Regn.miſericordiam, num.15. &
Clar.§.final.q.59.ver.huiuſmodi; qui in-
fert quod ſtante Decreto, quod omnes
carcerati relaxentur cum aliquali condi-
tione,nempè per ferias,vel de concordã-
do,vel redeundo,vel ſimili, non extendi-
tur ad carceratos pro crimine falſi,niſi ali
ter conſtet,uel aliter ſenſerint ſtatuentes,
Bart.in l.Lutius,ff. ad Turpilian.inditia in
falſi delicto debent eſſe indubitata, quod
23 aliter res non poſſit ſe haberi quoad con-
demnationem: ſecus verò quoad proce-
dendum,vel quoad torturam, vel quoad
ſuperſedendum in cauſa ciuili,Coſta de
ſcient.& ignorant.cent.1.diſtinc.6.n.5.

Eadem n.ibid.quod non noceat, non habet
locum pęna falſi: adde,quod ſi falſitas nõ
24 eſt nocua,non punitur,Farinac.lib.5. de
ſimulat.& falſit.q.150.par.12.& ratio eſt
vulgata; quia falſitas,vt committatur, &
ſit punibilis, illa triaq; requiruntur: videli-
cet,mutatio veritatis,mutatio cum dolo,
& alterius nocumentum,Afflict.dec.404.
n.8.

Verùm ſine illis tribus delictum falſitatis po-
25 teſt eſſe,Alex.conſ.74. vol. 1. & aſſentit
Pugnatar.ad prag.4.de falſ.n.18.

Sed ſi eſt apta ad nocendum, punitur Farin.
26 eodem lib.q.150.par.12.n.335.qui eod.
tom.1.dicit,an puniatur falſitas commiſſa
ſine dolo,& qua pęna.

Numero 29. ſtante quod in delicto raptus
27 ceſſat omne priuilegium de Franch.dec.
88.n.4.& de raptu latè dixi eod. tom. 2.
tit.de raptu.

Numero 3. quod de hoc crimine falſæ mo-
netæ ſola M.C.cognoſcit,quamuis Baro-
28 nes habeant priuilegiũ cognoſcendi de
omnibus delictis,etiam de illis,de quibus
ſola M.C.cognoſcit,de Franch.dec.275
adde Fab.à Mont. Leon. in pract. arbitr.
par.4.tit.Iur.Can.Sanct. contrà falſ. mo-
net.reos fol.180.

De hoc crimine latius dicam infra dec. 74.
29 eod.n.dum auth. hic tangit articulum ſi-
moniæ,& in hoc vol.deciſionum illius ma
teriam amplius non proſequitur, placuit
hic aliqua dicere.

Et primò ſciendum, quòd de hoc crimine
30 ſimoniæ ſcribit,Iul.Clar.in §.ſimonia, &
Menoch.de arbitrar Iudic. lib.2. cent. 5.
caſ.405 & Franc.Marc.q.543. tamen cũ
libros reuoluendo,aliqua inuenerim, tan-
tùm notabilia tangam.

Et in primis eſt ſciendum,quod ſimonia cõ-
31 mittitur mercede,prætio,vel alio pacto,
& conditione,& non gratis,Collettan.in
Conc.Trid.de reformat.cap.1.n.44.folio
mihi 118.

Simoniaci qualiter priuentur beneficijs, &
32 ad inducendam ſimoniam,ſint paria pro-
mittere pecuniam, vel aliquid aliud, vel
illam,ſeù illud dare,vide Caſſiodor.dec.5
tit.de conſt.& Natta conſ.293.

Quærò: fuit facta collatio beneficij per ſimo
33 niam inter reſignantem,& reſignatum,ſi-
ne præſentatum,an valeat: de quo inter-
rogatus dicebam,non poſſe,nec valere,ex
Boer.dec.177.qui reſpondit,nolle paciſci
ante,vel poſt collationem aliquod dare,
ne dicatur ſimoniacus, ſed in eius reſide-
bat animo velle ſpontè purè aliquid reſi-
gnanti poſt collationem donare: quod
permittebatur ex Natta conſ.299. n. 10.
34 Ego replicabam, quod licet, ex allegatis
hoc permittererur, tamen tutus in con-
ſcientia non eſſet; quia ſola confidentia
inducit ſimoniam,ex dec.Vera 201 part.
1.licet Flamin. Pariſ. in tract. de benefic.
reſignat.tit.de confiden.benefic. q.68.n.
19 aſſerat inditia,& coniecturas in crimi-
ne ſimoniæ debere eſſe euidentiores, &
concludentia, & in tantum eſt hoc crimẽ
enorme,quod etiam ſimplicitas, ab eo nõ
35 excuſat,Puteus dec.163.lib.2.& quando
Papa confirmat permutationem,non præ
ſumendum,eſt velle permutationem,ſimo
niacam, & ſic defectuoſam confirmare,
Vera dec.203.par.1.& propterea conſu-
lebam,quod ſe ab hoc caueret, & iterum
reſpondit; *quis eſt hic,qui facit hoc,& lau-
dabimus eum*; cui reſpondi: *innocens ma-
nibus,& mundo corde*: & his non obſtan-
tibus ægrè ferens mea verba, beneficium
obtinuit;vnde *Beati,quorum tecta ſunt pec-
cata*.

Aduerte,quod ſi fuerint ab aliquo factæ ex-

36 penſę, vt beneficium conferatur ſimoniacè, illæ expenſæ repeti non poſſunt, Ant. Corſett. in ſing. ſuis, in verb. ſimoniæ.

Num. 38, verſ. vndè confeſſioni, adde, quod hæc confeſſio ei non nocebit, nec nocere 37 poterat; cum in forma iudicij facta non ſit, ex Gerar. ſing. 67. & inſuper dico, quod etiā ſi fuiſſet facta in forma iudicij, adhuc non probant; quia confeſſio de delicto nō probat, niſi de delicto appateat, & dicitur confeſſio in formis, & nihil operatur, Marant. conſ. 98. & confeſſio per delinquentem facta non dicitut delictum probatum: ſed alia requiruntur, vt per Marſil. verſ. 8. n. 2. vt dicam infrà dec. 48.

Nota ad materiam ibi in verſ. & quod non ſit ſtandum, quando ex confeſſione facta per 38 principalem in iudicio, vel extrà, poſſit ſequi condemnatio, vide Capic. dec. 189. Affl. dec. 182. 191. 372. & Ann. alleg. 8 & de confeſſo, & confeſſ. latè dixi in meo 3. tom. hoc eod. tit.

Author hic n. 32. loquitur de abortu, de quo 39 titulum amplum, & ſeparatum feci in 2. tom. tit. de abort. cui te remitto.

Mouet hic Petra quæſtionem; qua pęna pu-40 niuntur, illi, qui ligant viros, vel vxores, vt matrimonij copula impediatur, & remittit ſe ad Affl. in conſtit. amatoria pocula: ex quo habetur virtute dictæ conſtitutionis, quod ſi ligati patientes viram, vel ſenſum amittant, morte puniatur: ſi verò in nullo lædantur, per annum carcerentur, & bona publicentur.

Ego autē addo, quod ſi virtute medicamen-41 ti, vel alio remedio adhibito eſt quis inductus ad matrimonium contrahendum, & eius mens alienatur, poteſt petere, matrimonium nullum declarari ratione conſenſus, qui non interuenit in matrimonio: vt refert Affl. occurriſſe in quodam iuuene in conſtitutione mala noxia n. 2. & vide, quæ dixi in tom. 2. tit. de abortu, c. fin. nu. fin.

Author hic n. 42. dicit, quod Iudex non de-42 bet fidem adhibere, non veriſimilibus: tu adde, quod teſti deponenti non veriſimile non eſt credendum, Felin. in cap. licet cauſam ver. nota, decimò. de probat. & eſt ſuſpectus de falſo, nullamq; fidem facit, idē author infrà dec. 28. n. 1. & 2. quem ſequitur Imbrian. in tract. de repulſ. repulſ. requiſit. 2. n. 88. & ratio eſt; quia veriſimilitudo eſt adeò potens, quod habetur pro veritate, Oldrad. conſ. 13. de Franch. dec. 153. n. 6. & in perquirenda veritate veriſimile attendendum eſt, Aretinus. conſ. 9. n. 2. & quod à veritate diſtat, dicitur in ve-43 riſimilitudo, ſeu quędam falſitatis imago, Author cit. deciſ. 28. nu. 1. quem ſequitur Ioſeph Ludouic. deciſ. Luceuſ. 13. nu. 29. Crauetr. conſ. 28. Guid. Pap. ſing. 809.

Et eſt adeò verum, vt ſi inſtrumentum non continet veriſimile, nullum dicitur, & non valet, Crauett. conſ. 134. n. 36.

ADDITIO AD DECIS. III.

SVMMARIVM.

Incendij plura ſunt genera, n. 1. & 2.

An præſumatur emiſſum culpa inhabitantium, n. 3. & 15.

Quæ ſit eius pęna, n. 4. 5. & 6.

Emittens ignem in die ventoſo an puniatur, teneatur ad damnum parti, n 8.

Conductor an teneatur ad emendam rei combuſtæ, n 9. & 10.

Dominus an teneatur pro incendio commiſſo per familiam, n. 11.

Domus vicini an poſſit deſtrui cauſa incendij euitandi, n. 12. & 13.

An procedat tempore peſtis, ibid.

Bona eiecta in mare pro ſaluandis in Naui exiſtentibus, quis reficiet, n. 14.

Incendium quibus cauſis præſumatur culpa emiſſum, n. 16.

An præſumatur ortum ex cauſa fulminis, & tonitrui à cœlo prauenientium in die tempeſtoſo ibid.

Quæ cauſæ excuſant à culpa incendij, numero 17.

Igne poſito ad caudam muſtelæ, vel canis, quis pro eo teneatur, n. 18.

Incendij tempore ſi adſunt in Domo, vel Hoſpitio plures aduenæ, cuius culpa præſumitur incendium, n. 19.

Et ſi neſcitur emittens, quis punitur, num. 20.

B Vid-

Vulneratus in rixa ſi neſcitur percuſſor, præſumitur is rixoſior, & primus agreſſor, n.20.
An præſumatur vulneratus ab eo, cum quo rixatus eſt, n.21.
Incendij in cauſa quomodò procedatur, n.22.23 & 24.
Incendiarij paleæ, vel feni, an comprehendātur ſub prag. n.25.33.34.& 35.
Palea an ſit in fructu, n.26.27.& 28.
Decima an ſoluatur pro palea, n.29.30.& 31.
Oliuæ vinearum an dicantur fructus induſtriales, n.32.
Capanna in campanea exiſtens ſi fuerit combuſta, an comprehendatur ſub prag. n.36.37 & 38.
Capanna an appellatione domus comprehendatur, ſi non adſint beſtiæ, ibid.
Supporticus, in quo nullus habitat, an comprehendantur in prag ſi fuerit ibi emiſſum incendium, n.39.& 40.
Capanna parua, vel parui momenti, an dicatur capanna, n.42.
Incendium ad hoc vt puniatur, an requiratur dolus, & ſic ex propoſito, vel ſufficiat eſſe caſuale, n.43.44 & 45.
Incendium ſequutum caſu fortuito quomodò arguitur, n.46.
Incendiarij an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, n.47.
Depopulatores agrorum qui ſint, n.49.
Depopulatores agrorum an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, n.47.& 48.
Incendiarij an ſint ipſo iure excommunicati, vel ſint excommunicandi, & de quibus, Incendiarijs n.50.& ſeq.

ET *in delicijs vixerunt, cum viderint fumum incendij eius longè ſtantes propter timorem tormentorum eius dicentes; Va, væ Ciuitas illa magna Babylon, Ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Apocalipſ.cap.18.n.10.

Seneca.lib.4.natural.quæſt.nu.25.fol. mihi 838.plura genera incendii eſſe affert, &
1 incendii emiſſi parum, multoties emittitur incendium ab inimicis, multoties caſu adſtantes propter timorem nō accedunt: & hiis præcitata verba conueniunt; proinde quando neſcitur ignem emittens, præſumitur culpa habitantium; vt in hac dec. 3. Author affert, in qua Pet. nil de incendij materia addidit: & contrarietas DD. colligitur, & congruum erat, vt cauſa decideretur, ad hoc vt ſciretur: quorum opinio ſit ampleċtenda: & cū Author ſe poſuit in medio, diſtinguendo, diluc:dando, & declarando opiniones, dicere poſſum, quod ſe poſuit in camino ignis ardentis, pronunciando pro igne: & concludit, quod incē-
2 dium ex culpa ſequutum nocet culpoſo, & eandem opinionem ſequendo. Sacrum Conſilium aliàs abſoluit quendam non culpoſum ex incendio ſequuto non ex ſua culpa Affl.dec.57. Iol.Lud.dec.Perui.25.
Et opinionis Authoris, quod regulariter incendium præſumitur culpa inhabitantiū, ſequitur Franc.Marc.dec.61. par.1. Menoch.de arbitr.caſ.390 Rolan.à Val.cōſ. 95.vol.2.Maſcard.de probat.vol. 2.cōcl. 892.Fab.de Ann.ſing.694 Maſull.ad Ca
3 pic.decif.27.n.5. Campag.ad cap.Regn. Pridem tibi mandatum per tot.& Abb.in c.ſi egreſſus, de iniur.& damno dato, vbi habes an procedat.de Iur.Canonic. Moſcatel.in pract.crim.tit. de incend.n.9.idē tenet, nempè ſemper præſumi incendium prouenire culpa habitantium, cū culpa hominis omne malū præſumatur, & nos debemus adaptare, & accommodare ſenſus, & cogitationes noſtras ad ea, quæ frequentius accidunt; & proindè cum ſæpius incendiū emittatur, quæro, quæ ſit eorū pęna, & quomodò contra incendiarios procedatur. Pluries occurrit, & fuit dubitatū, in quam pęnā cōburentes veniant, Auditor Imbrianus allegabat Clar.q.68. verſ. incendiarij; Ex quo diſtinguebat, ſi intrà oppidum propter inimicitiam, aut prædā
4 incendiū emiſſum ſit, emittens pęna mortis punitur, ex l.capitalium, §. incendiarij, ff, de pœn. quē ſequitur Reg Rou.in prag. 2.de iuriſd.ad inuic.non turband.n.44.Si verò extrà oppidum tugurium combureretur pęna triremium afficitur; vel ſi ædes, vel frumentū iuxtà alias ædes comburerentur pęna legis, qui ædes, ff.de incen.ruin. naufr.puniretur, ex Cabal.reſol.crim.cēt. 1.caſ.22.n.3.& 4.& Clar.ibid. Ego verò licet poſſem dicere, quod non poteſt quid certum dici; cum neſciatur delinquens, & neſcitur; quia de nocte com-

commiſſum fuit; ſi interuenit dolus, uel
5 culpa, & ſi fuit emiſſum cauſa inimicitię, vel prędæ, & ignorantur qualitates delictum aggrauantes; quę ſi ſcirentur, poſſet declarari pœna, ex adductis per Lucchin. de Curt. conſ. 61. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 1. & per pulchram deciſ. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. 25. quando eſt incendium de nocte immiſſum, Afflict. in conſtit. Regni. ſi damna, & Marant. conſ. 42. tamen vnum notandum neceſſarium puto; quod ſi incendium eſt emiſſum in campanea,
6 eſt emiſſum in rebus, vel in animalibus, ex eo quia illorum Dominus noluit recactũ petitum dare, vel vt recactantes recactum habeant, eſt pęna mortis impoſita, & parentes, & affines vſque ad quartum gradũ damna pro incendio emiſſa reficere teneātur, ex prag. 12. de æſtu. lib.

Quidam colonus pro ſua ſtipula comburen-
7 da ignem immiſit, ſed in die ventoſo, & incendium fuit adeò vltrà quòd alteri damnum intulit, an teneatur, vide Grammat.
8 vot. 19. & Afflict. in conſtitut. Regn. ſuper inciſionibus, n. 12. & Farinacc. deciſ. 19. Extat de hoc ſingulare votum D. De Thoro. 27.

Concludit in hac dec. Auctor, conductorem
9 ad emendam rei combuſtæ teneri: tamen Gaill. obſeruation. 21. lib. 2. dicitur, quod non tenetur, niſi de ipſius culpa conſtat, rationem aſſignat; quia incendium connumeratur inter caſus fortuitos, & eos nemo præſtare tenetur: ad quod aſſerit Mſinger. obſeruation 68. centur. 6. concordat Farinacc. q. 110. n. 36. vbi potiùs caſu fortuito in dubio, quàm culpa hominis incendium præſumitur, & nouiſſimè Thoro tom. 3. compend. deciſion. verbo incendium, fol. mihi 546.

Et vt conductor teneatur, locator tenetur
10 probare perſonam determinatam: vt aduertit Auctor hic n. 4. addentes ad Clar. quæſt. 68. verſicul. incendiatij: ſed quomodo vide Rolan. conſil. 95. tomo. 2. Magon. deciſion. Florent. 11. Ioan. Anton. Intrign. ſing. 57. & Menocch. de atbitr. Iudic. caſ. 390. Farinacc. q. 110. cap. 2. n. 93.

Sed ſi per factum alicuius familiæ, aut fami-
11 liaris, aut hoſpitis datum fuerit incendium, ipſius periculum non tranſit in Dominum, Menocch. conſ. 93. vol. 1. Afflict. deciſ. 57. n. 50. Gaill. obſeruat. 21. lib. 2. n. 6. Magon. deciſ. 91. Ludouic. Roman. verò ſingul. 29. dicit, quod ſi fuerit pactum, quod non teneatur de incendio, tamen ſi illud per ſe, vel per familiam fit, tenetur.

Nota quod diſtinctio, quā facit author quod aut conſtat de culpa, & vicinus tenetur, aut non conſtat, & non tenetur, concordat Gaill. obſer. 21. lib. 2.

Petra hic n. 3. infert, ſi ex igne emiſſo domus
12 uicini deſtruitur, ne incendium ulterius progrediatur, quæ deſtrui poteſt per tex. in l. ſi alias, S. extat, ff. quod ui, aut clam, quod uicini tenentur eorum ſumptibus deſtructam domum reficere, & allegat Afflict. in conſtit. qui doloſè, n. 4. Tu adde, quod eandem opinionem tenuit Gaill. obſeruar. 21. n. 4. & eandem quęſtionem mouet Marc. de mant. ſing. 351. & concludit domum reſarciri debere communibus uicinorum expenſis, ea ratione, quia pro communi utilitate ipſorum fuit deſtructa, ſequitur Farinac. q. 110. n. 151.

Quod amplia procedere etiam tempore pe-
13 ſtis, itaut uicini teneantur domum uicini deſtructam reſarcire, ſi publica authoritate fuerit factum, Dec. conſ. 651.

Infert Petr. eodem num. 3. in Concluſione
14 firmans, ſicuti Domus Nauis pro ſaluandis omnibus proiecerit bona in mare, omnes reſarcire tenentur. Adde, quod ſi quis occupauerit, uel detinuerit bona naufragij, uel incendij, tenentur, ex auth. nauigia, Cod. de furt. & ſeru. corrupt. cuius diſpoſitio procedere etiam de Iure conſtitutionis Regni, dicit Mangrell. ibidem, uide Afflict. in conſtitution. Regni Dohanę ſecreti, num. 4. & puniri debere dicebam ego eos, qui in incendio cauſato, & orto in Sacra Domo Beatiſſimæ Domus Montis Virginis in anno 1611. multa bona mortuorum ex incendio abſtulerunt. uide Marc. quęſt. 893. Petr. hic numero 23. pęna capitali puniri teſtatur: uide Reg. de Apont. deciſ. 21. n. 15. & ſeq.

Nu.13. author ibi vigilem, nota vnum ſing.
Marſil.74. quod eſt valde notãdum, quod
15 licet incendium culpa habitantium præ-
ſumatur, ſi illi habitantes conſueti erant
eſſe vigiles, & non appareant contra eos
inditia, non tenẽtur, quamuis præſumptio
ſit contra eos, Theſaur. dec. 24.
Dixi incendium præſumi culpa, quæro in
quibus caſibus incendium præſumatur, in
16 in quibus autem quis excuſetur? Farinac.
in q. 110. cap. 1. 2. & 3 à n. 1, vſque ad nu.
100. ponit nonnullos caſus, in quibus præ
ſumitur culpa, & nonnullos alios, in qui-
bus non præſumitur, & excuſatur: tamẽ
ego referam infraſcriptos magis dubita-
biles, & frequentes: quorum primus, in
quibus præſumitur culpa eſt, ſi immode-
ratum, & inſolitum ignem poſuit; ſecundò
ſi in loco periculoſo fecerit; tertiò ſi in
loco incongruó, vel propè ignem res ac-
cendibiles poſuerit; quartò ſi flante ven-
to, vel in die ventoſo immiſerit; quintò ſi
non tenuerit ignem velatum, & cooper-
tũ; cooperire enim, & velare ignem tene-
tur non ſolum cinere, ſed teſta, aut alio, ità
vt incendium non oriatur; ſextò ſi tenue-
rit ignem in loco contra conuentionem,
& pactum: tunc etiam ſi incendium caſu
fortuito procedat, tenetur; ſeptimò ſi fue-
rit emiſſum incendium ab inimicis habi-
tatoris; dicitur enim cauſa incendij; octa-
uò ſi tenuerit fenum, aut aliquod ſiccum
contrà voluntatem Domini, prout occur-
rit in facto in Palatio S. Mariæ ad Torum,
in camera cuius camerarius poſuerat fe-
num, & à parte inferiori fuit emiſſum in-
cendium, & ne dum domus, ſiue camera
combuſta fuit, verum etiam ignis progreſ-
ſum fecit in alias Palatij partes, & non-
nullos caſus alios, vide per Farinac. ibid.
An præſumatur incendium ortum ex cauſa
fulminis, & tonitrui in die tempeſtoſa à
cœlo prouenientium, & quomodò conie-
cturetur, vide Rip. de noct. temp. cap. 28.
per tot.
Et è contra non præſumitur culpa, & quis ex
17 cuſatur in infraſcriptis caſibus: primò ſi
moderatum, & ſolitum ignem habuerit;
ſecundò ſi poſuit res accendibiles in loco
remoto ab igne; tertiò ſi emiſſum incen-
dium fuerit ab inimicis Domini domus,
vel locatoris rei combuſtæ, in cuius odiũ
præſumitur en iſſum, quartò ſi à latroni-
bus, & bannitis eodem modo, & cauſa;
quintò ſi tempore orti incendij non ade-
rat in domo: ſextò ſi in ea nullus habita-
bat; ſeptimò ſi adhibuit diligentiam: &
nonnullos alios, vide per Farinac. ibid.
Sed pone (quod in dies occurrit) quis ad
18 caudam muſtelæ, vel canis ignem immi-
ſit, ad riſum inducendum: illa muſtela, vel
ille canis deambulando per domus partes
cum illa cauda accenſa, ignem emittit, ex
quo damnum notabile ſequitur, an tenea-
tur: diſtingue, quod aut emittens ſit infãs,
furioſus, demens, mentecaptus, & ſimilis:
& tunc ſi non probatur feciſſe animo, vt
ignis damnum inferret, non tenetur; aut
verò non eſt homo huius qualitatis & tũc
tanquam exiſtens in culpa tenetur, ex Fa-
rinac. q. 110. c. 2. n. 77.
Pone aliam quæſtionem, quam ponit idem
Farinac. ibid. n. 93. quod ſi in domo, vel
19 hoſpitio tempore incendij adſint plures
aduenæ, an præſumatur culpa aduenarum
immiſſum, vel ipſius hoſpitis, & ſuorum
familiarium: & remittit ſe ad num. 132. &
ſeq in quibus pulcra diſtinctio colligitur:
quod aut fuit cauſatum culpa aduenarum
aut verò alterius extranei non exiſtentis
in domo, vel hoſpitio combuſto: & tunc
Dominus, vel conductor domus, non
tenetur: aut verò culpa ipſius aduenæ, ſeù
viatoris ortum eſt, nempè ducẽdo ignem
in camera, vel candelam propè cubile mi
nus diligenter; & tunc ipſe aduena tene-
tur; aut verò non conſtat, culpa cuius eſt
20 incendium emiſſum; tunc ratione incer-
titudinis debẽt omnes abſolui, nec poteſt
ferri ſententia certa, debet enim certi ho-
minis factum probari, vt Farinac. ibid. n.
134. & 93. licet n. 95. afferat, quod debet
imputari patri familias, qui eſt caput do-
mus, & diligentiam adhibere debet, vid.
Menoch. conſ. 53 n. 23. vol. 1. prout in ſi-
mili dicimus in rixa à pluribus, & inter
plures orta, inde fuit repertus aliquis vul-
21 neratus, vel mortuus, & neſcitur percuſ-
ſor, dicas, quod ratione incertitudinis de-
bent omnes abſolui, ne contingat condẽ-

nare

nare innocentem,& abſoluere nocentem, Clar.§.homicidium,verſic.alia etiam eſt, Marant. conſ. 117. & ego ſic obtinui in cauſa illorum de Prata,& ſub montis,& ſi duo tantùm rixantur, & vnus reperitur vulneratum,vel percuſſus,præſumitur ille rixoſior,& conſequenter primus aggreſſor,Marant.conſ.77.

Deueniondo,quomodò,in delicto incendii proceditur,& Petr.hic n.24 dicit,quòd pro
22 ceditur ad modũ belli; vnde ſciẽdũ,quod virtute RegiæPragmaticæ 89.cap.in cap. 48.fuit prouiſum, quòd in incendio procedatur ad modum belli,in his verbis v3. *L'incẽdij così di caſe,ò pagliare dentro,ò fuor di lunghi habitati,come di Selue,di Boſchi,di ſeminati,ò di vittoaglie ripoſte nel aree,pur che ſiano oppenſatamente fatti,& non caſuali*; ex quibus verbis includuntur, nè dum
23 ædes,tuguria intus, & extra Ciuitatem, verùm etiam Siluæ,Nemora,fruges, frumenta,aliaue in area exiſtentia; vndè omiſſa diſputatione,ſi per hanc Pragmaticam cenſetur abdicata poteſtas Baronibus procedendi contra ſuos vaxallos: de
24 quo latius dixi in tract.de poteſt.ad mod. Bell.cap.1.tom.1.de Pugn.Doct.pro nũc aliquas quæſtiones magis vtiles ponam, quarum

Prima eſt, an ſub iſta Pragmatica comprændantur incendiarij paleæ,vel feni: &
25 ille,qui paleam, vel fenum in campanea comburendum cum dolo curauit,vt in facto occurrit: & vtrum procedi poſſet ad modum Belli: quidam dicebant, paleam eſſe in fructu, ex adducta per Franch.deciſ.103.concludentis,n. primò, & tertiò paleam eſſe in fructu: alij dicebant paleã
26 non eſſe fructum, quia in victu non eſt; quæ enim victus appellatione continentur,ſunt ea, quæ cibi, & potui, cultuiquè corporis deſiderantur,& requiruntur,que uè ad viuendum neceſſaria ſunt, l. verbo cultus,ff.de verbor. ſignificat. & proindè
27 refert Petr.hic n. 24. in Regia Audientia Luceriæ,in qua tanquam Auditor præfuit fuiſſe declaratum,pragmaticam iſtam non extendi ad incendiarios fenilis,ſiue paleæ à frumento ſeparatæ.

Ego dicebam diſtinguendum fore;quod aut
28 tractatur, ſi pro feno, palea debet ſolui decima; aut verò tractatur de comprændendo incendiatios paleæ,vel feni; ſi enim certatur de decimæ ſolutione,certũ eſt,quòd procedit id,quod dicit de Fràc.
29 citat.dec. 103.n.1.& 3.nam palea appellatione fructum venit,prout,& fenum, ex l.ptatum,ff.de verbor.ſignificat.prout cõſtanter tenuit Romanus ſingular.555. & adeò verum eſt,quòd palea,& fenum cęſum ſunt fructus induſtriales, vt dicit ad-
30 ditio ad dictum ſing.Rom.555. & pro indè diuidi debeat inter Dominum, & Colonum: & fructuum appellatione veniunt etiam herbæ cannarum,& arundinetorũ, quemadmodum, & palea; vt per Ioſeph
31 Ludouic.dec.Peruſin.106.n.10.& 11.& iterum in dec.Peruſ.14.n.9.& 10. in qua concludit huiuſmodi fructus diuidendos eſſe inter Colonum,& Dominum fundi.

Dicuntur etiam fructus induſtriales oliuatũ,
32 vinearum,& ſegetum, & ad feudatarium pertineat,licet decedat poſt menſem Septembris,cum dicantur maturati poſt Calend.Martij,Apont.conſ.52.n.37.

Si verò diſceptatur comprehendere paleæ,
33 ſiue feni incendiarios in Pragmatica, & tunc ſubdiſtinguendum eſt; quod aut palea eſt cum frumento,& emittitur incendium: ſi palea, & frumentum comburantur,habet locum Regia Pragmatica argumento eorum, quæ dicit de Franch. dec. 103.n.3.aut verò palea eſt ſeparata à frumento; & tunc,quia ſumus in pœnalibus,
34 & Pragmatica tantum loquitur de frugibus,in illis verbis *di ſeminati,ò di vittoaglie ripoſte nell'aree*; quo caſu finis,ac mẽs Pragmaticæ, & ſtatuentium dirigitur ad ea,quæ victui neceſſaria ſunt,non comprę henduntur, etiam per modum comprænhentionis incendiarij paleę,vel feni;ſi ue-
35 rò comburatur frumentum, de quo ſoluitur decima, quis teneatur ad decimas, comburens,an Dominus frumenti, uide Ioan.Andr,in cap.commiſſa decim.quem ſequitur Ragucc.in Lucern.Paroch.tit.de ſatiſf.quęſt.141.ad fin.fol.mihi 359.

Secunda quæſtio eſt in Pragmatica leguntur illa uerba,*ò pagliare dentro, ò fuor de luochi*
36 *habitati*; quæro habet quis capannam in

cam-

campanea extrà domum, quę fuit à Titio combuſta, an compræhendatur ſub hac Pragmatica? Afflict. in conſtit. Regn. ſuper inciſionibus n.9. ver. limitatio ſecundò, tenet, quod non compræhenditur cap an-
37 na vbi non extant beſtiæ: & ſic non eſt domus, nec venit appellatione domus, ex Bald. ibi relat. domus enim non affixa ſolo, non cedit ſolo, niſi aliter ſe habeat cõmunis vſus loquendi, quem ſequitur Caball. reſolut. crim. cent. 1. caſ. 22. n.7. vndè ex eod. Afflict. ibid. ego infero, quòd ſi in
38 capanna beſtiæ adſint, ſiue animalia, vel homines ſteterint, & incendium in ea immittatur, compræhenditur in Pragmatica.

Tertià quæſtio eſt, ſi fuit combuſtus ſupporti-
39 cus domus, in quò nullus habitat, ſed tantum per illum datur aditus ad domum ſuperiorem, an compræhendatur in Pragmatica? Quidam dicunt: quod non; nam appellatione domus in materia iſta incendij non compręhenditur ſupporticus, in quo nullus habitat, ſed tantùm datur aditus ad domum.

Ego verò contrarium teneo, quòd compræ-
40 hendatur; tum quia per tex. in l. qui ædes, ff. de incend. ruin. naufrag. incendiarij porticibus extrà domum poſiti compræhenduntur; vt aſſerit Caball. cit. caſ. 22. n.8. cum etiam, quia Pragmatica prædicta loquitur de domibus, in illis verbis, *coſi di caſe*; quotieſcunque enim militat eadem ratio in ſtatuto ſemper non fit extenſio, ſed compręhenſio eorum, quæ ex coniecturata mente ſtatuentium intelligerentur; vndè concludo compręhendendos eſſe in hac
41 pragmatica incendiarios ſupportici propè domum exiſtentis, quamuis nullus habitet: quòd intelligo dummodò concurrat dolus, prout ex Pragmatica colligitur.

Quarta quæſtio eſt, ſi capanna, vel domus
42 combuſta fuerit parua, vel pauci momenti, remitto te ad Farinac. q. 110. cap. 3. n. 158. & 160. nam ſecundum intellectum Pragmatica clara eſt, dum loquitur circà domus, in illis verbis *de caſe*.

In Pragmatica prædicta habentur illa verba, *per che ſiano appenſatamente fatti*, & *non caſuali*; vnde requiritur dolus, & incendiū
43 eſſe emiſſum ex propoſito, non autem caſu; quod de iure reperitur quòd ad hoc, ut pœna ſtatuti habeat locum, neceſſe eſt, ut probetur incendium fuiſſe cum dolo, non autem caſu; & è contra, ſi probatur fuiſſe ſine dolo, ſed caſualiter huiuſmodi pœna non habet locum, Afflict. in cit. conſt. incipiente Super inciſionibus, n.9. & hæc
44 qualitas omninò probari debet; nam quotieſcunque qualitas aliqua aggrauat delictum, uel quantificat, aut qualificat, illud ante omnia probari debet, l. ſulcinius, §.
45 ait Prętor, ff. ne quid in loc. public. Sequitur Foller. in conſtit. Capitaneorum, num. 13. & 17. ſi enim qualitas huiuſmodi non probatur pœna Regiæ Pragmaticæ locum non habet.

Sed ſi incendium ſequatur caſu fortuito, di-
46 cas, quod ſi non arguitur negligentia, ſiue non debita diligentia ex allegatis ſupra, poſſet argui dolus, & per conſequens poſſet adaptari pœna Regię Pragmaticę.

Petr. hic n.24. affirmat incendiarios non gau-
47 dere Eccleſię immunitate ſi ad Eccleſiā confugiunt ad ſimilitudinem de populatorum agrorum, & allegat Ripam in tract. de noct. temp. c.27. n.4.

Tu autem non ſic ſimpliciter hunc articulum intelligas, nam Doctores uariant in hoc Mar. enim Italia in tract. de immunit. Eccleſ. cap.5 § 3. n.56. & ſeq. plura affert, & tandem denegat immunitatem, ea ratione, quia incendiarii tanquam depopula-
48 tores agrorum reputantur, immo maius crimen committunt immittentes ignem in ciuitate, & loco habitato, quam in agris & maiores depopulatoribus agrorum aſſimilantur.

Farinac. de immunit. Eccleſ. nu. 103. & 104. nō gaudere affirmat, ex Caſſan. & Decian. ibi relat. duplici ratione; prima ante dicta, uti de populatores reputari, altera, quia per incendium emiſſum dicitur in Eccleſia delinquere.

Peregrin. in tract. de immunit. cap. 12. n.6. ad priuandū incendiarios immunitate granū ſalis adit, nempè ſi malitia deliberatè, & opera data ſit incendium immiſſum, & maximè ſi aliquis ex illo periret.

Tu adde aliam propter criminis atrocitatē; quia non ſolum vicinis,ſed etiam, & toti Ciuitati incendiarij periculum præbent, vt Rip.cit.loc.affert.

In depopulatore verò ratio eſt, quam adducit Ambroſin.de immunit.cap.4.n.5.quia iſti per inſidias exitium pluribus excogitant,& non gaudent Farinacc.quæſt.28.n. & nouiſſimè Gammacott. de immunitat. lib.5.c.13.n.1.& ſeq.

Qui autem dicantur de populatores agrorū
49 ſegetum,& qui in agris deprædantur fructus, & vineas vaſtant verbum enim populorum ſignificat deprædari diripere præſertim agros,Oltrad.con.154.nu.n.2. Ambroſi .cit.loc.n.4.& Gammacort.cit. loco n.4.

Alij affirmant immunitate tutos eſſe vna ſimplici,& marmorea ratione, quia non ſunt excepti in Gregoriana, quod aſſenſit Farinacc.cit.loc.nu.105.nec debet fieri extentio ad caſus non exceptus in Gregoriana,de Marin.reſolut.170.n.10.

Sed an incendiarij cenſeantur ipſo facto ex-
50 communicati,an verò neceſſe eſt, vt excommunicentur,& in hoc etiam Doctores variant per Cap. tua ibi gloſ. de ſent. excommunicat ipſo iure excommunicationem incurrunt.

Baiard.ad Clar. quæſt.77. nu.22. diſtinguit,
51 aut ſumus in locis ſacris, & ipſo iure ſunt excommunicati, quod ampliatur procedere etiam in Eccleſijs non conſecratis, & in Cœmeterijs Baiard. ib.d.nu.24. aut verò ſumus in locis profanis,& priuatis,& ſecus eſt,nam non dicuntur ipſo facto excommunicati, ſed ſunt excommunicandi.

Si tamen caſu,& ſine culpa ortum ſit incen-
52 dium tenetur illud emittens ad emendationem damni Baiard.ad Clar. q.68. nu. 52.

Et ex hoc ſequitur aliud quæſitum à quo de-
53 beat abſolui,& eſt diſtinguendum,ſi ſunt excommunicati ipſo facto abſque, quod fuerint denuntiati, vel publicati abſoluūtur ab Ordinario,ſi tamen fuerint denuntiati,& publicati,non ab alio,niſi à Summo Pont.fice abſolutionem obtinebunt, Baiard.ad Clar.q.77.n.22.Reg.Rouit. in prag.37.de officio procur.cæſ.n.31. quod tu declara procedere in incendiarijs Eccleſiarum,& aliorum locorum Religioſorum,gloſ.in d.cap.tua in verbo publicat, Mar.Ital.de immunitat. Eccl. cap.5.S.3. n.66.tu verò ad pleniorem cognitionem, vide Tolet.in ſumm,lib.1.c.36.per tot.& ſignanter n.4.& ſeq.

Eliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. IV.

SVMMARIVM.

Indultus,abolitio,& Indulgentia quotuplex ſit & an differant,n 1.

Indultus,quæ crimina comprehendat, & quæ excludat,n. 2 3.& 4.

Indultus publicatio in quibus partibus Regni fieri debeat,& quid ſi fuerit publicatum in Hyſpania tan ùm,n.4.5.& n.21.

Moniales cognoſcentes,an gaudeant indultu, n. 6.& *de quibus monialibus intelligatur*, nu. 7 & 8.

Conuerſam cognoſcens,an gaudeat indultu, nu. 8.

Indultus an extendatur ad pœnas aſſignatas,ſolutas,vel incorporatas,n.9.

Pœna contrauentionis bannorum,an comprahēdantur in indultu,n.11. *An comprehendantur pœnæ prohibitionis ediſ. ij prohibiti*, nu. 44.

Indultus conceditur bannitis pro capiendis, vel occidendis alijs bannitis, n.11. & *pro detegendis criminibus*,n.43.

Et de quibus bannitis, & criminibus intelligatur,n.12.

Banniti reſtituti,an reſtituantur ad bona filijs applicata,n.13.

Banniti ſi tolerantur, an dicantur reſtituti,n. 14.

Bannitus reſtitutus non recuperat locum ab altero occupatum,n.15.

Gratia obtenta, vt valeat, quæ narrare debet obtinens,n.17.& 18.

Gratia ſi fiat per litteras gratioſas, an valeat vti indultus,n.18.

Indultus non publicatus,ſed tantùm declaratus, an poſſit reuocari,augeri,vel minui,n.19.

Gra-

Gratia obtenta extra iuriſdictionem, an valeat, n.20.

Indultatus an poſſit puniri de delictis ante indultum commiſſis, non tamẽ detectis, nec delatis, n.22.23.& 24.

Barones an poſſint indultum concedere, nu.25.

Vicarius an poſſit facere ibid.

Indultus concedi an poſſit parte non concordata, n.26.

An poſſit pœnam corporalem remittere, n.29.

Quid ſi eſt conceſſum dummodò infrà tempus obtineat remiſſionem, n.27.

Iudex poteſt taxare expenſas exceſſiuas ab oſſẽſo petitas, n.28.

Barones an includantur in indultu, n.30.

An Vaſſalli Baronum includantur, n.31.

Petens indultum, an confiteatur delictum, num. 32.

Præſides Prouinciarum an poſſint indultare, n. 35.

Indultatus an debeat torqueri, vt probet contra nominatos, n.24. ſimilia n.35.& 36.

Iudex an teneatur promiſſa ſeruare indultato, nu.37.

Blaſfemiæ crimen an includatur in indultu, nu. 38.39.& 40. cum decreto in caſu occurrenti.

Delicta atrociora non includuntur ſub diſpoſitione generali, n.39.

Quando, & à quibus deſideretur remiſſio partis n.41.

Vxore occiſa, an requiratur remiſſio partis à filijs, vel marito, n.42.

Guidatus quomodo delinquere cenſetur, & in quibus caſibus, n.45.

I*Ndulſiſti genti Domine indulſiſti genti, nunquid glorificatus es, elongaſti omnes terminos terræ,* Iſaia cap.26 n.15.

Didacus Zimenes in lexic. Eccleſiaſt. verb. Indulgentia fol. mihi 162. col.2. affert, indulgentiam blandam, & amoroſam permiſſionem eſſe in illis verbis; *Indulçentia blanda, y amoroſa permiſſion y liçentia,* contraria ſeueritati.

Quibus verbis fretus, indulgentiam, ſiue indultum, qui conceditur delinquentibus propter ſeruitia, quæ Regiæ Curiæ peragunt eſſe relaxationem pœnarum, in quas incurrerunt propter delicta, & licentiam contrariam ſeueritati; & elõgati ſunt eius termini, & gratias Deo agendo conueniunt verba præcitata.

Et licet materiam indultus parum tetigi in meo primo tom. de pug. doctor. tit. de poteſt. ad mod. bell. c.2. n.29. tamen non neglecta hac occaſione præſentis deciſ. 4. alia de indultu in foro occurrentia enarrare conabor.

Et dum Sacrum Conſilium declarauit in hac deciſione ſub generali indultu compræhendi, ne dum pœnas, ex delicto contumaciæ deſcendentes, verum etiam, & ex inſtrumentis, & obligationibus ex voto authoris, qui ſe fundauit ſuper tribus; primò ſuper dictione (&) quæ fuit poſita inter diuerſa; ſecundò propter clauſulam, & omnibus, quæ vniuerſalis eſt, & omnia ſub ſe continens, quàm clauſulam omnibus, valdè exornat Petr. hic num. 2. tertiò propter fauorabilem interpretationem capituli Neapolitani, & meritò ſe fundauit; quia cui conceditur maius, non denegatur minus vulgatis iuribus.

Et author hic tranſeundo parum tangit de indultu, de quo varia DD. ſcripſerunt.

Et primò ad cognitionem differentiæ indul-
1 tum, abolitionem, & indulgentiam, & quotuplex ſit, vid. Foller. prag. final. de comp. n.57. & ſeq. tamen omnia promiſcue ponuntur, vide Catalan. de indult. qu.1.2. & 3.

Dum fuit dubitatum, ſi pęnæ ciuiles ſub generali indultu compræhendantur, illis nõ expreſſis, apertè colligitur, quod quamuis indultus generalis ſit, non ad omnia extẽditur, & propterea opportunè quęritur quibus in caſibus indultus generaliter loquẽs
2 non habeat locum, nec ſe extendat, dicas quod primò non compræhendit crimen falſi, vt dixi ſup. deciſ. 2. n.22. vbi ſunt additiones, & poſt DD. ibidem allegatos, concludit Maſull. ad Capic. dec 79 ſecũdò non includit carceraros, ex DD. ibid. allegatis, ſed Clar. quæſt. 59. verſic. ſcias etiam, §. finali, concludit quod illos compræhẽdit, Ann. verò ſing. 240. dicit, quod ſi eſt motu proprio Regis, ad illos extenditur, & rationem aſſignat, quia ſi ex motu proprio conceditur, eſt fauorabilis, & in ca-

in caſibus exceptis odioſis, de Franch.
dec.403. num.11. tu vide Campagn. ad
cap.Regn.miſericordiam nu. 12.& nouiſſ.
Catalan. in tract.de indult.cap.1. nu.59.
60.& 61.
Tertiò non comprǽhendit inquiſitos de cri
min.læſ.maieſt.tam diuinè, quam huma-
3 næ,Capic.deciſ.136.n. 56.quartò nec de
licta grauiora, Franch. deciſ.713. quintò
nec delicta commiſſa in officijs,ſextò nec
crimen contrà naturam,ſeptimò nec deli-
cta notoria,Foller.ad alleg.prag.final. de
compoſit.n.58.59.& 60. octauò nec deli
cta commiſſa antè publicationem ſub ip-
ſius ſpe,Clar.§.final.q 59. ver.fortius di-
co,Maur.Giurb.de modo proced. ex ab-
rupt.q.67.n.5.quod probari poteſt,ſi de-
linquens ante delictum ſe iactauerat illud
committere confidentia ipſius indultus,
quia ipſe inde publicato,decē aureis gra-
tiam obtinebit,vt idē Clar.adducit, quid
ſi proceſſus pendeant, & delicta ſint ante
publicationem,vide Catalan.de indult.c.
8.per tot.& ſignanter n.18.& ſeq.ſed pu-
blicatio,an requiratur in qualibet regione
4 Regni,vel ſufficiat publicari Neapoli, &
inter Ciuitatem Neapolis, & Hyſpanum
Regnum requiratur,vt publicetur Neapo
li,uel ſufficiat publicatum eſſe in Ciuitate
Madrid,vbi Sacra Maeſtas reſidet, vel in
illo loco, in quo ipſa S. Maeſtas reſiden-
tiam facit, latè articulum iſtum diſputat
Catalan.in tract.de indult.q.9.per tot. &
ſig.n.13.& ſeq.nono nec delicta commiſ-
ſa poſt publicationem,vel futura,vt Clar.
citat.q.refert verſ.ſucceſſiuè quarto,& vl-
tra cum Afflict.deciſ.392. rationem aſſi-
gnantes,quia materia delinquendi dare-
5 tur,decimò non includit illos, qui aliud,
veriſimile delictum commiſerint,& de eo
pro indultu impetrando in ſuppoſitione
mentionem nō fecerint,Anton.de Padiſſ.
in repet.l.tranſigere,Cod.de tranſact.nu.
69.& Ann.ſing.239.vndecimo non com
præhendit cognoſcentes moniales intrà
Monaſterium degentes,habent.n.velum
6 conſecrationis,& velū profeſſionis,quod
procedit etiam ſi profeſſe non eſſent, nec
ordinem haberent,quia quandam benedi
ctionem habent,vt perbellè adducit Ca-
talan.ibid.c.34.n.160.161.& 162.ſed an
procedat in monialibus bizocharis San-
7 cti Franciſci,vel aliorum ordinum, dicas
tu,quod non,quia moniales propriæ non
ſunt,nec earum appellatione veniunt,Ca
talan.ibid.n.214.quod ampliatur proce-
dere,itaut non includuntur in indultu co-
gnoſcentes conuerſam,nam quamuis cō-
uerſæ dicantur profeſſæ,& religioſæ,& ſic
8 qualitates habitus, & habitationis intrà
Monaſterium habeant,tamen appellatio-
ne monialium non veniunt,Catalan.ibid.
n.208.& ſeq.
Poſtquam indultus includit pœnas, vt ſupra
9 diximus,an extendatur ad pęnas aſſigna-
tas ſolutas, vel incorporatas, recurre ad
Catal.cit.tract.c.18.n.1.ſeq.& per totū.
vbi latè diſputatum articulum habes.
Quod tamen intellige,niſi ex eo indultu ali-
10 ter conſtet, vel aliter ſtatuentes ſenſerint
vel aliquod expreſsè dicatur Bart.in l.Lu
cius,ff.ad turpill.
Sed quid ſi fuerint emanata aliqua Regia
banna ante publicationem indultus, vel
11 fuerit emanata pragmatica,& fuit eis cō-
trauentum,& fuerit in pœnam in eis con-
tentam incurſum, an pęna propter huiuſ-
modi contrauentionem includatur in in-
dultu,vide Reg.d'Apont. in tract. de po-
teſt.proreg.tit.de abundant.ciuitat. §. 3.
num.9.& ſeq.in quo remittit ſe ad verba
diſpoſitionis prædictæ,& indultus,qui eo
dem tract.tit. de prouiſ.ficr.ſolit.§.4. nu.
7. dicit, quod conceditur per Proregem
bannitis pro alijs bannitis capiendis, vel
occidendis; dummodò inter bannitos cri
mina ſint paria; itaut Bannitus, vel foriu-
12 dicatus,bannitum, vel foriudicatum ca-
piat,vel occidat, non poteſt enim capo-
ralis, ex quo bannitum capit, vel oc-
cidit gaudere indultu, quia imparia ſunt
delicta, ſed ſi bannitus caporalem, vel
caporalis caporalem occidat, proce-
dit, & gaudet, ea ante dicta ratio-
ne,quia impares criminis,ſunt vt pulchrè
exornat Capoblanc. in tract. de autho-
rit. Baron. pragmat. 6. num. 147. to-
mo 1.
Sed ſi illi Banniti,quibus indultus conceſſus
13 eſt, reſtituantur an cenſeantur reſtituti

ad bona eorum filijs ex forma ſtatuti applicata, videodus eſt Natt. conſ. 471. n. 3. & de Franch. deciſion. 213. dicit, quod ſi damnatio, & amiſſio bonorum dependunt ex eadem radice, reſtitutus recuperat omnia bona, quæ ex ſententia ammiſit.

Et ſi tollerantur banniti, an hæc tollerantia 34 obtineat vicem reſtitutionis, & dicantur illi reſtituti, uide Magon. deciſ. Rot. Florent. 26.

Et ſi quis propter delictum loco priuatus 35 fuerit, inde eſt reſtitutus, non recuperat locum, iam ab altero occupatum, Menochius. conſ. 186. lib. 2. & Bart. in l. 2. de decur.

Quæro quæ narrare debet quis in precibus, 36 ad hoc vt gratia valeat, ſi propter commiſſum delictum fuit condemnatus, & impetrare vult gratiam, & remiſſionem pœnæ, vide Menocch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 203. n. 3. & Capoblanc. pragmat. 6. num. 148.

Et onus probandi de expoſitis in ſuppoſitione 37 ne incumbit ſi vera ſunt, ſed cui, vide Dec. conſ. 403. vol. 2. ſed in vinculis verificanda veniunt. Rot. Auenion. dec. 47.

Quid ſi fiat gratia per litteras gratioſas, an 38 valeat vti indultus, & an cenſeatur remiſſa pœna, vid. Franc. Marc. q. 206.

Sed ſi Princeps fecerit indultum, illumque 39 adhuc non publicauit, ſed tantum cum aliquibus declarauerit cum aliqua reſeruatione, an poſſit illum Princeps reuocare, vel augere numerum eorum, quæ ſunt reſeruata, vide Capic dec. 183.

Succeſſiuè quæro, extat in aliqua parte ſta- 30 tutum, quod cauſæ non extrahantur extrà Prouinciam, & Princeps extrà extiterit Prouinciam, & gratiam fecerit de delicto, parte iam remittente, an hanc gratiã poſsit Princeps facere, pro affirmatiua tenet, Ludouic. Apeguer. dec. 13.

Dixi ſupra, an requiratur publicatio indul- 31 tus in toto Regno, vel ſufficiat publicari in ciuitate Neapolis, quæro nũc ſi Neapoli fuerit publicatum eadẽ die, in qua quis eſt captus in aliqua parte Regni, in qua notitia indultus non habetur, debet liberari, hoc ad notitiam deuento, Foller. ad prag. 5. de abolit. num. 52. & reperitur in commentarijs Rouit. vide de Franch. deciſ. 369.

Pone aliam quæſtionem, quæ in dies occur- 32 rit Bannitus cæpit, vel occidit Bannitũ, vel foriudicatum, ex quo indultu gaudet, vel inquiſitus remiſsionem ab offenſo obtinuerit, & gauiſus eſt indultu, vel ante decretum fuerit repertum alia delicta commiſiſſe, de quibus nõ fuerit inquiſitus 33 ſiue non fuit capta informatio, an indultus extendatur ad huiuſmodi delicta non dum detecta, vel denunciata, Carauit. ad pragmat. primam de exulib. num. 121. & ſeq. pro negatiua concludit ex DD. ibi allegatis, rationem aſsignans, quia indultus trahitur ad delicta tempore ipſius detecta concordat Regens d'Apont. conſ. 69. nu. 35. Catalan. in tractat. de indult. cap. 49. à n. 2. ad n. 10. mouet quæſtionem, & illam reſoluit cum Carauit. licet eum non alle- 34 get, quod indultus, ſiue abolitio extenditur ad delicta ipſius tempore detecta, delata, & denunciata, & non porrigitur ad accuſationes nondum inſtitutas, vt idem firmat cap. 8. n. 4. & 5. non extendi ad incognita, & incogitata, ea ratione, quia quemadmodum optimum eſſet delicta puniri, ità intereſt, quod non inquiſiti, & inter Reos non poſiti, tanquam in rerum natura non exiſtentes, non moleſtari, Catalan. ibid. n. 8. ego verò diſtinguendum puto, quod aut in indultu hoc eſt expreſſum aut uerò eſt omiſſum, ſi eſt expreſſum, prout in indultu per Catal. commentato in illis uerbis, ſiue proceſſus adhuc cępti non ſint, ſiue pendeant, hoc caſu ſeruatur diſpoſitio vti clara, aut uerò eſt omiſſum & procedunt Iura allegata, Farinac. uerò quæſt. 6. n. 61. dicit hoc procedere in abolitione, quæ non extinguit crimen, ſed tãtum Iuſtitiam, ſed ſi eſt indulgentia Principis propter lętitiam, ea tranſacta poſt triginta dies poteſt procedi, ibid.

Vtrum in inueſtituris factis Baronibus, cen- 35 ſeatur conceſſa facultas indulgendi in dubio, pro negatiua dicas ex Olaſc. dec. 29. n. 5. & aſsignat rationem, quia ſolis Principibus competit, qui Olaſc. dicit, quod non poteſt Vicarius gratiam facere, niſi

in

in priuilegio eſſet poteſtas illam faciendi, ſecus eſt in Regno, vbi Barones ratione inueſtituræ poſſunt facere gratias,& commutare pœnas,ex Franch.dec.370.Rouit. ad rubric.de abolit.n.12.

An Princeps poſſit remittere pœnam deli-
26 cto,& ſic facere indultum parte non concordata, quod non, dicit, author in eius voto 35.n.9.etiam ſi intereſſe partis eſſet tantum pecuniarium, & ſi contrà fecerit, non ualet,Reg.d'Apon.de poteſt.proreg. tit.de prouiſ.ſier.ſolit.§.4.n.9.& ſeq.

Sed ſi concedat indultum, dummodò infrà
27 certum tempus obtineatur remiſsio partis offenſæ,aut declarauerit, nolle nunquam remittere, & inſtat dilatione conceſſa non expectata procedi in cauſa, an poſsit procedi, Rouit. in pragmat.11.de abolit.num.7. mouet quæſtionem, & remittit ſe ad Corſett.in ſingul. incipiente, poteſt.

Verum ſi pars offenſa remittere noluerit, ex
28 quo immoderatum præmium petit, uel exceſsiuam expenſarum ſummam prætendat,poteſt iudex præmium iuxtum taxare,& expenſas moderare,& partem offenſam cogere.ut remittat, ità doctè D. Rouit.in rubric.de abolit.n.6. quod ampliatur procedere etiam in inquiſito petente partis concordiam, & offerente expenſas,ſiue damna ſoluere,ibid.& Capoblan.prag.6.n.74.

Poteſt tamen Princeps ex cauſa pœnam cor
29 poralem,etiam parte non remittente remittere,de Franch. deciſion.213.nu.38. uide Theſaur.deciſion. 21.Clar.§.fin.qu. 59.uerſ.& dicit,Farinac.tit.de inquiſit.q. 6.n.t.nunquam ſolet Princeps parti læſæ præiudicare, nec in dubio præiudicatum cenſetur.

Barones pro illicitè extortis à uaxallis non
30 includuntur in indulto, quia deliquiſſe in officio dicitur, Foller. ad pragmatic.5. de abolit.num.37.quem reperies in commentarijs D.Rouit.niſi aliter in eo diſponatur.

Et è contra fuit in hac deciſ. dubitatum, ſi
31 in generali abolitione compræhendantur uaſſalli Baronum, hæc quæſtio fuit diù uentilata,ardua,& in magna controuerſia in Regio Collaterali Conſilio ex cauſa indultus conceſſi per Sacram Regiam Maieſtatem in anno 1571. ob victoriam Naualem obtentam, & de ordine Domini Proregis vocata fuerunt omnia Tribunalia pro deciſione articuli, & tandem per maiorem partem votorum fuit concluſum, abolitionem generalem compræhendere vaxallos Baronum, licet aliqui votantes fuerint in voto, vt Sacra Maieſtas conſuleretur, vt per bellè articulum diſputat,& vota enarrat,deciſionemque refert Regen. Moles in deciſion. 7. quem ad penam habeo, & eam videre poteris,ſubtilia enim refert,& deciſionem iſtam de verbo ad uerbum refert Regens Conſtant. in l. prima pœnis Lucan.de creditor.profer. à numero 87.& ſeq. qui in conſimili difficultate refert inde deciſum, & uaxallos compræhenſos, & eandem dubietatem amplectitur Regens Lanar.conſil.52. & poſt deciſionem Regen. Moles fuit conſulta Sacra Maieſtas, & per eius particulares literas fuit mandatum uaxallos compræhendi debere in generali indultu, quamuis de uaxallis mentionem non faciat, placet inſerere tenòrem literarum pro futura, & pleniori cognitione huius articuli deciſi cum tanta exactiori diligentia, ac diligenti ſtudio, & ſunt uidelicet. A tergo,

Magnificis Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Principatus Vltra Regijs Conſiliarijs fidelibus dilectiſsimis; Intus vero. *Philippus* Dei Gratia Rex. *Magnifici viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſsimi. Li meſi paſſati eſſendoſi trattato nel* Regio *Col lateraleC onſeglio in noſtra preſenza con il Sacro* Regio *Conſeglio, & la Gran Corte della Vicaria l'oſſeruanza dell'Indulto generale ſpedito per ſua Maeſtà,e cõceſſo alli ſuoi ſubditi in queſto* Regno *per quello,che toccaua alli vaſſalli de Baroni,ne nacque declaratione,& ordine del tenor ſequente v3.Philippus,&c.Antonius Perrenotus,&c. All'Illuſtri Spettabili,& Magnifici Protonotarij,& Gran Giuſtitiero del preſẽte* Regno,*Preſidẽte e Deputati del* S.R.*Conſ* Regente *, e Giudici della Gran Corte dello Vicaria,necnon Baro*

ni Titolati, e non Titolati, Gouernatori, & Auditori Prouinciali, Capitani, Aſſeſſori, & altri qualſiuogliano Officiali, e Tribunali maggiori, e minori, tanto Regij, come di Baroni preſenti, e futuri, alli quali la preſente peruenerà, ſpettarà, e ſarà quomodolibet preſentata, Regij fideli dilecti, la gratia Regia, e bona volontà. Hauendo la Maeſtà Cattolica per contemplatione della vittoria ottenuta per gratia di N.S. Iddio contro l'armata Turcheſca alli 7. d'Ottobre 1571. e per la natiuità del Sereniſſimo Principe noſtro Signore, dopoi hauere rendute le debite gratie alla Diuina Maeſtà fatto legge generale in queſto Regno per publica letitia, & eſultatione, ordinando, che ſi cancellaſſero, così, come la Maeſta Sua cancellò tutti atti, informationi, e proceſſi apparenti contra li delinquenti di eſſo predetto Regno, come più amplamente appare per l'ordine ſopra ciò ſpedito à 26. Gennaro proſſimo paſſato 1572. e per noi eſecutoriato à 12. di Giugno del medeſimo anno ſemo ſtati conſultati da diuerſe parti del preſente Regno, che haueſſemo declarato, ſe nell'ordine predetto ſe includeno li vaſſalli de Baroni. Et volendo noi prouedere à queſto cõ ia circoſpettione, che il caſo ricerca, hauemo ordinato, che tanto il Sacro Regio Conſeglio, quanto la Gran Corte della Vicaria ſi haueſſero per detto effetto giontati nel Regio Collaterale Conſeglio, & eſſendo ciò eſſeguito, conſiderato la forma dell'ordine predetto, le parole, e cauſe in eſſo contenute, dicemo, e declaramo, che in tutti li caſi, & cauſe, nelle quali ſi tratta di pena pecuniaria tantum, li vaſſalli di Baroni, alli quali ſpettaſſero le dette pene pecuniarie non s'includeno nello ordine predetto, ne in virtù d'eſſo ponno godere del beneficio, ſeu gratia in eſſo contenta, però in tutti l'altri caſi, & cauſe dicemo, e declaramo, che detti vaſſalli de Baroni s'includeno nell'ordine predetto, & di quello godono, & ponno godere, come tutti l'altri, ordinando, & comandando à tutti li ſopradetti Officiali, Tribunali, e perſone qualſiuogliano, che così oſſeruano, & faccino oſſeruare per quanto hanno cara la gratia, e ſeruitio Regio, & pena di ſeimilia docati, & altra maggiore à noſtro arbitrio riſerbata. Datum Neapoli die 24. Menſis Decembris 1572. Ant. Card. di Grã Velo. Vid. Reuerterius Regens, Vid. Salernitanus Regens, Dominus Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandat mihi Ludouico de Lubera pro Secretario. Et eſſendoſi dopoi reclamato per detti Baroni dal detto ordine, & ſupplicato, che ne fuſſemo degnati aggregare in la cauſa di detta reclamatione la Regia Camera della Summaria con detti altri Tribunali, per noi li fù conceſſo. Et eſſendoſe giontati tutti detti Tribunali, cioè il detto Sacro Conſeglio, la Regia Camera, e la Gran Corte della Vicaria ciuile, e criminale, in detto Collateral Conſeglio nella predetta noſtra preſentia, ne nacque, che fù conſultata la Maeſtà ſua di quanto occorreua, & hauendo riceuuta la predetta Maeſtà la detta conſulta hà riſpoſto per ſue Regie lettere quello, che per eſſe vederete, quale ſono del tenor ſeguente. Don Phelipe por la graçia de Rey de Eſpaña, de las dos Siçilias, de Hyeruſalem, &c. Muy Reuerendo en Chriſto Padre Cardenal de GranVela nueſtro muy caro, y muy amado amigo del nueſtro Conſejo de Eſtado, y nueſtro Lugarteniente General. Haſe reçebido vueſtra carta de 29. de Nouiembre ſobre la interpetraçion, y intelligençia de l'Indulto general, que ſe conçedio a eſſe Reyno en el naçimiento del Principe D. Fernando mi hijo, y por el buon ſucceſo de la Vittoria Naual, y viſto el pareçer de las perſonas, à quien comitiſtes la preſençion, que los Varones tienen de que en eſta graçia no ſe comprehenden ſus vaſſallos, y hauiendo ſido nueſtra intençion, que todos vniuerſalmente gozen della, por hauer ſido vniuerſal el benefiçio, que de ambos coſas ha procedido, no tenemos que deçir, mas de ordinaros, que conforme à eſto, aſſi los vaſſallos de los Varones, como los nueſtros ſe comprehendã en el dicho Indulto, como nos à mayor cautela los comprehendemos de nueuo, que aſſi procede de nueſtra voluntad, y ſea muy Reuerendo en Chriſto Padre Cardenal N. S. en vueſtra continua guarda. Datum en Madrid à 25. de Março de 1474. Yo el Rey. Vid. Cutinarius Regens, Vargas Secretarius. Et acciòche l'ordini della predetta Maeſtà habbiano la debita eſſecutione, ve dicemo, & ordinamo, che debbiate ad vnguem, & inuiolabiliter oſſeruare, & eſequire quanto in dette preinſerte

ſerte Regie lettere ſi contiene per quello, che tocca à queſta Regia Audienza, & à riſpetto delli altri Tribunali, & Officiali, tanto Regij quanto di Baroni di queſta à voi decreta Prouincia, eſpedirete prouiſioni in nome noſtro con inſertion di queſta, che debbano ancora eſſi, & ciaſcun di loro eſſeguire, & oſſeruare quanto la predetta Maeſtà per le dette preinſerte Regie lettere comanda. Datum Neapoli die 22. Menſis Ianuarij 1575. Ant. Card. de GranVela. Vid. Reuerterius Reg. Vid. Salernitanus Reg. Vid. Salazar Reg. Viladamo pro Secretario. In Cur. 1. Principatus Vltra fol. 39. All' Audientia di Principato Vltra.

Quam quæſtionem inde latè examinauit Catalan. in tract. de Indulc. cap. 46. in indultu emanato per Catholicam Maieſtatem in anno 1599. in quo fuit expreſsè declaratum Vaſſallos Baronum ab indulgentiæ beneficio minimè eſſe excludendos.

In tantum, quod ſopita eſt quæſtio, & non eſt vlterius indagandum vaſſallos Baronis compræhendi.

Verùm quod attinet quoad pœnas, & contumacias contractas eſt ſciendum, quod in M.C.V. delentur tantum illæ, quæ debentur ante publicationem indultus in Regno Hyſpaniarum, non autem à die, quo Neapoli fuit publicatum, vt nuper fuit deciſum ſuper capitibus porrectis pro Perceptorem contumaciarum ipſius M. C. inter alia in ordine Domini Proregis, ſequentis tenoris v3.

Il Percettore della Vicaria fà inſtanza prouederſe alli infraſcritti capi, che li occorreno circa il Regio Indulto, acciò non habbia difficoltà nell' eſigere

Che li debitori non godano per le pene, che deuono, ſi non per tutti li otto de Decembre 1629. che fù ſpedito l' Indulto in Spagna, conforme fù determinato, e deciſo l' anno 1605. à tempo che fù l' altro indulto, e non per tutti li 18. de Maggio 1630. che ſe publicò in Napoli, come pretendono li debitori predetti.

Hauiendo viſto S. E. la inſtançia, que haçe el Perceptor de eſſa Gran Corte por los encluſos cabos à çerça algunas conceſſiones de indulto, paraque no buya diffiultad, en lo que ha de exigir, S. E. dize que eſſa Gran Corte haga Iuſticia en ello, y aſſi lo aniſo à V. S. de Camara à 11. Iulio 1630. Scipione Ronito.

In cauſa capitum porrectorum S. E. per Magnificum Perceptorem M.C.V. contra debitores Regij Fiſci circa conceſſionem Regij Generalis Indultus pro ſoluendis difficultatibus circa exactionem facieudam ad beneficium Regij Fiſci remiſſorum eidem M.C. vt in actis penes Pettenatum Scribam Fiſcalem ordinarium dictæ M.C. & actuarium in cauſis Regij Fiſci. Die 27. Iulij 1630. Neapoli facto verbo. Viſis reſcripto S. E. expedito per Regiam Cancellariam ſub die 11. Iulij 1630. ac inſtantia Iulij Maſtrilli Regij Fiſci patroni ſuper id facta. Per M.C.V, audita relatione facta per Militem V.I.D. Ioan. Franciſcum Sanfelicium Regium Conſiliarium Iudicem M.C.V. in criminalibus, & Commiſſarium cauſarum Regij Fiſci in Banca coram Illuſtri, & Circumſpecto Domino Regente eiuſdem M.C.V. fuit prouiſum, atque decretum, quod debitores Regij Fiſci Regio generali Indultu nullo modo gaudeant pro pœnis, quas debent, niſi per totũ octauum diem Mẽſis Decembris 1629. prout alias concluſum, deciſum, & obſeruatum in anno 1605. tempore quo aliud indultum fuit conceſſum, & inhitum, & non aliter per diem 18. Menſis Maij 1630. quod Neapoli fuit publicatum, veluti præſumunt debitores.

Quæritur, an delictum blasfemiæ includatur
32 in indultu, multi dicunt, quod non, & mo
uentur ex eo, quia crimen blasfemiæ atro-
cius eſt, Decian. tit. de blasfem. n. 3. lib. 2.
& inferunt, quod delicta atrociora nun-
33 quam incluſa intelliguntur ſub qualibet
diſpoſitione generali, argum. gloſ. in l. 2. ff.
arbor. furt. Ceſar. quem adducit Catalan.
cap. 36. nu. 63. Ego verò diſtinguo duos
caſus, aut crimen blasfemiæ eſt exceptum
in indultu, & eius diſpoſitio ſeruatur, aut
verò nihil eſt dictum, & tunc includitur, &
inquiſitus gaudet, ſic fuit iudicatum per
M.C.V. primò in cauſa Auguſtini Impuc
cia in anno 1599. ſecundò in cauſa Io. Do
minici Catuſij Officialis Regij Arrenda-
menti Serici, qui fuit inquiſitus de vulne-
ribus & blasfemia, & per Regiam Came-
ram Summariæ fuit prouiſum, vt gaudeat
in-

indultu virtute decreti ſeruatis ſeruandis
interpoſiti die 26 Februarii 1601.referē-
te D. Petro de Valcarcel Præſidente in
Banca Marcelli de Amato,cuius tenor eſt
v3.

Die 26.Februarij 1601.Neapoli.In cauſa Io.
Dominici Caruſij officialis Regij Arrenda-
menti ſerici inquiſiti de vulneribus, & blas-
femia petentis gaudere Regio indultu cum
Regio Fiſco,vt ex actis;Viſis actis prædictis
per Magnificum Militem V.I. D. Petrum
de Valcarcel Regiæ Cameræ Summariæ Præ
ſidentem,& cauſæ prædictæ Commiſſarium,
& facto de prædictis verbo in dicta Regia
Camera,conſenſu prouiſum,& decretum eſt,
prout præſenti decreto decernitur,& prouide-
tur, quod prædictus Io: Dominicus Caru-
ſius gaudeat pro cauſis prædictis Regio In-
dultu.Petrus de Valcarcel.Brandolinus.Cō-
ſenſ. Caſtellanus . *Marcellus de Amato*
actuarius.

Et in cauſa,in qua partis remiſſio requiritur,
34 clarum eſt,quod deſideratur remiſſio illo
rum,quibus competit ſucceſſio in Regno
virtute Regiæ Pragmaticæ, pone, quod
fuerit facta remiſſio ab hæredibus filiis
pro homicidio patris,an requiratur remiſ-
ſio ab vxore viri occiſi,vel ſufficiat habere
pacem à filijs hæredibus,occurrit in per-
ſonam Io:Iacobi Vitaliani inquiſiti de ho-
micidio in perſonam Pompilij Minuccio,
de quo Ioan. Iacobo meminit Viſcont.ad
Franch.deciſ.382.in princip.licet non ad
propoſitum noſtrum in materia indultus,
&Io:Iacobus obtinuit remiſſionem à filijs
hæredibus occiſi,& per M C.V.fuit pro-
uiſum,&c. habita remiſſione vxoris dicti
35 occiſi prouidebitur,& facta reclamatione
in S.C.fuit cauſa remiſſa eidem M. C. &
per eandem M.C.fuit prouiſum die ſepti-
mo Nouembris 1605.facta relatione per
Magnificum Aguiros, quod dictus inqui-
ſitus gaudeat generali indultu, Ceſare
Sabbaro actuario, adeò quod quæſtio ſu-
pita eſt,& habita remiſſione ab hæredibus
non requiritur remiſſio vxoris.

Petra hic n.6.& 7.teſtatur poſſe Epiſcopum
diſpenſare ſuper denunciationibus matri-
monij , & aliquas illatum remittere , eſt
adeò verum,& eſt adeò poteſtas Epiſco-
pi, licet meum non ſit de hoc loqui, ſed
36 tantùm hoc dicam, quod poteſt Epiſco-
pus diminuere,& commutare,imò ex cau
ſa cognita relaxare pœnitentiam à Papa
impoſitam cap.tempora 26.q.7.cap.lato
rem 33.qu.2. Nauar.Manual.c.26.nu.22.
Sayr.tom.1.clau.Reg.lib.2. c.12. nu. 23.
Ant.Raguc.in Lucern.Paroc. tit.de ſatiſ-
faction.quæſit.140.

Sed ſi voto emiſſo cum pœna eſt controuen-
tum,ita,vt pœna acquiſita eſt, an poſſit ab
Epiſcopo,vel confeſſario relaxari, exem-
plum Titius vouit nunquam luſurum, &
quoties luderet ſoluat tot tali Eccleſiæ,
an pœna debeatur,fui interrogatus,& di-
cebam,quod pœna non debetur, & poteſt
nedum Epiſcopus verum,etiam, & quili-
bet confeſſarius virtute Iubilei diſpenſare
& commutare,ex eo,quia huiuſmodi vo-
tum dicitur pœnale,Sayr.tom.2.clau.Reg.
lib.6.cap.11.à n.68.ad 76.Sed quid fue-
rit de hoc deciſum,videas Thor.compen.
deciſ.verb.pœna.p.1.Nauar.conſ.1.de Iu
re iurando lib.2.

Petra hic nu.8.& 9.tangit articulum, an im-
munitas conceſſa extendatur ad poſtea
quæſita,& ſi fuerit data immunitas funtio-
num Fiſcalium,an veniant funtiones nouæ
numerationis,ſed nō exprimit de quibus,
vnde quæro ſi fuerit conceſſa immunitas
Vniuerſitati, an compræhendat incolas,
& focularia,quæ de nouo illuc acceſſerint
quod ſic fuit deciſum in Regia Camera
cauſa Vniuerſitatis Trani die 16.Septem-
bris 1564. vt refert Reg. Moles deciſ. 1.
quem ad pennam habeo.

Et immunitas iſta cedit in damnum ipſius
concedentis,non autem Vniuerſitatis, nā
quando Rex concedit priuilegium alicui,
non debet interpretari, vt ſit alteri dam-
noſum,& ſic deciſum per Regiam Came-
ram die 14.Auguſti 1560.refert.Reg.Mo
les citato loc.deciſ.2.& 3. quod intelligo
procedere dummodò priuilegium,vel im-
munitas conceſſa ſit gratioſa, ſecus verò
ſi de iuſtitia eſſet,vt in patre onuſto duo-
decim liberorum, eſt bene verum, quod
poteſt Princeps concedere alicui immuni
tatem in aliorum præiudicium,quoad cer
ta munera,non autem quoad omnia, Ca-
po-

poblanc, de auth. Baron. prag. 8. p. 1. num. 367. & ſeq.

Eliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. V.

SVMMARIVM.

Honor cuſtodiendus eſt, & crudelis eſt qui famam ſuam ſpernit, n. 3.

Adminiſtratio non debet concedo ei, qui propriam famam ſpernit, & quare, n. 6.

Metus iuſtus ſicut cauſatur ex periculo honoris, ità & periculo vitæ, n. 8.

Honor quantis ponderis ſit, quanti verò ſama, n. 10.

Metus, cupiditas, & ægritudo ſunt tres peſtes, quæ ſollicitant omnes, n. 13.

Metus appellatione veniunt, puſillanimitas, timor, pigritia, terror, pauor, exanimatio, conturbatio, ſocordia, pudor, verecundia, formido, tumultus, & trepidatio, n. 13. & 14.

Trepidatio quid ſit, & eius diffinitio, n. 14.

Minæ quando ſunt prolatæ æquiuocè, debent ſumi in bonam partem imò impropriari, vt delictum euitetur, n. 15. & 16.

Si ſonant in ſpecificum delictum, an faciant inditium ad torturam, ſi delictum eſt ſequutum, n. 17.

Si autem delictum diuerſum, à minis eſt ſequutum, n. 18.

Si ſunt prolatæ ab homine potente, vel malè fama, vel ſolito minas exequi, n. 19.

Metum inducunt preces ſuperiorum, n. 21.

Carminij Centrella aduocati charitatis diligentia, n. 22. & 28.

Reſignatio facta cauſa metus, dicitur nulla, nu. 23.

Metum inducit ſolus vultus poteſtatis, numero 24.

Metum præſumitur ex precibus eius, cui reuerentia debetur, n. 25. & 27.

Metus illatus per officialem, ſi ſubditus damnum patitur ſindicatur, n. 26.

Metus an purgetur per actus ſequentes tacito conſenſu, & per quod tempus, n. 29.

Metus per coniecturas, & domeſticos probatur, n 30.

Metus non attenditur, ſi poſt illum alius actus ſequatur n. 31. & de ratione, ibid. niſi qualitas metus duret, ibid.

Sed per quod tempus duret metus, num. 32. & 33.

Qualitas metus quomodo debet probari, nu. 34. & 35.

Metus cadit in conſtantem virum, dolus verò in prudentem, n. 36.

Etiam in mulierem conſtantem, n. 37.

Sed quomodo conſideratur metum cadere in cõſtantem virum, n. 36.

Metus conſideratur quandò infertur à latronibus, vel multis coadunatis, n. 38.

Vel quandò infertur à potenti, vel ſolito minas exequi, n 39.

Metus duplex eſt; præciſus, & cauſatiuus, & quando excuſet, n. 40. & 41.

Qualibet cauſa excuſat à dolo, n. 42.

Limitatur primo ſi eſt contra bonos mores, vel de Iure prohibita, n. 43.

Limitatur ſecundò ſi excuſatur à tanto, non excuſari a toto, n. 43.

Limitatur tertiò ſi cauſa eſt nata poſt incurſionem in pœnam, n 44.

Limitatur quartò ſi appareat fuiſſe metum, non ex tali cauſa, n. 45.

Limitatur quintò non excuſari à culpa, numer. 46.

Excedens modum in vindicta, an puniatur de culpa, vel de exceſſu, n. 47.

Exiliatis, vel relegatis fines rumpentibus, an duplicetur pœna, vel morte puniantur, n. 48. & 49.

Relegatus, vel exulatus ſi pendente exilio, vel relegatione aliud delictum cõmittat, per quod relegatur ad tempus, an duplicetur tempus, & à quo die currat, n. 50.

Videte ergo, ne, & vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipſis, Baruch. cap. 6. n. 4. Boet. de conſolat. lib. 4. proſ. 6. folio mihi 72 enarrãdo hominũ metũ dicit multos eſſe, qui plus æquo metuunt, quod benè ferre poſſunt, ſicut Thomas formidauit ingreſſum Indiæ, unde arguitur metum aliquando non eſſe, & accidentaliter dependere ab appræhenſione hominum, prout in præſenti dec. 5. in qua metus cauſa pro excuſatione fuit.

Li

Licet homicida pęna mortis naturalis punitur vulgatis Iuribus iuxtà illud, quod fe-
1 ciſti,hoc expectes,tamen ſi cum cauſa fit, non ordinaria pœna puniri, teſtatur Grãmat. fuiſſe in Sacro Conſilio concluſum in hac deciſ.5.in qua,ad euitandam pęnã mortis ad beneficium Pauli,& aliorum inquiſitorum,tres rationes potiſſimè fuerũt adductæ; prima.ex cauſa homicidij ſecuti in perſonam fratris Pauli ab occiſo, ab eodem Paulo; ſecunda,ex minis inlatis ab eodem occiſo; tertia,quia occiſus tentauerat cognoſcere ſororem inquiſitorum, vndè de tribus tractatur, de homicidio,de minis,& de honore; nam, ſi, ex cauſa honoris, licet homicidium committere, ſuper quibus parum Petr.fabricauit,nam de metu verbum vnum dixit hic, dixit verò infrà dec.103.in qua tractat de metu,etiã ad impediendum matrimonium, vbi ego dicam,de honore aliud verbum,de homicidio nihil,ſed de relegatis pauca attulit; vndè de omnibus,ego diſtinctè tractabo, & inde Petræ reſpondebo in materia frãgentium fines relegationis,vel exilij.

Quoad primum de homicidio dixi in meo 1. tom.tit.de homicidio.

De metu,& minis,licet Grammat. loquatur in alia Deciſione 18.& 66.& 103. tamen hic tractabo de metu,& minis, delicta inducentibus.

Quoad tertium, nempè quod tentauit ſtu-
2 prare ſororem inquiſitorum,vt n.9.Grammat.affert,optima eſt ratio per ipſum adducta,& dicit Petr.quod hæc ſola cauſa debebat à pęna mortis excuſare, quandò enim tractatur de honore, & ammiſſionis ipſius periculum imminet, multa permittuntur,de Iure Canonico,ex cap.nolo 12. q.1.vbi habetur, quod honor cuſtodien-
3 dus eſt,& ſatis crudelis eſt,qui famam ſuã negligit,& de Iure ciuili per tex.in l.miles §.ſocer.ff.de adulter.quem ſequitur Grãmat.infrà dec.98.n.3.vbi verecundum eſt
4 honorem ſuum inultum relinquere,& Carauit.ad pragm.2.de falſ.n.21.dicit,quod honor præfertur vitæ, immò ipſa vita ca-
5 rior eſt,Viu.dec.46.n.5.immò vitæ,&bonis præfertur,Bouadill.tom.2.politic.lib. 5.cap.1.n.49.& melius eod.tom.lib.3.c. 11.n.24.& iterum eod.lib.3. cap.15. nu. 112. & Luc. de Penn. in l.filios, Cod.de decurion.lib.10.ver.pro his terrenis, di-
6 cit,quod pro his terrenis honoribus dilectores huius ſeculi multa tolerant,pro cœleſtibus verò pauca,vndè ei,qui propriam famam ſpernit,non debet committi adminiſtratio,dicitur enim mittere lapidem in aceruum Mercurij, ideſt totam turbare calculi rationem, & Reipublicæ ſubuertere quietem,impoſſibile eſt enim,vt alios vtiliter regat quem proprius ſubuertit error,Luc.de Pen.ibid.&Ariſtot.lib.1.econom. dicit, multò grauius fert aliquis, ſi honore ſuo priuetur, quam ſi omnia bona
7 ſua auferantur,& Paul.Apoſt. ad Corinr. dixit,*expedit mihi potius mori,quam gloriã meam,quis euacuet*.licet Bouadill. tom.2. politic.lib.4.cap.1.n.10.differentiam fa-
8 cit inter honorem,& reuerentiam,iuſtuſq; metus ſic cauſatur ex periculo honoris,ſicut periculo vitæ,Marant.conſ.77.n.6.& 7.vnde fundamentalis fuit ratio honoris adducta perGrammat.hic,& optimè dixit Petr.quod ſola hæc cauſa honoris debebat inquiſitos excuſare à pœna.

Secunda cauſa allegata perGrammat fuerũt minæ inlatæ de interficiendo vnum ex fra-
9 tribus inquiſitorum,vnde ſciendum,quod minatus de occidendo, poteſt minantem impune occidere,quia cenſetur facere ad ſui defenſionem,Marant.conſ.77.nu.9. & iterum conſ.127.n.1.qui videtur concurrere cum Grammatic.hic, tu verò quantũ
10 præferatur honor,& fama,& aliam materiam honoris,vide Viu.dec.399. Sed cũ
11 omnis bona diſceptatio, à diffinitione proficiſcitur,l.1.§.dolum,ff.de dol. quæritur,quid ſit metus, variæ dantur diffinitiones; nam Ariſtotel .lib. 4. & hic dixit, quod metus eſt expectatio mali, & alibi,
12 quod metus eſt vitium iraſcibilis partis, ob quem formidant terrore præſertim imminente, vtrumque maximum animi malum,alij dicunt,quod metus eſt mali futuri ſuſpicioſus cruciatus,Galen.verò in lib. 3.demonſtr.aſſerit,quod metus eſt animi torpor circa ſenſus omnes ſparſus,ex mali imminentis opinione,cuius metus, comites ſunt, mollities, effeminatio, laboris fuga,

fuga, & vitæ nimia cupiditas, Viu.verò
13 dec. 123.nu.43. aſſerit, quod tres peſtes
ſunt, quæ omnes ſollicitant, metus, cupidi
tas, & ægritudo, Azon. in ſumma in Rubr.
quod met.cauſ.dat aliam diffinitionem, &
eſt, metus eſt inſtantjs, vel futuri periculi
cauſa mentis trepidatio, quem ſequitur
Caualcan.de brach.reg.p.3.n.210. Ego
verò aliam diffinitionem aſſigno, quòd
metus eſt opinio magni mali impenden-
tis, ſub quo comprehenduntur, Puſillani-
mitas, Timor, Pigritia, Terror, Pauor, Exa-
nimatio, Conturbatio, Socordia, Pudor,
Verecundia, Formido, Tumultus, & Tre-
14 pidatio, de quibus vellem diſtinctè loqui
ſed cum occaſio hæc non præbeat, prçter
mitto, ſed tantum dicam, quod trepidatio
eſt animi offuſus horror, geſtu, motuque
corporis feſtinando, vltrò, citròque incut
ſando demonſtratus.

Sed Grammati non exprimit, quibus verbis
fuerunt minæ inlatæ, & pro quibus verbis
fuit inductus ille iuſtus metus allegatus;
vndè de metu, & minis tractare intendo,
& primò de minis, quibus delicta inducũ-
tur vt promiſi.

Et ſciendum, quod quandò minæ ſunt prola-
15 tæ çquiuocè, & poſſunt capi in bonam, &
malam partem, vʒ. *Io te farò grattar la ro-
gna, ouero te ne farò pentire, ò io me ne paghe
rò, ò al barco t'aſpetto, ò da quì à poco tempo
te farò conoſcer chi ſon'io, ouero giocarò à car
ta ſcoverta, ouero te caſtigarò ben'io*, & ſimi
lia; quia poſſunt capi in bonam, & malam
partem, & poſſunt intelligi via Iuris, non
operatur contra minantem, l. 1. Cod. de
ijs, quib. vt indign. & ratio eſt, quia quan-
16 dò verbum poteſt capi in bonam, & ma-
lam partem, debet potius in bonam acci-
pi, immò debet improptiari, vt delictum
euitetur, Ioſep.Ludou.dec.Lucen.4.n.32
& 33.Hyeron.de Laurent.dec.Auenion.
89.n.2. Prout in ſimili dicimus, quando
præſumitur falſitas, & actus poteſt ſe habe
re ad falſum, & non falſum, per non falſo
debet interprçtari, immò verba ſunt im-
proprianda ad euitandam falſitatem, Fa-
rinac.tom.5.de ſimul.& falſit.q.153.par.
10.n.193.& ſeq.

Si verò minæ, ſiue uerba minatoria ſonant in
17 delictum particulare, & ſpecificum, quod
inde ſecutum eſt, faciunt minæ indicium
ad torturam contra minantem, Speculat.
tit.de præſump.§.ſpecies, verſ.ſed pone.

Si autem ſonant in aliquod delictum ſpecifi-
18 cum, & inde aliud delictũ, diuerſum à mi-
nis ſecutum eſt, nõ faciunt indicium, quia
factum longè, diſtat à verbis, ex eo enim
multa dicuntur calore iracundiæ, quç exe
cutioni poſteà non mandantur, nec man-
darj ſolent, Theſaur.dec.24.n.9.

Quod tamen intellige, vt ſi neſcitur, quis de
19 lictum commiſit, & minæ ſunt prolatç ab
homine potente, & malæ famæ in eodem
genere, qui erat ſolitus illas exequi, & de
facili poſſet eas exequutioni demandare,
faciunt indicium ad torturam, ſed ſi ſcitur
delinquens, ſecus erit, Clar.§.final.q.21.
ver.minæ.

Quoad ſecundum, & circa metum, ſciendũ,
20 quod iuſtum metum inducunt, ne dum
cauſæ adductæ per Grammat.hic, ſed et à
preces, & rogamina ſuperiorum, quæ cum
habeant vim præcepti inducunt iuſtum
metum, Marant.conſ.39.n. 20. & ſeq. ex
qua authoritate motus ego dicebam, dũ
eſſet Aduocatus Pauperum huius R. A.
Doctor Io.Baptiſta Palumdo de Tramun-
to, vir conſcientiatus, videbatur D. Mar-
chioni Celentiæ Præſide, ac Thomæ de
Franchis, Vincentio Abbate, & Antonio
Polito Auditoribus, illum non poſſe am-
plius patrocinare ſtante eius ætate octua-
genaria, & vltrà, cuius ſenectus morbus
eſt, & propterea, quod pauperes nõ pote-
rant celeriter expediri, vnde videbatur di
ctum Io:Baptiſtam illud debere reſignare
& ad illum ſic inducẽdum, vna die prçſes
recenſendo Chriſtianæ, & piæ eidẽ Io:Ba
ptiſtæ pericula in dies euenientia in car-
ceratos, illum ſuadebat ad reſignandũ, &
22 reſignauit, & à Tribunali fuit E.S. reſcri-
ptum, & electus Doctor Carminius Cen-
trella, & Io:Baptiſta poſt diſceſsũ Prçſidis
dicebat, debere in integrum reſtitui, quia
reſignatio erat facta cauſa metus. Et reſi-
23 gnatio ſic metu facta, dicitur nulla, Mo-
hed.deciſ.32.& ego dicebam, quod licet
vera ſint, quæ per eum opponeban-
24 tur, & addebam, quod ſolus vultus pote-

ſtatis inducit,iuſtum metum, & iuſtus eſt
timere crudelitatem terribilis poteſtatis,
ex Bald.cap.1.S.Iniuria, verſ. quæro de
pat.Iurament.firmat. quem ſequitur Ma-
rant.conſ.6.num.24.& Minad.conſ.28.&
metus præſumitur ex precibus eius, cui
25 reuerentia debetur Olaſch.deciſion.179
n.4.& compulſus dicebatur Præſidis pre-
cibus,ex Afflict.dec.69. n.6. metus enim
26 illatus per officialem tempore officij ſub
ditis operatur, vt ſi ſubditus ex eo damnũ
patitur,officialis ſindicatur,Par.de ſindi-
cat.in verbo ſindicantur n.8. in fin. & nu.
10.quem ſequitur Carbon pract. practic.
lib.1.cap.2.n.75.ſed in caſu noſtro ſumus
in Præſide,cuius reſpectu iuſtus metus præ
27 ſumitur,Petr.ad Gram.dec.103.n.72.niſi
dirigatur ad exequutionẽ Iuſtitiæ,Bald.in
rubr. Cod. quod met.cauſ.quem ſequitur
Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ. 2.num.8.&
propterea,cum reſignario ſit facta cauſa
metus,venit annullanda Capp.Toloſ.de-
ciſ.285.

Tamen cum electio ſit facta in perſonam di-
cti Doctoris Carminij, & ex cauſa eius
virtutum, præceſſerat,acquieſcere debe
bat,tantum.n. laborem, tantanque dili-
gentiam adhibet in cauſis pauperum; ac-
cedat, quod & ſi vellet metum allegare,
teneretur probare fuiſſe illatum ad eun-
dem finem,vt talis renunciatio fieret, ex
28 Afflict.deciſ.246. quod,cum ſit difficilis
probationis,obtinere non poterat,& etiã,
quod metus interueniſſet,cum tacuit Car
minium exercere per plures dies, immò
menſes,ipſo tacente,præſente,& non cõ-
tradicente, immò quando ille intimaba-
tur ab eis,qui neſciebant ipſum reſignaſſe
replicabat Carminium, tanquam Paupe-
rum Aduocatum intimari,quo caſu, me-
29 tus purgabatur per iſtos actus contrarios
ſecutos,Olaſch.dec.142.n.1.qui in alia
dec.179.n.8.dicit,quod metus præſumi-
tur purgatus,tacito conſenſu cauſato,lap
ſu longi temporis,& ſtatim,quod quis ta
cet,videtur reſignare. Crauett. conſ. 10.
nu.17. Vnde concludebam ipſum debere
acquieſcere,& iam acquieuit,imò Carmi
nium tanquam filium dilexit,cum illum ſe
bene gerentem vidit.

Sed quæro ſi ille Io:Baptiſta voluiſſet proſe-
qui perfidiam,& allegatum metum, pro-
30 ponere,& allegare,quomodò debebat ve
rificare, cum in Camera per Dominum
Præſidem fuit illatus? dic,quod per conie
cturas,& domeſticos poterat probare ex
Boer.dec.101.vide Gamm.dec.250.

Ad materiam,ſciendum,quod ſi ad aliquem
actum faciendum interuenit vis, quæ illũ
31 actum præceſſit,quod illa uis non atten-
ditur,ſi poſt illam vim actus voluntarius
ſequitur ex doctr.Bart. in l.Cæſar,in repe
tit.ff.de public.& vectigal.n.9.quia tran-
ſit in nouũ conſenſũ Capobl.prag.9. nu.
20,niſi illa qualitas metus adhuc duret.

Verum ſi ſit contractus,& indè poſt quatuor
32 horas ratificatur,præſumitur metus dura-
re,Calderin.conſ.2.tit.quod metus cauſa
quem adducit Amend.ad Franch. deciſ.
126.n.3.Farinac.q 35.n.38.& 46.& etiã
ſi in contractu adſit illa clauſula ſpontè,
non poteſt excludi metus, & dici, quod
contractus fuit ſpontè factus, allego vnũ
pro mille,Farinac.q.35.n.14. ea ratione;
33 quia metus non purgatur ex actu ſubſe-
quuto cauſa metus adhuc durante, Coſta
de ſcient. & ignorant. iur. & fact.cent.2.
diſtint.90 n.6.

Nota inſuper,quod ſpecies,& qualitas metus
debet verificari,& probari etiam per actũ
proximum,Vera dec.221.p.2.& ad illum
34 probandum leuiores ſufficiunt rationes,
Menoch.de arbitr.Iudic.lib.3.caſ.116.n.
17 qui dicit ibid.quod eſt difficilis proba
tionis,vide caſ.136. Hippol. ſing.325.&
Ioſeph Ludou.dec.Lucenſ.10. n.12. qui
35 dicit,quod poteſt probari per locum à ue
riſimili,& è contra poteſt excludi per lo-
cum à non ueriſimili.

Metus uerò tunc conſideratur,quando cadit
36 in conſtantem uirum; differunt enim do-
lus,& metus,quia ſicuti dolus cadit in pru
dentẽ uirũ,ità metus in conſtãtẽ Carb.in
pract.practic.lib.1.c.1.n.15.ſequitur Ca
bal.reſol.crim.cẽt.1.caſ.70.n.44.poſt Me
noch.de arbitr.Iud.caſ.135.n.1,& in cõ-
ſtantem uirum cadit, quando periculum
mortis, uel cruciatus corporis imminet
Maſul.ad Cap.de.95 n.20.cõcordat Viu.
in tit.de patr.n.57.uel ſi imminet amiſſio-
nis

nis omnium bonorum, vel maioris partis
periculum, quia metus amiſſionis omniũ
bonorum, vel maioris partis æquiparatur
metui mortis, & cruciatus corporis, Viu.
dec. 394. n. 6. Vel quandò cui infertur me
tus improuiſus inſtantis periculi, & tollit
rectum iudicium, & conſilium deliberan-
di, Caball. in tract. de omn. gen. homicid.
n. 100. licet Farinac. tom. 5. de falſit. & ſi-
mulat. q. 162. nu. 81. hoc arbitrio Iudicis
remittat.

Sed ſi vir, & vxor delinquant, & vxor ſe ex-
37 cuſat, metu viri, deliquiſſe, metus hic in
vxore conſideratur, quandò vxor illa eſt
timida, bonæ vitæ, conditionis, & famæ,
vir verò rigidus, & fortis, vt concludit Ma
ſtrill. dec. Sicil. 246. n. 42. quia minor me-
tus cadit in mulierem conſtantem, quia
fragilior eſt, Butr. in c. 2. de his, quæ met.
cauſ. n. 12.

Multi latrones, vel quidam coadunati cogi-
38 tarunt interficere Titium, vel eum depræ
dari de nocte, vocant Sempronium, & ſe-
cum per vim ducunt ad hoſtium Titij, &
inducunt, vt illud hoſtium pulſet, Titius
audiendo Sempronium ſuum amicũ, nec
cogitando adeſſe latrones, aperit, illi oc-
cidunt Titium, vel domum deprædantur,
quæritur, qua pœna puniri debet Sempro-
nius, Baiard. ad Clar. q. 60. n. 58. ex Berta
zol. ibi relat. tenet excuſari, quia coactè fe
cit, vide dicta per Caball. reſol. crim. cent.
3. caſ. 287. n. 12. & ſeq.

Quomodò enim debet probari, quod pericu
39 lum mortis imminet, vide Viu. dec. 394.
n. 8. qui n. 13. infert metum eſſe adeò cõ-
ſiderabilem in aliquo potenti, & aſſueto
minas ſuas executioni demandare, quod
ſi ille petens, mandaret Titio, vt interfi-
ciat Seium, alioquin ipſum occidat, ſi Ti-
tius hoc metu inductus Seium occiderit,
à pœna homicidij excuſatur, & mitiori
pœna punitur, nec aſſignat rationem, quã
ego adduco ex Butr. in cap. Sacris, n. 4. &
40 vlterius dico, quod metus duplex eſt, præ
ciſus, & cauſatiuus, metus præciſus eſt om
ninò ille, qui impellit hominis operatio-
nem, ſine aliquo principio voluntatis an-
nexo in operante, & quandò huiuſmodi
metus præcedit in aliquo actu, eſt excu-
41 ſabilis, non punibilis, & venia dignus, pro
ut conſideraui ſupra ſi Titius fuit ductus
ad domum Sempronij, metus verò cauſa-
tiuus eſt ſe habens vt cauſa primaria ad
impulſum voluntatis, & ſic in operatione
maior concurrit uoluntas, quam fuit prin-
cipium, vnde operanti adſcribitur, & hoc
caſu tenetur, & non poteſt conſiderari hic
metus in Titio, cui fuit mandatum aliquẽ
occidi, ratione voluntatis exequutę abſq;
impulſu.

Grammat. hic n. 26. dicit, quod quælibet cau
ſa etiam iniuſta excuſat à dolo, ex l. plagij
42 C. de plagiar. ad adde, quod illum tex. lo-
cuti ſunt Dom. de Rota diuerſ. deciſ. 583.
p. 1. Miſing. obſer. 98. cent. 3. Verall. dec.
108. p. 3. Mangrell. in eod. tex. quod limi-
tatur, non procedere in infraſcriptis caſi-
bus v3. Primò quælibet cauſa non excu-
ſat à dolo quando quis eam agit, & vide-
tur eſſe expreſsè contra bonos mores, vel
de Iure prohibita, Viu. dec. 449.

Secundò, quod ſi excuſat à dolo, non tamen
43 facit eum exemptum à toto, ſed tantum
à tanto, vt Grammat. hic n. 28.

Tertiò ſi hæc cauſa, pro qua quis excuſatur
44 nata eſſet poſtquam quis incurrat in pœ-
nam, Farinac. dec. 87.

Quartò, non excuſat à dolo, ſi appareat fuiſſe
45 motum, nõ ex tali cauſa, Viu. dec. 80. n. 3.

Quintò nõ excuſat à culpa, Viu. de. 449. n. fi.

Ibidem n. 27. ibi (excedens modum in ſe vin
47 dicando puniendus eſt de culpa, & nõ de
dolo) adde, quod cõcordat Affl. dec. 206.
qui dicit, quod excedens, de exceſſu punitur.

Hæc quoad promiſſa ſufficiant, nũc reſtat, vt
pacta ſeruem, reſpondere Petræ, qui n. 3.
& 4. mouet quæſtionem, & reſoluit, rum-
48 pentibus fines exilij, uel relegationis du-
plicari tẽpus, & ego quoad exilium, & ip-
ſius fines frangentes, dicam latius infrà
dec. 37. in qua materia ſedet, & Petr. ibid.
n. 6. parum affert, & alia dicit Petr. infrà de
ciſ. 68. n. 7. tu dicas, quod ſi ſententia rele
gationis eſt ſimpliciter prolata, intelligi-
tur per decennium, Garſ. d. d. 379. & de
materia exilii dixi 1. meo tom. tit. de exil.

Rũpentes fines deportationis, uel relegatio-
49 nis, pœna mortis puniũtur, Frãch. de. 140
n. 7. ſecus verò cõtra aufugiẽtes à Regiis

trlremibus, qui redeunt ad ſeruiendum, niſi Iudex in ſententia pęnam mortis naturalis comminatus fuerit.

Sed occurrit dubitari, ſi relegatus, vel exula-
50 tus, durante exilio, vel relegatione com-
mittat aliud delictum, per quod ſimiliter
exulat, vel relegatur per aliud tempus,
hoc ſecundum tempus quandò inchoa-
tur ab illo die, vel à die alterius temporis,
D. Rouit, mouet quæſtionem, & remittit
ſe ad Gloſ. in clement. 2. in verbo ſequen-
tes in princip. de magiſtr. quam ego vidi,
& eſt cap. 2. eiuſdem tituli in qua habetur
quod non fit duplicatio, ſed finito primò,
inchoatur ſecundum.

Haliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. VI.

SVMMARIVM.

Grammatic. erraſſe in hac deciſ. affert Petr. nu. 1.

Crimen læſę Maieſtatis committitur contra Principem, & ad eius latus aſſiſtentes, num. 2.

Ampliatur primò in Principe, Marchione, Duce, Comite, & alijs etiam ſuperiorem recognoſcentibus, n. 3.

Amplia ſecundò in feudatario, qui præſtitit iuramentum hoſti, n. 4.

Amplia tertiò in eximente condemnatum ad mortem, n. 5.

Amplia in relaxando carceratum delatum, vel compeditatum, n. 9.

Amplia quartò in eo, qui coadunauit perſonas, & arma in vrbe, n. 10.

Item in eo, qui ſe rebellauit ab Imperatore, & eius Vicario, n. 11.

Item in eo, qui legit literas proditionis, nu. 12.

Item in eo, qui ſcit tractatum contra Principē, & eius ſtatum, & non reuelauit, nu. 13. & 47.

Ad quæ ſcientia ſola ſufficiat, n. 14.

Idem ſi ſciuerit, & ſerò detegerit, n. 15.

Item in eo, qui fecit tractatum de occidendo officialem, n. 16.

Item in filio, qui punitur pro patre delinquente, n. 17. & priuatur beneficijs, & officijs, & efficitur infamis, ibid. ſed quibus beneficijs, n. 25, & quomodò priuetur, n. 29.

Item in filio, tàm nato, quàm naſcituro, num. 18.

In muliere damnata, n. 19. & quomodò procedat, n. 26.

Limita primò in patre, qui non punitur pro filio, num. 20. ſecundò in filijs ex linea feminina, n. 21.

Item in non ſubdito, n. 22.

Declara ſi eſt tantum ſubditus ratione feudi nō procedit, n. 23.

Limita in fratribus, n. 24.

Limita in Clerico prima tonſura, n. 27.

Item habet locum pœna huius criminis in primo capite, n. 28.

Limita in filio emancipato, n. 30.

Limita in peculio profectitio, quod in confiſcatione non venit, n. 21.

Conuictus de hoc crimine pœna minoratur aliquando ratione qualitatis, n. 32.

Mittens literas, nuncium, vel ſignum hoſtibus, an incurrat, n. 33.

Machinans mortem Imperatoris, vel alterius Domini, an incurrat, n. 34.

Baro relictis Caſtris, aufugiens ad Caſtra hoſtis, qua pœna punitur, n. 35.

Crimen læſæ Maieſtatis, an committatur in Barones, n. 36.

An in officiales ipſius Baronis, n. 37.

Narratio rebellionis facta per Papam, vel Regem, an probet rebellionem, n. 38. An noceat venientibus ab inteſtato, à n. 38. ad 41.

Dicens verba contumelioſa contra Principem, vel officialem, an puniatur hac pęna, & quomodò, n. 42 & 43.

Condemnatus pro hoc crimine, an appellet, nu. 44.

Si fuerit occiſus officialis, vel aſſiſtens ad latus Principis, n. 45.

Quod declara, niſi fiat cauſa inimicitiæ, num. 46.

Vaxallus ſciens tractatum contra ſuum Dominum, tenetur reuelare, n. 48.

Rebellem quilibet indicare tenetur, numero 49.

Nobilis inquiſitus de hoc crimine perdit nobilitatem, & ſuſpenditur, n. 50.

Qvi contradixerit ori tuo, & non obediệrit cunctis ſermonibus, quos præceperis ei, moriatur. Ioſue cap. 1. n. 18.
Boet. in tract. de conſolat. lib. 3. proſ. 5. lit. D
ſol. mihi 44. refert, quod Reges ſecuri eſ-
ſe non poſſunt, quia incommoditates im-
minentes, non poſſunt, non formidare.
Adſunt multi ab obedientia Regis alieni, qui
nè dum hoſtibus inhęrent; ſed contra eo-
tum Regem conſpirant, quare conueniũt
Regibus verba præcitata *Boetij*, vt ſubdi-
torum ſecuritate frui non valeant, tene-
mur enim parere præceptis Regum, & cõ-
tradicentes pœna mortis digni ſunt iuxtà
præcitata verba, quod ſæpè contingit ſub
ditos crimen læſæ Maieſtatis committere
vt Author in contingenti caſu in hac de-
ciſione ſexta materiam criminis læſæ Ma
ieſtatis tractat, quam alibi de ea ſic ample
non refert, & licet Petr. ore Menocch. &
Ann. hic aſſerat Grammaticum erraſſe, &
proinde noluit cum eius errore concurre-
re, tamen ego intendo aliqua pauca affer-
1 re; & aduertendum eſt, quod in hac deci-
ſione de tribus quæritur, primò, quàndo
hoc crimen committi dicatur, ſecundò in
quas perſonas; tertiò filius an pro patre
committente teneatur, & licet iſtos tres
caſus habes per Apont. conſ. 90. n. 15. &
ſeq. per Ann. conſ. 12. & 63. per Dec. cõſ.
410. per Capic. deciſ. 130. & per Fab. à
Monteleon. in pract. arbitr. par. 4. tit. de
crimin. læſ. maieſt. à n. 309. vſque ad 415.
& per Farinac. tit. de indit & tortur. q. 51.
n. 69. & ſeq. tamen per limitationes, & am
pliationes poſt concluſionem firmatam
ego omnes caſus comprehendam; vndè
ſciendum, quòd
Crimen lęſæ Maieſtatis committitur contrà
2 Principem, & ad eius latus aſſiſtentes (vt
recenſet Grammatic. & videtur benè per
eum diſtingui debere n. 18. & 19. ſi reco-
gnoſcit Superiorem, uel nè) uerum etiam
contra alias perſonas infrà dicendas, &
primò
Ampliatur habere locum in quolibet Princi
3 pe, Duce, Marchione, Comite, & alijs Do-
minis, etiam Superiorem recognoſcenti-
bus, Rol. à Vall. conſ. 88. uol. 2. licet con-
trarium teneat Farinac. deciſione 62. &
Viuius deciſion. 278.
Amplia ſecundò, etiam in feudatario, qui
præſtitit iuramentum hoſti, ut tangit Grã
4 mat. in princ. deciſ. uerbo Homagium Du
ci Gallorum præſtitiſſe, quod in hoc cri-
men incidat, & capitaliter puniendus eſt,
ut idem Author melius declarat infra
dec. 105. n. 25.
Amplia tertiò, quod is, qui liberauit, ſeù exè-
5 mit condemnatum ad mortem de manu
familiæ, eum ad ſupplicium aſportantis,
tenetur hac lege, ut declarat Bart. in l. 4.
6 ff. ad l. Iul. de ui priuat. Viu. dec. 92. quod
limitatur non procedere in uxore eximẽ-
te à manibus familiæ Curiæ maritum cõ-
demnatum ad mortem, Clar. §. fin. qu. 29.
uerſ. Quæro etiam circa fin. quem ſequi-
tur Viu. dec. 92. n. 5. Verum nec Clar. nec
Viu. aſſignant rationem, quam ego puro
ex illa generali; *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, uel alia poſita per Guttier.
de iurament. confirm. p. 1 c. 18. nu. 7. qui
teſtatur, quòd quando vir facit ceſſionem
bonorum, & cogitur ſeruire creditoribus,
7 mulier poteſt petere, vt præferatur, & prę
fertur creditoribus, & maritus tenetur
vxori ſeruire dimiſſis creditoribus, & di-
cit ipſum, tanquam Aduocatum pauperũ
obtinuiſſe in fauorem vxoris; ego verò
contrarium ſentio ex vna generali, & con
cludente ratione, nam ſi hoc permittere-
tur, quilibet ſub hac ſpe delinquerer, & opi
nio Guttier. procedit in Hyſpania vigore
literarum Regis, in his verbis. *E ſi por
auentura el marido ſe tornaſſe ſeruo à ſabiẽ-
das por hauer raçon ſe partir de ſu muger, no
deue valer, ni ſe departe el caſamiento porẽ-
de, ante lo puede muger demandar, e ſacarlo
a un de la ſeruidumbre ſi quiſiere, & eſtos
porque ha derecho en el, e porque naçe en de
muy grandeshonra a ella, y ſus hijos ſi los hu-
biere.*
Amplia hanc tertiam ampliationem, idem
9 eſſe in relaxante carceratum delatum, vel
compeditatum, Guid. Pap. q. 437.
Amplia quartò in eo, qui coadunauit perſo-
10 nas, & arma in vrbe, quod in hoc crimen
incidat, Marc. q. 251. p. 2.
Amplia quintò in eo, qui ſe rebellauit ab Im-
11 peratoris Vicario, quod in hoc crimẽ in-
currat,

currat, & idem eſt ſi eſſet rebellatus ab eodem Imperatore, Franc.Marc.q.617.

Amplia ſextò in eo, qui legit literas prodi-
12 tionis,ex Bartom.de Capu.ſing.43.fol. mihi 37.

Amplia ſeptimò in ſubdito, qui ſciuerit ali-
13 quid tractari, vel fieri contrà perſonam principis,vel eius ſtatum,& non reuelauerit,quod in hoc crimen incidat, Olaſch. dec.80.& ratio eſt,quia ſola ſcientia pu-
14 nitur in hoc crimine,Th.Triuiſ.deciſ.51. intellige ſi ſcientia ſit probabilis,ſecus nõ probabilis,Capic.dec.155.n.10.& Marſ. ſing.164.

Et ſi ſciuerit,& ſerò detegerit,& reuelauerit
15 vide Gomeſ.Leon.dec.67.vide ad materiam Oſaſc.dec.79. Miſing.obſer.4.centur.5.Menoch.lib. 2.de arbitr. caſ.355.

Amplia octauò in eo,qui fecit tractatum ſo-
16 lum,ſeù conatum de occidendo officialẽ hoc crimine punitur,Guid.Pap.dec.344 & tractatus huius faciendæ proditionis ultimo ſupplicio punitur Rot.Auenion.deciſ.92.

Amplia nonò in filio,qui pro patre delinquẽ-
17 te punitur ex allegat.per Gramm.hic,quẽ ſequitur Oſaſch.dec.94.n.7.& Det.conſ. 64.ū vide Rebuff. in conſtit.Regn.gloſ. 5.n.106.in proemio, quod ampliat, ut filius punitur,ne dum ex condemnatione patris propter hoc crimen, uerum etiam priuatur honoribus,& officijs, & efficitur infamis,& Roman.ſingul.693.& ſunt incapaces ſucceſſione, vt Grammat. enarrat,tam ex teſtamento,quam ab inteſtato, Marſil.ſingul.16. qui multa de hac materia,proditorum cumulat.

Amplia decimò tàm in filijs natis,quàm na-
18 ſcituris,in quos pęna .l. quiſquis habet locum Rolan.conſ.74.vol.3.

Amplia vndecimò,etiam in muliere damna-
19 ta hoc crimine,quæ perdit dotem,& bona,Miſinger.obſeruat.4.centur.5.numer. 18.

Limita concluſionem hanc firmatam,primò
20 in patre,qui non punitur ex delicto filij, licet filius puniatur pro patre vtiup.& pater, & filius eadem perſona cenſeantur, Oſaſch.dec.94.

Limita ſecundò in filijs deſcendentibus ex
21 fęminea linea, quod non habet locum, concluſio firmata,Rauenn.tract.de Anal. c.32.n.23.

Limita tertiò, vt in hoc crimen non dicatur
22 incidere non ſubditus,idem citat.loc.nu. 30.Rolan.conſ.40.vol.1.& conſ.1.vol.3 vide Menoch.conſ.99. lib.1. & poſteum Petr.ad Capic.dec.162.lit.F.Farinac.de immunir.Eccleſ.n.191.

Amplia hanc limitationem,quod ſi eſt tantũ
23 ſubditus ratione feudi, non incurrit in hãc pęnam,Rol.conſ.1.n.28.vol.3. vide Menoch.cit.conſ.99.

Limita quartò in fratribus,& nepotibus de-
24 linquentis,Det.conſ.64.qui ſubdit,quod licet decretum interponatur, quod in hoc crimen teneantur Collaterales,& fratres rei,illud reſtringendum eſt ſecundum mentem eiuſdem decreti.

Limita quintò,quòd licet filij priuentur ho-
25 noribus,& officijs propter crimen commiſſum à patre, vt dixi ſupra ampliat. 9. non priuantur beneficio Eccleſiaſtico,ex eo,quia pater commiſit crimen læſæ Maieſtatis,quia iudex non poteſt de beneficio Eccleſiaſtico cognoſcere Roman.ſingul.693.

Limita ſextò,quia licet mulier damnata ob
26 hoc crimen commiſſum perdat dotem,& bona,vt dixi in ampliat.11.quod ſunt ſalua iura, & actiones marito competentes ex lucro dotis ſibi ſpectante,ſtante pacto conſuetudine,uel ſtatuto, Miſing.obſeru. 40.cent.5.n.18.

Limita ſeptimò in clerico primæ tonſuræ,
27 qui de hoc crimine coram ſeculari Iudice accuſari non poteſt, Rolan.conſ.4.nu. 1.

Limita octauò, quod habeat locum niſi in
27 crimine læſæ Maieſtatis in primo capite,quia cum ſit odioſum,& pęnale, non debet fieri extenſio, Vera deciſion.292. p.2.

Limita nonò,quod licet in ampliat.9.dixi fi-
29 lium poſſe puniri pro patre committente debet intelligi tantum contra filium patris delinquentis contra ſupremum Principem,quia ſi contra inferiorem recognoſcentem ſuperiorem pater commiſit,non punitur filius,Rauenn.tract.de analog.c.

32.&

32,& Rol. à Vall. conſ. 74. quod nota ad
limitationem ampliationis primæ, quia
quod dicit Grammat. n. 19. ibi in duobus
caſibus concordat Rol. conſ. 1. n. 28. vol.
3. vide Menoch. conſ. 99. vol. 1.
Limita decimò non procedere in filijs emã-
30 cipatis, Petr. de Rauenn. ſing. 940.
Limità vndecimò in peculio profectitio,
31 quod filius non perdit, etiam ſi paterna
bona confiſcantur, idem Rauenn. ſingul.
194.
Limita duodecimò, quod licet conuictus de
hoc crimine, debet hac pęna puniri, ali-
32 quando ratione qualitatis perſonarum
non debet ad mortem condemnari, vt ad
uertit Papon. lib. 22. tit. 1. arreſt. fin.
Ex quibus ampliationibus, & limitationibus
habes ſi filius pro patre punitur, & in qui-
bus caſibus, & ſic declaratum habes ter-
tium quæſitum, quod in principio pro-
miſi.
Materiam proſequendo quæro, Titius con-
currit, & conſenſit, quod Meuius mittat
33 literas, ſeù nuncium, vel aliud ſignum ho
ſtibus Principis, vel Domini, an Titius in
cidat in hoc crimen, vide Dec. latè diſpu-
tantem conſ. 604. & ſeq.
Secundò quæro ſi quis machinauerit mortẽ
34 Imperatoris, vel alterius Domini, an in-
currat, & qua venit puniendus pœna, vi-
de Guid. Pap. dec. 344.
Tertiò quæro, qua pœna punitur ille Baro,
35 qui relictis eius Caſtris, à quibus aufugit
& ad Caſtra hoſtis ſe contulit, an poſſit ſe-
tueri, vide Grammat. vot. 10.
An hoc crimen committatur in Barones,
36 Viu. dec. 278 n. 1. tenet, quod non, tu vid.
Intrignol. dec. Sicil. 41.
Et an in officiales ipſius Baronis, Viu. ibidẽ
37 tenet, quod non.
Quartò quæro Papa, vel Rex narrauit rebel-
38 lionem factam per aliquem, propter quã
conceſſit Caſtra illius alteri, an hæc narra
tio illam rebellionem probet; Dixi latè ad
priuilegiorum compendium Prouincię, &
vide Dec. conſ. 410.
Iterum quæro, pone, quod Imperator, vel
Rex, qui conceſſit Caſtrum alicui, cuius
alter, erat Dominus, & in conceſſione nar
ret illud deuolutũ eſſe ad ipſum propter
41 rebellionem primęui Domini, an hęc nar
ratio noceat venientibus, & ſuccedenti-
bus in Caſtris, & conceſſio facta valeat,
egò pluries de hoc dubitaui, quandò in
dies Priuilegia Baronum huius Regni le-
gebam, & cogitabam ſi ſtandum erat huic
aſſertioni, poſteà uidi Dec. conſ. 544. lib.
2. qui dicit, quod hęc conceſſio non ualet
in præiudicium agnatorum, & eorum, qui
bus per prius quæſitum erat Ius in Ca-
ſtro prædicto, tu uide eundem Dec. conſ.
606. & Grammat. infrà dec. 15. nu. 13. ubi
hoc in caſu dicit, ſpeciale eſſe in Papa,
neć extendi poſſe ad alios Principes, quẽ
uide.
Quæro ſextò, quis non ſe rebellauit, nec aliis
42 modis ſupra poſitis, hoc crimen commi-
ſit, ſed uerba contumelioſa contra Princi-
pem, uel malè locutus eſt contra Princi-
pem, ſiue officialem, qua pęna punitur? ui
de Crauett. conſ. 6. & Menoch. de arbitr.
Iudic. caſu 372.
Quærò ſeptimò, condemnatus hoc crimine
44 poſſit ne appellare? quod ſic, dicit Rota.
Auenion. dec. 160. contrarium tamen te-
net Capp. Toloſ. q. 177. ſcilicet, quod nõ
retardatur punitio, non obſtante l. ali-
qua.
Quæro octauò, vnum, de quo dixi ampliat.
45 9. vbi dixi puniri eum, qui fecit conatum
ſeù tractatum de occidendo officialem,
an committatur hoc crimen, ſi fuerit occi
ſus officialis, vel aſſiſtens ad latus Princi-
pis, vide Rolan. conſ. 1. vol. 3. Menocch.
conſ. 99. vol. 1.
Quod limita, niſi fiat cauſa inimicitiæ, Cap.
dec. 130. n. 11. uide Guid. Pap. q. 344. qui
n. 21. & 28. ſubdens dicit, quod qui ad ſe
46 magiſtratum ſuſcepit, committit crimen
uſurpatę Iuriſdictionis, & ſi delictum fue-
rit in dominum parlamenti officium exer-
centem, uide Gaill. q. 287.
Sciendum, quod ſi quis ſciuerit conſpiratio-
47 nem factam ſecretò contrà Principem,
uel Rempublicam, quamuis particeps ſit,
tenetur eam reuelare, & non reuelando,
punitur, Natt. conſ. 629. & 668. Marc. de
Mant. ſingul. 2. vide Rolan. conſ. 88. num.
2.
Et ſi vaxallus ſciuerit aliquid tractari contrà

ſuum

48 ſuum dominum, tenetur eidem reuelare, Crauett.conſ.124.

Si eſt rebellis quis alicuius ciuitatis, an quili-
49 bet ciuis teneatur illum Indicare, vide Roman.conſ.794.

Nota, quod eſt adeò enormè hoc crimen. vt
50 quamuis nobilis propter delicta furcis non ſuſpenditur, tamen propter hoc delictum proditionis ſuſpendi poterit, Gram. infra dec.36.n.5.

Eliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS.VII.

SVMMARIVM.

Sex ſunt, quæ Deus odit, & ſeptimum deteſtatur anima eius, n.1.

Diſcordia vnde dicatur, quæ ſit, ex quibus cauſetur, n.3.

Nouerca priuignis ſemper malum affert, & quomodo, n.2.

Diſpoſitio teſtatoris pro lege ſeruatur, n.4.

Teſtator poteſt prohibere diuiſionem hæredum, n.5.

Limita in duobus caſibus, n.6.

Diuiſio eſt ſpeties alienationis, & æquiparatur permutationi, & emptioni, n 7.

Diuiſionis definitio, & quomodo ſit facienda, n 8.

Teſtator ſi prohibet diuiſionem intelligitur quo ad dominium non vſufructum, n.9.

Pactum factum inter hæredes, vel fratres, de nō diuidendo, ſed ſtando in communi, an valeat & ſi ad vitam, vel ad tempus, n.10.

Diuiſio, quomodo ſit facienda inter hæredes, vel fratres, n.11.

Regula, quod maior diuidat, & minor eligat declaratur, n.11.12.13.& 14.

Sententia Sanctorum Patrum in hoc caſu, n.12 in fine.

In diuiſione rerum præfertur rei contigua ille, qui habet rem ſuam contiguam, ſed quomodo, n.13.& 14.

Maior in diuiſione, quomodo conſideretur, nu. 15.

Si fratres poſſiderunt per longum tempus res hæreditarias, an inducatur diuiſio, & quæ concurrere debeant, n.16.& 17.

Si poſt diuiſionem poſſiderunt communiter, an ſit facta communicatio bonorum, n.18.

Bona, quæ non patiuntur diuiſionem, licitantur, n.19.& 20.

Si licitari non poſſunt, adiudicantur, n.21.

Et quando poſſunt licitari, ibid.

Socius habens fundum contiguum obtinet in licitatione n.22.

Pater, an poſſit diuidere in vita, & valeat, quomodo, & quæ concurrere debeant, n.23.& 24.

An poſſit aſſignare legitimam, vel plus vni, quā alteri, n.25.

Fratres diuidentes, an inducant renunciationē fideicommiſſi, vel fideicommiſſi inducatur, ex probibitione diuiſionis, & quomodò num. 26.& 27.

Si eſt facta in fraudem tertij, non valeat, num. 28.

Filius primi matrimonij, an poſſit opponere contra Nouercano quoad reſtitutionem dotis, n.29.

Antefatum, an veniat in diuiſionem, & quid in donatione facta occaſione matrimonij, n.30.& 31.

Probibitio de non diuidendo pro quod tempus duret, & ſi non eſt expreſſum tempus, quomodò determinatur, n.32.

Teſtator, an poſſit remittere confectionem inuentarij, n.33.

An poſſit remittere cautionem præſtandam pro vſufructu, n.34.

SEx ſunt, quæ Deus odit, Prouerb.cap.6.n. 16.

Legitur in c.6. prouerb. quod ſex ſunt, quæ
1 Dominus odit, & ſeptimum deteſtatur anima eius; primò oculos ſublimes, ſecūdò linguam mendacem; tertiò manus effundentes innoxium ſanguinem; quartò cor machinans cogitationes peſſimas; quintò pedes veloces ad currendum in malum; ſextò falſum teſtem mendacia proferentem, & ſeptimò eum qui ſeminat inter fratres diſcordias; & alibi legitur per philoſophum, quod nihilo vipera clementior eſt liberis priùs genitis, & per conſequens inimica nouerca; vnde duæ
2 ſunt cauſæ per Grammat. aſſignatæ in hac deciſ.7. prima ex diſcordijs ortis; ſecunda

ex

ex nouerca, cuius perſona nil aliud eſt, ni-
ſi priuignis ſemper malum, vndè ego pu-
to cunctas diſcordias eſſe à nouerca per-
uentas, væ autem illi, per quem diſcordia
cauſatur, dicitur diſcordia à diſcors, &
plures dantur definitiones, aliqui dicunt,
quod diſcordia eſt ira acerbior, intimo
3 odio, & corde concepta; alij dicunt, quod
diſcordia eſt quarũdam voluntatẽ diſgre-
gatio, quia uoluntas vnius fertur in vnum,
& voluntas alterius fertur in aliud, affert
rationem ex Beat. Thom. 2.2.q. 37. art. 1.
qui aſſerit, quod diſcordia importat diſ-
gregationem voluntatum in diuerſa; tu
verò ſcias aliam definitionem, quod di-
ſcordia eſt aliquorum diuerſio, quos prius
amoris vinculum colligauit, ex Iſid. de
ſumm. bon. lib. 3. & diſcordiam faciunt, &
inducunt minores, vt fiant æquales, &
æquales, ut maiores fiant, diſſenſiones ue
rò nunquam debent amari, & non poterãt
aliæ concurrere, niſi iſta duo, ad operandũ
ut à mente teſtatoris recederetur, & fie-
4 ret diuiſio contrà eius prohibitionem, &
mentem, quæ pro lege ſeruari aliqui dixe-
re, tamen cum cauſa legitima recedere
poteſt Iudex à teſtatoris voluntate; vtili-
tas enim pupilli non ſcriptura teſtamen-
tis attenditur, de Ponte dec. 20. n. 20. &
per Grammat. duæ colliguntur limitatio-
5 nes ad illam regulam, quod teſtator pro-
hibere poteſt diuiſionem hæredum, qua-
rum prima, quandò inter fratres eſt ali-
quis minor, & diuiſio ipſius minoris fauo-
6 rem concernit; altera uerò quandò ex
prohibitione oritur diſcordia, uel diſſipa-
tio bonorum; tu addas tantò fortius, quã-
tò in medio erat in hoc nouerca, & ni mi-
rum ſi hic Io: Angelus fuit coactus nouer
cam ad diuiſionem prouocare, undè ſu-
per duabus cauſis per Gramm. adductis
concluditur diuiſionem fieri poſſe, & de-
beri, non obſtante prohibitione teſtatoris
ſuper quibus Petr. hic addidit; ego uerò
pauca afferam, & primò ex Gramm. hic
n. 1. infertur ad alienationem, & proptee-
7 rea ſciendum, quod diuiſio eſt ſpecies alie
nationis, & permutationis, & emptioni
æquiparatur. l. 1. Cod. comun. utriuſq. Iu-
dic. Soccin. autem conſ. 25. col. 2. uerſ. 5.
uol. 4. dicit, quod diuiſio nihil aliud eſt, ni-
8 ſi quædam ratio compoſita inter fratres
diuidentes, & propterea ſemper facienda
eſt æqualis, & eius partes debent eſſe iu-
ſtæ, & proportionabiles, ex Maran. conſ.
68. n. 4.

Vnde primò notandum, quod quandò teſta-
9 tor prohibet diuiſionem, intelligitur quò
ad dominium, non autem quoad vſufru-
ctũ, & Ius fruendi ex addentibus ad Clar.
§. teſtamentum, q. 67.

Secundò quod ſi hæredes, vel fratres fece-
10 rint pactum de non diuidendo, ſed ſtando
in communi, hoc pactum reſtringitur va-
lere eorum vita tantum, non autem in per
petuum, Theſaur. deciſ. 142. ubi declarat,
an firmetur Iuramento, ſequitur Marſil.
ſing. 9. Oſaſch. dec. 125.

Quæritur quomodò inter filios, uel hæredes
aut fratres eſt facienda diuiſio; Petra. in
11 hac dec. n. 11. mouet quæſtionem, & ma-
iorem diuidere, minorem uerò eligere de-
bere affert; inde contrarium dicit uidiſſe
ſeruari, nempè minorem diuidere, & ma-
iorẽ eligere, & proindè conſuetudinẽ ſer-
uandam eſſe affirmat, tu uerò ſcias, quod
Bocr. dc. 46. n. 1. aſſerit diuiſionẽ fieri per
aſſignationẽ aliquarũ rerũ integraliũ, uel
earum æſtimationẽ, non autẽ minutatim,
ſcilicet per ſulcos, uel perticas, Seb. Mõ-
tic. in tract. de inuent. q. 232. n. 354. & ſeq.
fol. mihi 211. aſſerit quinque modos adhi
bẽdos eſſe in diuiſione, Viu. verò dec. 437
nu. 1. tenet, quod diuiſio ſorte, uel officio
Iudicis fieri debet, quẽ ſequitur Creſcen.
dec. 3. de arbitr. Guid. Pap. uerò dec. 289
aſſerit fuiſſe deciſũ, quod antiquior, ideſt
maior diuidat, & iunior .i. minor eligat, &
ex hac cõtrarietate DD. orta fuit difficul-
12 tas hæc in diuiſione inter DD. Nicolaum
Antoniũ, & Franciſcũ Gẽma, à quibus ego
requiſitus, reſpondi inueteratã eſſe cõſue-
dinẽ per Guid. Pap. adductã cit. dec. 289.
ut maior diuidat, & minor eligat, quem ſe-
quitur Ant. Faber deciſ. 4. & 6. tit. comun.
utriuſque. Iudic. & addidi Carocc. deciſ.
135. idem dicentem, & ſe cum Guid.
Pap. & Fabr. comprobantem, tu uerò ui-
de Simongell. de contract. minor. lib. 1.
tit. 4. inſpect. 1. caſ. 1. cum ſequen. & adeò

eſt verum, quod idem Sebaſt. Montic. in
tract. de hæred. inuent. & confeſſ. q.232.
n.357. fol. mihi 211. hæc verba profert
(hæc eſt ſententia Sanctorum Patruum,
quod maior frater faciat partes, & minor
eligat) & ſic ego ſemper ſeruatum vidi.

Verùm ſi inter hæredes, vel filios, vel fratres
13 diuidentes, vnus ipſorum haberet rem
ſuam prope rem comunem diuidendam,
illa, quæ iungitur illi rei, quæ alterius eſt,
debet adiudicari illi tantum cohærenti, &
non diuiditur, nec ſorte, nec officio Iudi-
cis, nec habet locum ratio aſſignata, quod
14 maior diuidit, & minor eligit, iuxta deciſ.
S.C. vt per Capic. dec.42. quem ſequitur
Benedell. qui multos adducit in tract. de
Iur. protomiſ. §. Item de ipſa protomiſi, n.
16. quod tu nota ad limitationem conclu
ſionis ſupra ſi matæ, ſic ego dicebam in
diuiſione Matthæi, & fratruum de Den-
te.

Quomodò autem hic maior intelligatur, Pe
15 tra. hic n.11. remittit ſe ad Miſing. tu ve-
rò dicas intelligi de maiori non ætate, ſed
eo, qui longo tempore bona patrimonij
magis adminiſtrauit, Carocc. cit. dec.135
rationem aſſignans, quaſi, quod ſit melius
informatus de qualitate bonorum.

Quæro, fratres remanſi poſt mortem patris
16 poſſiderunt res hæreditarias per multum
tempus, an inducatur inter eos diuiſio? du
bitatum fuit inter me, & fratres meos, &
fuit allegata gloſ. in l. ſi maior. Cod. com.
diuidun. ego dicebam gloſam intelligi de
bere, tribus concurrentibus; primò ſi præ
ceſſit decennium; ſecundò ſi poſſeſſæ ſint
res per fratres æquiualentes, & proportio
nabiles, iuſtæ, ac æquales, vt ſup. dixi; tertiò
quod ſint poſſeſſæ animo pro diuiſo poſſi-
dendi, ſcilicet ſi alio iure alter frater non
poſsideat, & hoc caſu præſumitur facta di
uiſio, ex Marant. conſ.66. quæ doctrina
fuit valdè per D.D. Franciſcum Strina, &
Carolum Caliſanum Auditores in hac
Prouincia commendata, qui fuerunt arbi
tratores in noſtris differentijs, & magnam
laborem, magnamq; diligentiam adhibue
re in diuiſione, quod Petr. hic ſupra n.13.
mouet quæſtionem, & remittit ſe ad Boer.
dec.58. quem vidi, & n.2. & 3. allegando
gloſ. per me ſup. cit. in eandem opinionem
concurrit, vt ex Marant. ſupra dixi præſu-
17 mi diuiſionem factam, ſi per decennium,
& æquis portionibus poſſederunt, ſequi-
tur Theſaur. dec.205. qui adornatum di-
ctæ l. ſi maior plures alias coniecturas ad
ducit, idem teſtatur, Achill. de Graff. dec.
2. de præſumpt. vndè inhæreo opinioni
Marant. per me ſup. alleg.

Boer. dec.58. n.5. ponit quæſtionem, ſi poſt
diuiſionem factam inter eos poſſederunt
18 communiter, an præſumatur iterum vo-
luiſſe communicare bona, & tenet, quod
ſic.

Et ſi reperiantur in hæreditate aliqua bona,
19 quæ diuiſionem non patiuntur, quid agē-
dum? dicas, quod deueniendum eſt ad li-
citationem, ex Capic. dec.36. contrariam
opinionem ſenſit, Ant. Faber dec. 14. tit.
comun. vtriuſq. Iudic. tu vide Boer. dec.5.
& Vin. dec.437.

Quomodò autem ſit facienda licitatio, vide
20 Capic. cit. dec.36.

Et ſi licitatio congruè fieri non poteſt, imò
21 poſſibile eſt .n. rem diuidere, quia non pa
titur diuiſionem, nec licitationem, quid
faciendum? vide Capic. dec.36.42. & 63
& ibi Maſull. Franch. verò dec. 160. aſſe-
rit, quod quandò res non patitur diuiſio-
nem, nec licitationem, deuenitur ad adiu-
dicationem.

Nota, quod ſi ſocius habet fundū contiguū,
22 obtinet in licitatione vt ſup. dixi in fratre,
vel hærede, ex Capic. dec.42. tu vide Vr-
ſill. ad Affict. dec.85. n.7. & Petr. ad Ca-
pic. dec.42. qui affert multos DD. contra
rium ſentientes.

Ponit Petr. hic n.13. quod pater poteſt filios
diuidere in eius vita, & valet diuiſio, & ha
23 bet vim vltimæ voluntatis, non autem
contractus, etiam ſi portiones aſsignen-
tur, vt Petra. hic affert, tu adde Gratian.
dec.207. & Put. deciſ.84. lib.2. ex quibus
addo, quod ſi poſt diuiſionem poſſeſsio
per annos quindecim ſequitur, dicitur do
24 natio, Put. ibidem, ex quo puto limita-
ri poſſe id, quod Petr. dicit hic, nu.14. re-
quiri perſeuerantiam patris vſque ad mor
tem in ea voluntate, & cum fuerit du-
bitatum in cauſa Cæſaris Simonetto
de

de feudo diuiſionem factam inter ſuum pa
trem,& ipſum Cæſarem in eius poteſtate
conſtitutum,hoc idem dixi, poſteà uerò
uidi Marſil. ſing. 674. contrarium tenen-
tem,nempè, quod huiuſmodi diuiſio non
ualeat,ex eo,quia uidetur quædam dona-
tio inter patrem,& filium, quæ iure inter
eos non ſubſiſtit,dicit benè uerum, quod
25 pater poteſt præuenire,& aſſignare legiti-
mam ſuis filijs, & an poſſit aſſignare plus
uni,quam alteri, uide l. ſi filia nupta, §. ſi
pater,ff.famil.Herciſcund. & ibi Bald. &
Surd.tract.de aliment.tit.9.q.2.n.16.& ſi
fratres diuiſionem faciant in terminis hu-
26 ius deciſionis, an inducant renunciatio-
nem fideicommiſſi,Petr.hic n.6.tangit,ne
dum hunc articulum,uerum etiam,&aliũ
ſi prohibitio diuiſionis inducat fideicom-
miſſum,& pro primo remittit ſe ad Ioſeph
Ludonic.dec.Peruſ.19.pro 2. ad Det. in
conſ.287. tu uerò pro affirmatiua teneas
pro primo caſu,ex Creſcent.dec.6.de te-
ſtament.& pro ſecundò caſu etiam pro af
firmatiua concludas,ex eod.Ludouic.ib.
n.13.vbi procedere affirmat quandò par-
tes tempore diuiſionis habuerunt notitiã
27 fideicommiſſi,ſed quandò præſumitur no
titia,vel ignorantia ipſius fideicommiſsi,
vide Ludou.ibid.

Et ſi huiuſmodi diuiſiò eſt facta in fraudem
28 tertij,vel ei præiudicat,fraudolenta iudi-
catur,& non valet,Andr.in cap. Imperia-
lem,§.propterea ducatus col.2.de prohi-
bit.alienat.feud.per Federic.quem notat
Ann.alleg.55.n.10.

Sed ſi hic Io.Angelus per Grammat.allega-
29 tus,natus ex primo matrimonio,voluiſſet
tanquam filius ex prima vxore opponere
contra nouercam agentem ad reſtitutio-
nem dotis,an potuiſſet,vide Crauett.con-
ſil.40.

Quæro vnum,quod in dies occurrit, an in
fratrum diuiſione veniat antefatum,à So-
30 cero dotem recipiente conſtitutum,The-
ſaur.dec.46.latè articulum diſputat,& ibi
habes,ſi à patre fiat donatio filio in pote-
ſtate exiſtenti, occaſione matrimonij, ſi
res donata ſit donatarij,vel conferatur in
31 diuiſione vt n.11.Ant.Faber dec.11.tit.
comun.utriuſq.Iudic.dicit, quod nõ amit
tit id,quod fuit donatum uni ex fratribus
contemplatione fratris iam mortui.

Petr.hic n.7.tangit quæſtionem, ſi prohibi-
32 tio diuiſionis ſit facta à patre,non expreſ-
ſo tempore,& dicit, quod debet à Iudice
determinari,tu uerò dicas, quod ſi pater
non appoſuit tempus,uel ſi appoſuit,tamẽ
non determinatè expreſſit,exemplum per
menſes tot,uel annos tot,non ualet,& de
terminatio temporis, remittitur arbitrio
Iudicis,Sebaſt.Montic.de hæred. inuen-
tar.& confect.q.232.n.351.& 352. poſi-
ta in tract uarior.de inuent. fol.mihi 211.

Grammat.hic n. 5. aſſerit, poſſe teſtatorem
inuentarij confectionem remittere,uerum
33 ſi appareret uerſi in damnum minoris,at
tendi non debet,tu autem uide diſtinctio-
nem poſitam per Clar.in §.teſtamentum,
q.66.& ibi addentes,ubi cautelam habes
quomodo tutor à confectione inuentarii,
& à ratione reddenda,& reliquorum teſti
tutione à teſtatore liberetur.

Ex cuius Grammat.dicto ſumpta occaſione,
34 Petr.hic n.8.quærit,an teſtator poſſit re-
mittere cautionem præſtandam ab uſufru-
ctuario,& remittit ſe ad Gabriel. tu uerò
diſtingue cum Clar.§.teſtamentum,q.64
quod aut tractatur de rebus immobilibus
in quibus cadit vſusfructus,& non poteſt
remitti; aut uerò de bonis mobilibus, &
poteſt remitti,quia uſufructuarius tenetur
ad earum æſtimationem, non autem res
ipſas reſtituere, quod cum occurriſſet in
cauſa Caſſandræ dello Sorbo vxoris quõ-
dam Nicolai Mogaueri huius R. A. olim
Secretarij in S. C. fuit prouiſum Caſſan-
dram eam præſtare teneri,& fuit præſtita
licet ego allegaſſem Caſſandram non ve-
nire Iure hereditario ipſius viri,ſed tantũ
uirtute capitulorum matrimonialium in-
ter eos coniuges tempore matrimonij cõ
tracti initorũ,ut unus ſuccedat alteri,quæ
Caſſandra poſt mortem eius uiri, nedum
pecuniam,verum etiam,& multa bona oc
cupauit,& penes ſe retinuit,& fuit dubita
tum,an teneretur ea reuelare, & hoc reſol
uit,Petr.hic n.9.

Haliſeus Donza.

ADDITIO AD DECIS. VIII.

SVMMARIVM.

Doctrina omnis incipit à cognitione vocabulorum, n. 1.

Natura ſicuti ab elementis inchoatur, ità, & ars, & qualibet diſciplina, n. 2.

Determinatio non cadit, ſi termini ignorantur, n. 3.

Inditium, præſumptio, adminiculum, argumentum, coniectura, & veriſimile, an differant, n. 4. & 5.

Præſumptio, qua vſus fuit Rex Salomon*, num. 6.*

Præſumptio, quaſi pro alijs ſumptio, vocatur temeritas, n. 7. & 8.

Temerarius, & lingnoſus in ciuitate terribilis, & odibilis, n. 9.

Omnis diſceptatio, à definitione proficiſcitur, n. 10.

Inditium dicitur ab indicando, ſeu demonſtrando, & quomodò definiatur, n. 11. & ſeq.

Inditium triplex, leue, graue, & grauiſſimum, n. 14. 15. & 16.

An ſufficiat ad condemnandum, ibid.

Inditium duplex, remotum, & propinquum, n. 17. & 18.

Inditium dubitatum, & indubitatum, quod, & quomodò differant, n. 19. & 20.

Inditia quomodò probentur, n. 21. & 22.

Quodlibet inditium debet de per ſe probari per duos teſtes, & quomodo, n. 23. & 26.

Mendacium in delinquente, an ſufficiat ad torquendum, ibid.

Inditia indubitata, an ſufficiant, vt quis pœna ordinaria poſſit condemnari, n. 24. & 30.

Et an ad torquendum, n. 29. & 30.

An per torturam ſint euacuata, n. 25.

Quod inditium debet probari de per ſe legitimè & per duos teſtes, ampliatur, etiam ſi procedatur ad modum belli, ex abrupto, etiam ex proceſſu informatiuo, vel ex delegatione, vel alio modo diſpenſatiuo, n. 28.

Clericus querelans cum proteſtatione citrà pœnam ſanguinis, quid operetur hæc proteſtatio, n. 31.

Iudex an poſſit imponere pœnam ſanguinis ſtante hac proteſtatione, ibid.

Cauſa eſt Regina *delictorum, n. 32.*

Quomodò cognoſcantur inditia indubitata, num. 33.

Tortus non confeſſus, & liberatus in forma, ſi superueniant alia inditia, quid operentur, n. 34.

Teſtis vnus de viſu cum alijs adminiculis, an ſufficiat ad condemnandum, vel ſaltim ad torquendum, n. 35.

Pro inditijs indubitatis poteſt procedi, & irrogari pęna mortis virtute Regia nouellæ Pragmatica, quod quomodo procedat, n. 36.

Ex inditijs indubitatis, quæ tribunalia procedere poſſint, & quomodò, n. 37.

Iudex quomodò interrogabit reum in tortura ſtantibus inditijs indubitatis, n. 38.

Quid ſi ſit proteſtatus citra præiudicium probatorum, & confeſſatorum, n. 38. & 39.

An ſi ſuper facto principali fuerit interrogatus per torturam euacuet, n. 40.

An poſſit interrogari ſuper qualitatibus, veluti annexis delictis, n. 41. 45. & 46.

Quid ſi non fuerit interrogatio in ſcriptis reperta, n. 42.

Quid ſi interrogauerit non ſpecifice, ſed dixit ad oportunam interrogationem, num. 43. & 44.

Reus ſi confiteatur ex iniuſto interrogatorio, an puniatur, n. 47.

Et ſi confiteatur delictum, quod non fecit, an peccet, n. 48.

Confeſſio facta ſine interrogatorio de alijs criminibus, dicitur incidenter facta, n. 49.

Tortura per quod tempus durare debeat, n. 50. & 52.

Ampolletta adhibetur in tortura, quare, & quomodo, n. 52.

Quomodò fiet ligatura torquendo, n. 53.

Quonam tempore inferatur tortura, & an de nocte poſſit inferri, & in quibus caſibus, nu. 54. & 55.

N*Olite ante tempus iudicare,* 1. Corinth. cap. 4. n. 5.

B. Thom. 2. 2. q. 60. ar. 2, verſ. tertiò modo affert, quod iudicium ſuſpicioſum, vel temerarium dicitur quandò deeſt certitudo rationis, puta, cum aliquis de his iudicat, quæ ſunt dubia, vel occulta propter aliquas

quas leues coniecturas.
Vnde colligitur periculoſum eſſe iudicare
ex inditijs indubitatis,& ex illis quis con-
demnari poſſit, & qua pęna, Grammat. in
hac dec. 8. multa adduxit, ſuper qua Pet.
alia attulit, & addidit inditiatus ex indi-
tijs indubitatis, ſuper quibus in tortura in
terrogari poſſit; vnde ego ſuper vtroque
pauca afferam; verum, cùm omnis doctri-
na incipit, & initium habet à cognitione
1 vocabulorum, & quemadmodum natura
ab elementis inchoatur; ità, & ars, & quæ
2 libet diſciplina exordiri debet, inconueni-
ens eſt determinare, ſi termini non intelli-
guntur; vnde cum habeamus in iure indi-
3 tium, præſumptionem, adminiculum, ar-
gumentum, coniecturam, & veriſimile, &
4 licet differant, tamen quod attinet ad pro
poſitum ex practica communi hodie, non
differunt, ſed vnum pro alio ponitur, vt
teſtatur Ioſoph Ludou. tit. de præſumpt.
concl. vnica, verſ. nihilominus, & Farinac.
qui curam habuit, plures quæſtiones cu-
mulare ſub tit. de indit. & tortur. differre,
dixit in q. 36. in princ. inditium præſum-
ptionem, fictionem, coniecturam, ſuſpi-
5 ctionem, argumentum, ſignum, adminicu-
lum, dubitationem, opinionem, & econtra
probationem, ego tamen, ne inuoluere vi-
dear, dum vnum pro alio ponitur, vtor ver
bo inditij, vti nomen genericum, magis
frequentatum, & quotidianum, & quando
dico inditium, intelligas ru, præſumptio-
nem, adminiculum, coniecturam, & veriſi-
mile, ex Ludouic. cit. loc. & de illa preſũ-
ptione tamen, de qua loquitur tex. in cap.
6 afferre de præſumpt. quà vſus fuit Rex Sa
lomon, non autem de præſumptione, ideſt
immoderatione, quamquis habet, cum
7 præſumptio, quaſi præalijs ſumptio ſit, ex
Beato Thom 2. 2. q. 21. art. 2. & vocatur
8 temeritas, ſiue audacia, cùm quo confi-
dentia haberi non poteſt, nam ex Eccle-
ſiaſtic. in cap. 9. legitur, *Terribilis eſt in ci-*
9 *uitate ſua homo linguoſus, & temerarius in*
verbo ſuo odibilis erit, omne malum enim
execrabilius redditur, quandò publica præ-
ſumptione tractatur, ex Pſalmiſta, & alibi le
gitur, *o ſuperba præſumptio, ò præſumptuoſa*
ſuperbia, quæ non ſolum Angelos Deo voluit
adæquare, ſed homines præſumpſit Deificare,
porrò quos erexit, depręxit, & quos exalta-
uit, humiliauit; Hæc turrim euertit, & lin-
guam confudit; vndè ex Iſidor. præcipitur
alios ſuperbia non excedas, elationis pen
nas non erigas; ſed de præſumptione, ideſt
de inditio, per quod verificatur, ſiue colli-
gitur delictum fuiſſe commiſſum, tractabo
ſed antequam alia aggrediar, ſciendum,
quod dictum Grammat. ex Ciceron. dicto
hic n. 2. ſequitur Farinacc. quæſt. 40. nu.
1.
Verum quia omnis bona diſceptatio à defi-
10 nitione proficiſcitur Vulgar. Iur. uidendũ
primò cenſeo, quid ſit inditium, ſecundo
quotuplex ſit, & tertiò quomodò pro-
betur.
Quoad primum, variæ dantur à DD. defini-
11 tiones, ego verò duas tantum afferam ma
gis breues, frequentatas, & quotidianas,
quarum prima, inditium eſt demonſtrato-
rium adminiculum ad ueritatem indican-
dam, & dicitur ab indicando, ſeù demon-
ſtrando, ſecunda inditium eſt præſumptio
fortiter mouens animum Iudicis ad ali-
12 quid credendum, uel non, quæ definitio-
nes, licet per uerba diuerſa deducantur,
tamen ad eundem eff. ctum, ad eundem
finem tendunt, & eandem rationem ha-
bent.
Quoad ſecundum omiſſo quæſito, quod in-
13 ditium quoddam eſt temerarium ratione
carens, quoddam probabile, & ratione
munitum, & quoddam vrgens, ſiue violen
tum, vel vehemens, ex Ceſal. conſ. 304.
lib. 3. n. 246. & ſeq. Sciendum quod atti-
net ad propoſitum noſtrum, quod inditiũ
triplex eſt, primum leue, & ſic ſimplex, ſe-
cundum graue, ideſt vrgens, tertium gra-
uiſſimum, vt eſt indubitatum.
Leue, & ſic ſimplex, illud eſt, quod ſufficit
14 pro capienda informatione, ſeù ad inqui-
rendum, ſeù ad capturam, uel inditiũ leue
eſt illud, quod frequenter, & facile con-
tingit ab eſſe.
Graue eſt illud, quod ſufficit ad tranſmitten
15 dum inquiſitionem, ſiue ad torturam, vel
inditium. Graue eſt illud, quod frequen-
ter, & facilè contingit ad eſſe.
Grauiſſimum eſt illud, quod ſufficit ad con-
dem-

demrandum,vel illud,quod frequentiſſi-
16 mè,& facillimè contingit ad eſſe, ſequi
tur hanc opinionem Martin.del Riop. à
diſquiſ.magicar.lib.5. ſept. 3. per totum
vbi habes,quot teſtes requirantur in cri
mine magiæ.

Quod adhuc duplex eſt,remotum, & proxi-
17 mum.remotum illud eſt, quod non tan-
git negotium,& ſic non reſpicit immedia
tè veritatem delicti, ſed circumſtantias,
quod non facit inditium ad torturam,
Rip.de noct.temp.cap.73.n.7.

Inditium verò proximum,ſiue propinquum,
18 eſt illud,quo poſito,ponitur criminis ef-
fectus,& eo remoto, illius effectus remo-
uetur; vel eſt illud,quod tangit negotium
& ſic ipſum delictum.

Quod,adhuc duplex eſt, dubitatum, & ſic
non plenum, & indubitatum,& ſic ple-
num.

Inditium dubitatum,& non plenum,ſiue ſe-
19 miplenum,eſt illud, quod fortiter mouet
animum Iudicis ad aliquid credendum
vel diſcredendum.

Inditium verò indubitatum,& plenum,eſt de
20 monſtratio rei per ſigna ſufficientia, per
quæ,animus in aliquo, tanquam impro-
prio exiſtente quieſcit,& plus inueſtigare
non curat,hæc omnia congerit Farinacc.
de indit.& tortur.q.36.à n.19.ad nu. 57.
& Caball.reſol.crimin cent. 3.caſ.288.n.
10.Ioſeph Ludouic.tit.de præſumpt.con-
cluſ.vnic.ver.& præſumptio,dicunt,quod
inditium indubitatum,vel præſumptio ve
hemens,eſt illa,ex qua animus vehemens
Iudicantis,contrarium perſuaderi non po
teſt,nec eius intellectus verti poteſt in op
poſitam conſcientiam, vt dicam infra nu.
36.

Quoad tertium,quomodo huiuſmodi inditia
21 probentur, ſi de inditio propinquo, ſeù
proximo, quod tangit negotium vtſupra
dixi,veluti teſtis de viſu, confeſſio extra-
iudicialis,captus in fraganti, vel captus
cum re furata reperta penes aliquem, de-
bet probari ſaltim per vnum teſtem de vi
ſu,vt deueniri poſſit ad torturam,non au-
tem ad condemnationem, & debet eſſe
certum veriſimile,probabiliter,& conclu
dens,Rol.à Vall.conſ.24.n.24.lib.1.

Si de inditio remoto, quod non tangit nego
22 tium principale,vel delictum,ſed tantum
circumſtantias,vtſupra dixi,veluti malæ
fama,fuga cum armis, vel cum re furata,
vel fuga à loco,in quo fuit commiſſum de
lictum, vel furtum, vel fuit quis repertus
occiſus,debet legitimè probari,Bart.in l.
vlt.n.7.ff.de quæſtionib. vel mendacium
in delinquente,quod alijs non concurrē-
tibus,non prodeſt ad torturam, Rip. de
noct.temp.cap.73.n.7. & per duos teſtes
Ioſeph.Ludouic.ibid.& per illud uerbum
legitimè,intelligas tu, quod debent eſſe
23 teſtes omni exceptione maiores, Catal.
de indult.cap.22.n.131.niſi aliter ueritas
haberi non poſſit,quod quomodo proce-
dat, uid. Coſt.in tract.de ſcient.& ignor.
cent.1.diſtint.9.in reſponſ.num.11.& ſe-
quen.

His igitur cognitis, deuenio ad nonnullas
quæſtiones,quæ in facto occurrunt,& oc-
24 currere poſſunt,& primò quæritur,ſi con-
tra delinquentem adſunt plura inditia du
bitata,an probent,itaut condemnari poſ-
ſit? multi dicunt ex illa generali regula,
quod unita non iuuant, ſingula non pro-
ſunt; alij dicunt, quod ex illa multitudine
inditiorum dubitatorum reſultat,& oritur
unum inditium indubitatum, ex Farinac.
qui plures allegat cit.q.36.n.41. ego au-
tem intelligo id procedere quoad tortu-
ram inferendam,itaut ex illis omnibus in-
ditijs ſimul iunctis poſſit delinquens tor-
queri,non autem condemnari,& ſi tortus
fuerit,& non confeſſus,debet liberari, cū
25 inditia euacuata cenſentur, Ancharan.q.
famil.p.2.q.22. Cepoll. conſ.crimin.32.
Grammat.conſ.crim.64.& poſt iſtos,Ca-
ball.caſ.288.n.22.Baiard.ad Clar. q.64.
verſ.illata reo,Viu.dec.143.n.1.& 2.Ma-
ſull.ad Capic.dec.145.n.1.

An ſufficiat probari inditia in genere, uel re-
26 quiratur,ut quodlibet de per ſe probetur
Reg.de Apont.dec.16.n.17.aſſerit,quod
inditia diuerſi generis de generali conſue
tudine,maximè in ſupremis Tribunalibus
iunguntur.Farinac. verò,contrarium aſſe-
rit q.86.nu. 4.5. & 6.nempè,quod debet
quodlibet inditium diuerſi generis de per
ſe in ſuo genere, concludenter, & plenè
pro-

probari,& tunc coniunguntur, & proſunt ad condemnandum; pœna tamen pecuniaria,non autem corporali, ea ratione, quia cum de hominis vita agitur,exactior probatio deſideratur; ego verò cum Marant.conſ.50.n.5.inhæreo opinioni Fari-
27 nac.quod debet plenè probari,& per du oſteſtes,ex gloſ.in l.final.Cod.famil.Herciſcund.in verbo inditijs,ſequitur Sayrus. Clau.Reg.lib.12.c.10.n.14.quam gloſſ allegat Marant.citat.conſ.50.n.5.& eam ſingularem eſſe dicit Gloſell,

Quod tu ampl·a procedere in omni Curia,
28 in omni ma ſtatu, etiam ſi haberet Iudex poteſt· m procedendi ex abrupto, vel ex proc .ſu informatiuo, vel ex delegatione,vel .d modum Belli,vel alio modo diſpenſatiuo,ſemper enim inditia probari debent plenè,& debent eſſe clara,tã in procedendo,ideſt quoad modum procedendi ad torturam, quàm quoad condemnationem, & quamuis ſit conceſſa extraordinaria facultas,vel latum arbitrium illa conceſſio non ſupplet defectum probationis inditiorum, prout perbellè omnia congerit Maur.Burg.de mod.proced. ex abrupt.q.41.à n.11.ad finem.

Si verò inditia ſunt indubitata,adeò,vt ità vrgentia ſint,& aliud nõ deficiat,niſi ipſius
29 rei confeſſio,tunc poteſt torqueri,& etiã ſi non confiteatur, poteſt pœna extraordinaria puniri,ex adductis per Grammat. nedum in hac dec.8. verum etiam in alia dec.42.cum ſoleat Sacrum Conſiliũ,etiã bis tortos,ex inditijs indubitatis ad triremes condemnare, vt aſſerit de Franchis. deciſ.538.num.17.& iterum dec.577. in fin.

Licet multi aſſerant,tortum poſſe condem-
30 nari pœna ordinaria,alij verò dicant pœna exilij, quod non ſeruari, teſtatur de Franch dec.372.in fin.& in dies fuit obſeruatum tortos ex inditiis indubitatis fuiſſe condemnatos pœna triremium,& Petra hic n.1.aſſerit S. C. extraordinariam pœnam impoſuiſſe,Farinac.verò q.40. n. 15.aſſerit ex authore noſtro hic n.8.fuiſſe in vrbe tortum ex indubitatis non confeſſum,in exilium miſſum.

Quomodò autem cognoſcantur huiuſmodi
31 inditia indubitata,cæteris DD.materiam differentibus, vide Grammat. cit. deciſion.42.De Franch. deciſion.372. 538. & 577.

Sed ſi inquiſitus tortus,non confeſſus,fuerit
34 liberatus in forma, poſtea ſuperueniant alia inditia,& inter prima,& vltima eſt intermedia tortura,an per eam illa prima eliſa cenſentur, vel iungantur cum aliis, poſteà ſuperuentis,& poſſit condemnari? vide de Franch.dec.577.

Si extat vnus teſtis de uiſu cum aliis admini-
35 culis,an coniungantur, itaut poſſit condemnari,Farinac.q.86.nu.23.& ſeq.dicit ſufficere ad torquendum, & ſi tamen ad condemnandum,intelligit de pœna pecuniaria,& de corporali poſſet puniri,intelligit dummodò illa pœna corporalis non ſit ordinaria delicti,licet Petr.infrà deciſ. 38.n.3.aſſerat ſcire per M.C.V.fuiſſe impoſitam pęnam mortis ex inditiis indubitatis,& hic n.1.aſſerit S. Conſilium extra ordinariam, non autem pecuniariam pœnam impoſuiſſe.

Scias tamen pro Coronide,quod hodie ex-
36 tat Regia nouella Pragmatica ædita tempore Cardinalis Zabattæ ſub die 20.Mẽſis Septembris 1621.quæ eſt 12.tit.de officio Iudicum,quæ ad arbitrium Iudicis cõfert punitionem pro inditiis indubitatis pœna ordinaria.

Tamen,& ſi Pragmatica id dicat, non videtur auferre diſpoſitionem Iuris, nempè, quòd inditia ſint indubitata, adeò vt firmiter intellectus Iudicis quieſcat, & legitimè probentur,in illis verbis; *dechiarando quelli inditÿ indubitati,che ſono tali, che prouati legitimamente,inducono la mente del Giudice à creder fermamente il delitto eſſer commeſſo dall'inquiſito, quietando il ſuo intelletto in queſta ferma credenza*, quod iterum occurrit in Cauſa Io.Angeli Prenda de Carbonara,referente Auditore Io: Franciſco Capoblanco inquiſiti de homicidio noctis tempore in perſonam cuiuſdam aduenæ viatoris in caupona, quem condemnauit ad mortem ex inditiis indubitatis,& licet inditia fuiſſent adeò vrgentia,& indubitata, vt condemnari potuiſſet, voluit ille Auditor Dominum Pro

regem

regem certiorare de meritis cauſæ,ſerua-
ta forma Pragmaticæ æditæ die 28.Ianua
rij die 28.Ianuarij 1622.à qua fuit reſpō-
ſum,inquiſitum ſuſpendendum fore;vndè
ne glorieris tu Iudex authoritate nouellæ
Pragmaticæ,te poſſe cōdemnare ad mor-
tem,ex inditijs indubitatis; nam vt huiuſ-
modi condemnatio procedat,debent eſ-
ſe inditia adeò indubitata,vt animus Iudi
cantis quieſcat,non poſſit perſuadere cō-
trarium,nec eius intellectus verti in oppo
ſitam conſcientiam, & demum, vt non
aliud deficiat,niſi ipſius rei confeſſio, ex
Ancharan.Cepoll. Grammat. Caball. &
Farinac.ſupra cit.& in fine Pragmaticæ,
per verba ſupra adducta habetur.

Scias autem ad materiam, quod ex inditiis
37 indubitatis poſſunt procedere M. C. V.
RR.AA. Prouinciales, & cętera alia Tri-
bunalia Collegiata tantùm,vt habetur ex
alia Pragmatica declaratoria ſuper hoc
ædita ead.die 28.Ianuar.1622.quę eſt 13
de off.Iud.qua cauetur,quod quandò pro
ceditur in aliqua cauſa ex delegatione &
contingit condemnare ex inditiis indubi-
tatis,ſententia non exequitur,niſi data re-
latione Domino Proregi de meritis cau-
ſæ,& de inditiis indubitatis, quibus mo-
uetur ad ſic iudicandum,& ſic obſeruatur
& obſeruatum vidi; tu tamen vide pul-
cram deciſ.Regen.Rouit.63. declarantis
quomodo prag.iſta intelligatur.

Tangit Petr.hic nu.3.4.& ſeq.quod quando
38 Iudex torquet reum ex inditiis indubita-
tis,vel conuictum, non debet eum inter-
rogare de meritis cauſæ,& ſic de ipſo de-
licto,ſed tantum de circumſtantiis,& qua
litatibus aggrauantibus, & ad ſciendum
complices,& fautores,& vtilitas eſt,quia
ſi ſuper ipſis interrogatur,& negat,debet
liberari,etiam ſi fuerit Iudex proteſtatus
citrà præiudicium probatorum, & con-
feſſatorum; proteſtatio enim vana eſſet;
veluti contraria facto,& mouetur Petra
authoritate Foller.Boſſ. Clar. & aliorum
ibi relatorum.

Tu tamen ſcias,quod in hoc paſſu ſunt con-
39 ſideranda multa, nempè ſi Iudex habet
inquiſitum conuictum,vel confeſſum, vel
inditiis indubitatis inditiatum, & illum
quæſtionibus ſubiicit,cum proteſtatione,
quod non intendit reum torquere,niſi ſu-
per qualitatibus,complicibus,fautoribus
ſiuè ad habendum vlteriorem veritatem
in illis verbis, quæ communiter apponi
ſolent in decreto torturæ, *citrà præiudi-
cium probatorum,& confeſſatorum*, ſi reus
interrogatur tantum ſuper complicibus,
fautoribus, qualitatibus aggrauantibus,
vel ad ſciendum complices, vel vt vlte-
rior veritas habeatur, non autem ſuper fa
cto principali,& tunc,etiam ſi in negatiua
perſiſtat,& ſit legitimis inditiis indubita-
tis inditiatus, poteſt condemnari virtute
proteſtationis factæ,*citrà præiudicium pro
batorum,& confeſſatorum.*

Si verò fuerit interrogatus ſuper facto princi
pali, vel ſuper his, de quibus prætenditur
40 conuictus,tunc per torturam euacuat, &
elidit,non obſtante proteſtatione prædi-
cta adhibita,quia illa proteſtatio eſt con-
traria facto; & proinde non operatur ad
beneficium Fiſci.

Et cenſetur interrogatus ſuper facto princi-
41 pali,ſi interrogetur ſuper illius qualitati-
bus,ea ratione,quia qualitates ſunt anne-
xæ,& vnitæ delicto principali; vnde tor-
tus interrogatus ſuper qualitatibus,& nō
confeſſus,cenſetur ſuper delicto interro-
gatus, & purgat, vt hæc omnia congerit
Farinac.de ind.& tortur.qu.40.num.16.
& ſeq.

Dignoſcitur hoc ex proceſſu,ſi tamen Iudex
42 interrogat reum ſuper facto principali,&
interrogatorium in ſcriptis non reddit,
etiam ſi interrogaſſet cum proteſtatione,
*citrà præiudicium probatorum, & confeſſa-
torum*,proteſtatio non operatur, & Iudex
conſcientiam ſuam onerat, & Iudices
Deum timentes à prædictis interrogato-
rijs abſtinere debent,vt Farinac. ibid.nu.
22.

Sed quæro: pone, quod Iudex, non ſpecifi-
43 cet,nec exprimat interrogatoria,ſed tan-
tum dicit: ad oportunam interrogationē
ſibi factam,vndè colligi non poteſt ſi in-
terrogauit ſuper facto principali, vel ſu-
per alijs,de quibus ſupra dicas, quod ſi
reus reſpondit ſuper facto principali,prę-
ſumitur ſuper illo interrogatus,& perſtite-

rit

rit in negatiua,purgat inditia, ea ratione,
quia ſubſequens reſponſum declarat præ
cedentem interrogatorium,& arguit qua-
litatem,& interrogatorium,ſuper reſpon-
ſo præceſſiſſe, & viuax ratio rationis eſt,
quia ſemper præſumitur reſponſum eſſe
factum iuxta præcedentem interrogatio-
ne,Farinac.ibid.num.23. & 24. vbi dicit,
quod modus hic interrogandi reos ſic ge
neraliter,confusè: ad oportunam interro
gationem,eſt periculoſus,& improborum
Iudicum parum Deum timentium,& ſibi
ad gehennam ædificantium,ego verò,ra-
rò vidi Iudices ſic interrogantes malitia,
vel aſtutia,ſed tantùm imperitia, & quod
peius vidi multos,in hoc errantes,& per-
tinaciter id ſubſtinentes.

Prout in ſimili dicimus ex Farinacc.ibid.nu.
25. ſi Iudex interrogat reum, vt dicat ve-
44 ritatem,tunc ſi reus reſpondit ſuper facto
principali,cenſetur interrogatus ſuper eo-
dem principali delicto,& dicit Farinacc.
nota tu Iudex,ne erres.

Dixi ſupra, quod poteſt interrogari ſuper
45 aliis delictis,& qualitatibus, intellige tu
dummodò ſint talia,pro quibus poſſit in-
terrogari,quæ videre potes per Farinac.
q.37.à n.163.ad n.185.& ſeq.

Si tamen abſque inditijs interrogaretur, Iu-
46 dex interrogans,vel iniquus,& ſuam cō-
ſcientiam onerans, vel ineruditus, ſiue
ignarus appellatur per Farinac.cit. q. 40.
n. 26. & ſi Iudex aliquem abſque inditijs
citauerit,& citatus comparuerit,an poſſit
eum interrogare tanquam principalem,
& ipſe principalis teneatur reſpondere,
vide Rouit.ad pragm.39.de offic.magiſtr.
Iuſt.n.4.

Si ex iniuſta interrogatione,vt prædicitur fa
47 cta abſque inditijs reus confiteatur,an pu
niri poſſit? Marant.conſ.117.nu.2. tenet,
quod debet mitius puniri.

Et ſi confiteatur crimen,quod non fecit, an
48 peccet? diſtingue cum Ragucc.in Lucer.
Paroch.tit.de reſtit. quoad damnum fa-
mæ quæſit. 167. fol.mihi 395. quod aut
interuenit iuramentum,aut non; ſi primò
caſu peccat mortaliter: ſi ſecundò caſu,
non peccat,vbi confitens in tortura pec-
catum alterius detegit, non peccat, quia
nemo tenetur occultare peccatum alte-
rius cum ſui iactura.

Verum ſi reus in tortura abſque quod à Iu-
49 dice interrogetur ſuper alijs delictis
confiteatur commiſiſſe alia crimina, di-
citur confeſſio incidenter facta, & non
operatur,Afflict.deciſ.176. & ibi adden-
tes.

Sed per quod tempus reus debet in tortura
50 detineri, Petr. hic numer. 6. authori-
tate Clar. quæſtion. 64. verſicul. veritas,
aſſerentis, quod debet eſſe moderata,
& authoritate Farinac. quæſtion.40. nu-
mer.27.dicit, quod non debet excedere
mediam horam; tu adde, quod quando
tortura infertur ad ſciendum vberiorem
veritatem,complices, ſocios, vel quali-
tates, vel alia delicta, non debet excede-
re mediam horam, & ſi vltra erit, dicitur
exceſſiua,& cenſetur purgare inditia de-
licti principalis,Maur.Burg.de mod.pro-
ced.ex abrupt.quæſtion.42. numer.18.&
19.

Si tamen inferatur, pro delicto detegendo
eſt in arbitrio Iudicis, Doctores omnes
in l. quæſtionis modum, ff.de quæſtion.
51 cuius arbitrium adeò moderatur, vt ho-
ram non excedat, Burg. ibidem numer.
20.& quod horam non excedat,extat in
Vrbe Bulla Pauli Tertij,vt refert Martin.
del Rio diſquiſ.magic.par.2. lib.5. ſept.9.
lit.E.

Vndè ne reus decipiatur, fuit introductum,
52 vt in tortura adhibeatur ampolletta,
vt ſciatur ſpatium temporis, per quod
Reus in tortura perſiſtat, quæ ampol-
letta detinetur tali modo, quod videa-
tur per Iudicem tantùm, non autem per
reum,Burg.in eodem tract.quæſt.42. nu.
22.

Sed quæro; pone, quod inquiſitus fuerit
ligatus ſtricta,vel atroci ligatura, & de-
53 tentus per aliquod ſpatium temporis,
vel fuerit ligatus ante torturam, ſi
hoc reperitur in actis ſcriptum æquipa-
ratur torturæ, Clar. quæſtion.64. ver-
ſicul. debet igitur Iudex, Farinaccius.
quæſtione 38. numero 36. qui ampliat
procedere, etiam ſi tempore tortu-
ræ tales ligaturæ fiant, vel cum

ſtringa,ſeu alio modo ſtrictiori, quod ad carnifices,non autem Iudices ſpectat, ſequitur hanc eandem opinionem Coſt. in tract.de ſcient.& ignorant.cent.1. diſt.9. in reſponſ.n.25.& dicit Farinac.num.37. quod Iudices,id permittentes, laudandi non ſunt; immò contra eos vehementer excandeſcere non finit, vide Campan. in c.frequens,& in effrenat.n.48.& ſeq.

Sed quo tempore tortura inferatur, Martin.
54 del Rio diſquiſ. magic. p.2.lib.5.ſept.9. lit.E.tenet poſt quinque, vel ſex horas, poſt cibum, & potum ſumptum, propter periculum vomitus, Par. verò de Put. de ſindicat.quem adducit Clar. qu.64. verſ. decreto torturæ, animaduertit Iudicem priuſquam reo inferat torturam, ne reus aliquid ea die comederit,vel biberit,inde dicit communem practicam eſſe per decẽ horas illius diei antequam torqueatur,Farinac.verò cit.q.38.nu.32. inhæret Clar. ne ſtomacus vomendo patiatur, & credit ſufficere tranſijſſe octo horas,quibus perfecta digeſtio eſt,& ſtomacus requirit aliũ paſtum,Muta verò tom 6.cap.Sicil.c.49 nu. 48. dicit per octo horas, & minus ſex, vel quinque in ſumma tempus digeſtionis Nouar.tom.1.de grauamin. vaxall. grau. 181.n.3. An inferatur nocturno tempore diſtingue,aut infertur in vim executionis pœnalis,& non infertur; aut verò ad eruẽdam veritatem,& poteſt,quia dicitur potius quæſtio,Ripa.de noct.temp.cap. 91. n.7.& ſeq.limita niſi periculum ſit in mora,quo caſu poteſt quis torqueri,& ſuſpẽdi de nocte,Rip.ibid.

An detur appellatio à decreto torturæ,uide Reg.Tappia dec.Neap.29.

Reliqua de tortura,uide,quæ dixi in meo tomo 2.tit.de confeſſ.tortur.

Heliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS.IX.

SVMMARIVM.

Arbiter, arbitrator,& amicabilis compoſitor, an differant,n.1.

Compromiſſum factum in Epiſcopum, an valeat,n,2.

Aequiparatio operatur, vt idem dicatur de augmentato, quod dicitur de ipſo augmento,n.2.

Compromiſſum non poteſt fieri in iudicem ordinarium vti arbitrum,ſed vti arbitratorem,n.3.

Quid ſi eſt renunciatum requiſitioni,num.64.& 65.

Compromiſſum non habet locum inter fratrem naturalem,& fratrem legitimum, & naturalem,n 6.

Appellatione coniunctorum non veniunt naturales tantum,ibid.

Compromiſſum an fiat inter virum,& vxorẽ, num.7.

Vir,& vxor an ſint affines,an verò principiũ affinitatis, an verò dicantur affines ſacramentaliter,n.7.

Compromiſſum an poſſit fieri de re clara, vel liquida,vel Iudicata,n.8.

An fiat pro debitis Iuratis,n.57.

Et ſi fiat,cenſetur renuntiaſſe pragmatica,ibid. n.8.& 46.

Compromiſſum quandò,& vſque ad quod tempus peti poſſit,n.9.

An habeat locum aduerſus exceptionem litis finita,n.1P.

Articulus quando eſt Iuris, non compromittitur,nec terminus datur,& quare,ibid.num. 10.

In iure omnia ſunt aperta, ibidem numero 10.

Pœna an exigatur,ſi eſt contrauentum laudo,n. 11.

Si eſt iudicatum per dolum,vel ſordes, quæ exceptio competit,n.12.

Quæſtio tutelæ an compromitti poſſit, numero 13.

Redditio rationis tutelæ,an compromitti poſſit, ibid.num.13.

Prag.

Pragmatica de compromiſſo an liget minores, n.14.
Minores an hoc caſu habeant reſtitutionem in integrum, ibid. n.14.
Arbitri ſi malè iudicauerint, vel ſi cauſam intra tempus non expediuerint, ad quid teneantur, n.15.
Compromiſſum an diſſoluatur, ſi diſſoluitur affinitas lite pendente, n.16. & 17.
Confeſſio facta coram arbitris, qui operetur, n.18.
Compromiſſo expirato, an poſſit prorogari, num. 19.
Et per quod vices, ibid.
Et an eo prorogato, dicatur nouum compromiſſum, n.20.
Et an dicatur prorogatum Iuramentum, num. 21.
Et ſi adeſt pactum poteſt illud prorogādi toties, quoties, n.22.
An poſſit pluries compromitti, n.23.
Si eſt conceſſa facultas prorogandi, parte non citata, n.24.
Et ſi partes citatæ ſint contumaces, n.26.
Laudum an dicatur nullum ſine citatione partis latum in die vltima termini, numero 27.
Nullitas laudi an per compromittentes conualidetur, n.28.
Arbitri an procedant de facto, & de iure, num. 29.
Laudum dubium, à quo declaratur, numero 30.
Laudum an poſſit allegari nullum ſtante pacto quod de nullitate non dicatur, n.31.
Et an requiratur abſolutio à Iuramento, num. 32.
Arbitri electi virtute Pragmaticæ ſi coniuncti ſint, non poſſunt recuſari, n.33.
Compromiſſum an expiret morte vnius ex arbitris, vel ex litigantibus, n.34. & 35.
Compromiſſo facto de fundo, an veniant fructus, n.36.
Compromiſſum an fieri poſſit de vita militia, n.37.
Si eſt pactum in compromiſſo, vt compromiſſarij pronuncient cum conſilio Doctoris, an valeat, & quomodò procedat, numero 38.
Si debet tertius eligi, & non eligitur, an dicatur laudum nullum, n.39.
An procedat in arbitratoribus, n.40.
Arbitri ſi diſcordent, an debeat tertius eligi, n.41.
Et ſi non conſtet de diſcordia, n.42.
Et tertio electo, an omnes tres decidant, vel tantum tertius cum vno arbitro, numero 43.
Iudex eligit tertium ſi partes ſint diſcordes, nu. 44.
Compromiſſum à quo die currit, numero 45.
Compromiſſum non factum in prima inſtantia, an fiat in ſecunda, n.47.
An faciat ſiſtere appellationem, n.48. & quomodo, ibid.
Et ad quem appelletur, n.61. & 63.
Compromiſſum de omnibus differentijs, ſi vna tantum fuerit determinata, an valeat, n.49.
Quæſtio an debeat compromitti, n.50.
Dotis petitio impedit compromiſſum, & quomodo, n.51.
An poſſit fieri de paragio, num.56.
Monacus an poſſit eſſe arbiter, n.53.
Procurator ad lites, an compromiſſum petat, n.54.
Arbitri an poſſint alijs delegare, numero 55.
Compromiſſum an habeat locum in inſtrumento ſtquido, n.67.
Exceptio ſolutionis aduerſus Inſtrumentum, an compromittatur, n.58.
Hæres conuentus à creditore hæreditario coniuncto, an compromittat, n.59.
Compromiſſum de omnibus differentijs, reſtringitur ad præparatas, ex prob. bili cauſa, nu. 60.
Arbitri an faciant fidem de geſtis per eos, num. 66.
Compromittentes, ſi ſint læſi, quid agant, num. 67. & 68.
Iudicis eſt ducere partes ad concordiam, quietem, & compromiſſum, ſed ad quem Iudicē, & quomodò, n.69.71.72. & 73.
An Barones poſſint hoc agere, n.71.
Si inter Epiſcopum, & populum ſunt diſcordiæ, quid agendum, n.70.
Iudex in cauſis ciuilibus, an cogat partes ad cōpromittendum, n.74.

Appellatio eandem naturam habet, ſicuti & cauſa principalis, & quomodò, n.75.
Author laudatus coniunctus actori an petat compromiſſum, n.76.

IVdicet Dominus arbiter huius diei inter filios Amon, Iudic.c.11.n.27.

Senec.in Epiſt.66.n.12.teſtatur, quod ratio eſt arbitra bonorum, ac malorum; vnde quamuis in Regno ſit introductum exRegia Pragmatica de arbitr. vt cauſæ inter coniunctos compromittantur; tamen nõ poſſunt compromiſſarii, ſiue arbitri ad eorum arbitrium iudicare, ſed rationabiliter per tramites iuris decernere, à quorum ſententia an poſſit appellari, hic author noſter affert.

Et ex hac deciſione colligitur differre in ſe arbitrum, arbitratorem, & amicabilem cõ-
1 poſitorem, pro quorum d fferentia, vide Matant.in pract. tit. quandoque appellatur, act.2.n.261.& ſeq.

Sed ſi fuerit factum cõpromiſſum in Epiſco-
2 pum, an valeat, Author hic n.3.ad fin. tenet valere ratione æquiparationis, cum idem iudicatur de augumentato, quod de ipſo augumento; tu autem dicas, quòd ſi
3 ſponte factum eſt, ratum erit, ex l. ſi quis ex conſenſu, C.de Epiſc.Audient. quem ſequitur Matteſil.ſing.

Colligitur inſuper non poſſe compromitti in
4 Iudicem ordinarium, vti arbitrum, ſed vti arbitratorem, tu adde, quod idem dicit
5 Arnon.probl.57.Ann.ſingul.114. Guld. Pap.dec.69.

Compromiſſum non habet locum inter
6 fratrem legitimum, & naturalem, & fratrem naturalem, licèt legitimatum Arnon. comment. 198. Troiſ. ad prag.10. compromiſſ. quæ eſt prag. 1. de arbitr.num.11.& 12.& ratio eſt, quia appellatione coniunctorum, naturales tantũ non veniunt, vide Tiraqu. de retract.§.1. gloſ.8.n.4.de quo ſatis apud Thorum in voto 34.& in 3.p. compendii voto compromiſſum petitum negatiuè deciſum refert. Sed ſi lis eſſet inter fratres naturales tantum, procedit compromiſſum virtute Regiæ Pragmaticæ, Rouit.in prag.1.de arbitr.n.14.prout in ſimili dicimus, ſi quæſtio eſt inter virum, & vxorem, cadit com-
7 promiſſum, Arnon.comment.124.contra illam regulam, quod coniuges non ſunt affines, ſed principium affinitatis, ad quã reſpondetur, quod dicuntur affines ſacramentaliter, & proinde ſub hoc ſtatuto cõpræhenduntur, & ad compromiſſum irritantur, Borrell.in tract.de compromiſſ.§.1. gloſ.3.n.71.& ſeq.& hæc eſt ratio, quæ fuit in nouella Pragm. exactionis directuũ vnius pro centum, qua fuit ſtatutum, vt in teſtamento condito inter virum, & vxorẽ debeatur derictus, quia coniuges non ſũt affines, ſed principium affinitatis.

Quæro: factum eſt compromiſſum de re cla-
8 ra, vel liquida, vel iudicata, quod vigore Regiæ Pragmaticæ 1. de arbitr. fieri non poteſt, vtrum valeat? tueri poſſem, quod valeat, nam facta tenent; ſed ne videar regulas allegare; immò potius fundatas doctrinas adducere, dico, quòd licet Rom. conſ.369.dub.3.n.15.dicat valere, quia ille, qui ſciebat rem eſſe claram, vel liquidam, vel iudicatam, & de ea compromittit, cenſetur renunciare Pragmaticæ, & eius iuribus, tamen dicas, quod non valet ex Surd.dec.185.qui dicit, quod ſententia demandatur exequutioni non obſtante compromiſſo de re iudicata, Affl. dec. 46.n.10.

Iterum quæro; quando, & vſque ad quod tẽ-
9 pus compromiſſum peti poſſit, Capic.deciſ.48.dicit, quod petitur, etiam poſt dationem termini, dummodò vlterius proceſſum non ſit, ſcilicet ad citationem ad teſtes, vel articulorum præſentationem, Afflict.verò dec.185.dicit, quod dato termino, liteque conteſtata non compromittitur, Caroc.deciſ.48.refert, non poſſe fieri publicatis atteſtationibus, Catalan.verò de indult.q.10.n.33.& 34. concordat cũ Capic.cit deciſ.48.poſſe peti ſtatim poſt dationem termini, & ſic pluries iudicaui, & iudicatum vidi, & ità deciſum fuit per S.C.vſque ad dationem termini, dummodò nõ ſit proceſſum vlterius concedi cõpromiſſum; ità apud Thorum in comp. dec.Regn.p.1.verſ.compromiſſum an peti, tu vide Moſcatell.pract.ciuil.p.2.gloſ. gradum, n. 12.& 13. prout dicitur de re-

con-

conuentione, quæ poteſt fieri vſque ad concluſionem; immò vſque ad ſententiã, non tamen ad finem, vt pari paſſu procedatur, vt refert deciſum de Franch. deciſ. 376.

Compromiſſum non habere locum, quandò 10 pars habet exceptionem litis finitæ, impedientis litis ingreſſum, dicit Marant. in pract. p.6. act.2. n.17. & ſeq. prout in ſimili dicimus in articulo iuris, de quo non compromittitur, prout idem dicitur, quãdo articulus eſt Iuris, terminus non eſt neceſſarius, Apont. conſ.59. n.1. & concordat de Franch. dec.221. n.12. & dec.262 circa finem, & ratio eſt, quia in iure omnia ſunt aperta.

Et, ſi eſt contrauentum laudo, an pœna exi-11 gi poſſit? dicas, quod non, quandò eſt ſemel obtemperatum laudo, Caball. reſol. crim. cent.3. caſu 246. n.5.

Et, ſi eſt iudicatum per dolum, vel ſordes, 12 competit exceptio doli aduerſus illum, qui pœnam petit, l. arbitrorum, Cod. de recept. arbitr. vide Abb. conſ.56. par.1. Oldrad. conſ.156. Zabarell. conſ.139.

An quæſtio tutelæ compromitti poſſit? bis 13 occurrit; primò in cauſa Iacobi Antonij Iarruſſo cum eius tutoribus hæredum; ſecundò in cauſa Ferdinandi de Nuzzolo, cum tutoribus hęredum quondam Marc' Angeli Mottula, & fuit mihi allegarum conſ. Bar.39. in quo aſſeritur, ſtatutum de compromittendo, nõ ligare minores; ego diſtinguebã, quod aut tractatur de redditione adminiſtrationis tutelæ; aut verò de cauſa ipſius tutelæ, ſi primo caſu, ſcilicet de redditione adminiſtrationis, compromitti non poteſt, ex Marant. in pract. p.6. act.2. n.30. Marſil. ſing.467. n.8. quem ſequitur Caualcan. de tutor. & curat. n.223 & poſt iſtos Arnon. commentr. 123. qui nec Marſil. nec Caualc. citat, & hic erat caſus noſter, & proinde compromitti non poterat, nec vna pars cogi poterat ad cõpromittendum, vt deciſum fertur per S. C. à Io: Baptiſta de Thoro in compendio dec. p.3. verſ. compromiſſum petitum, aut verò in ſecundo caſu, ſcilicet de cauſa, & quæſtione ipſius tutelæ, nempè quis litigantium debet eſſe tutor, & tunc variæ ſunt DD. opiniones, ſi compromitti poteſt, vt diffusè congerit Borrell. in tractat. de arbitr. §.2. gloſ.1. nu.221. & ſeq. cui te remitto. Verum quia in hoc caſu aderant aliæ prætenſiones partium, fuit factũ cõpromiſſum, & ego decreui fieri cum decreto Iudicis, iuxta conſ. Lanar.33. n.3. & ante eum Affl. dec.285. n.15. & ſic deciſum per S C. refert Thorus in d. compendio dec. Reg. p.3. verſ. compromiſſum factum.

Et ſi iſta pragmatica minores compræhendat, vide Marant. in pract. p.6. act.2. nu.9. 14 Ann. ſing.105. Tiraquell. de retract. in ſi. tit. nu.53. & 55. & ſi habent minores reſtitutionem in integrum in hoc, allego tibi Ben'inrend. dec. Bonon.20 & 21.

Arbitri ſi malè iudicauerint, faciunt litem 15 ſuam, Arnon. probl.56. tu amplia, quòd tenentur, ſi cauſam intrà tempus compromiſſi non expediant, Ann. ſing.37.

Quæritur, quid Iuris, ſi factum fuerit com-16 promiſſum inter duos affines virtute Regiæ Pragmaticæ, inde pendente lite, diſſoluitur affinitas per mortem, an duret compromiſſum? quilibet dicit, quod non, à vulgari ratione ceſſante cauſa, ſcilicet, quod cum ceſſet cauſa, ideſt affinitas, propter quam compromiſſum factum eſt, debet ceſſare effectus, aduerſus quam rationem opponitur, quod ſi diſſoluitur affinitas per mortem, remanet vinculum, per quod matrimonium impeditur; vnde à pari ratione compromiſſum durat; ego verò dico, quod & ſi uinculum impediendi matrimonium diſſoluta affinitate durat; tamen non remanet illud uinculum, quoad compromiſſum, & allego Marant. in terminis in pract. p.6. act.2. n.15. & proinde 17 ceſſante affinitate, compromiſſum ceſſ. r, tu uide diſtinct. Capic. deciſion.7. in princip.

Si litigantes coram arbitro aliquid confite-18 antur, an arbitri uirtute huius confeſſionis coram ipſis factæ poſſint confitentem condemnare, iuxtà l. debitori ff. de Iudic. pro negatiua concludit Arnon. dialog.10 qui teſtatur procedere, tàm in compromiſſo uoluntario, quàm neceſſario, verum hæc confeſſio facit fidem, & ualet coram

Iu-

Iudice ordinario,& ſe habet ad inſtar cōfeſſionis extraiudicialis,ex l. cum antea, Cod.de recept.arbitr.Capic.dec.47.Afflict.dec.178.

Quæro,fuit factum compromiſſum inſtā certum tempus expediendum, cum poteſta-
19 te illud protogandi,& iam tempus compromiſſi eſt expiratum,an poſſit illud prorogari,& per quod tempus?Gramm.auth. noſter conſ.ciuil.10.n.17.reſoluendo dubium,dicit non poſſe,niſi vna vice prorogari,quæ prorogatio aduertendum, quod non debet excedere tempus in primo cōpromiſſo appoſitum,Arnon.problem.67. tu vide Fab.de Ann.conſ.75.n.73.& ſeq. ſed videas apud Thor.in compend.deciſ. p. 3. verſ. compromiſſum petitum quarta vice.

Etan eo prorogato,dicatur nouum compro
20 miſſum,vide Afflict.dec.148.& ibi Vrſill.

Et eo prorogato, non dicitur prorogatum
21 iuramentum,Ann.ſing.106.

Et ſi eſt poteſtas illud prorogandi toties,
22 quoties,&c.vide Ann.ſing.110.

An poſſit pluries compromitti virtute Regiæ Pragmaticæ,vide Ann.ſing.109.Mar
23 ſil.verò ſingul.172.dicit,quod ſi non eſt deciſū infra tempus, & compromittitur virtute Regiæ Pragmaticæ, quod poteſt iterum compromitti.

Et ſi à litigantibus facultas ei attributa eſt,
24 parte non citata,illud prorogandi,adhuc prorogatio debeat eis notificari, concludit Arnon.dial.93.

Et non poſſunt pronunciare laudum parti-
25 bus non citatis,niſi in compromiſſo eſſet authoritas pronunciando,etiam parte nō citata,Arnon,epit.3.vide Bour.dec.283. n.37.Marſil.ſing.75,173.& 633.Roman. ſing.273.Ann.allegat.99.& Muſcatell.in pract.p.2.gloſ.gradum,n.25.

Et ſi citantur, & contumaces efficiuntur,
26 vtrum dicatur laudum nullum, non data partium præſentia,pro affirmatiua, tenet Arnon.probl.94.

Vtrum dicatur laudum nullum,ſi fuerit latū
27 ſine citatione in vltima die termini, vide Maſull.ad Capic.dec.7.

Et dato,quod eſſet nullum,an poſſit per liti-
28 gantes compromittentes conualidari,vide Afflict.& ibi Vrſill.dec.117.

Si arbitri virtute Regiæ Pragmaticæ odio
29 litium in curſu cauſæ procedunt de Iure, & de facto in ſententiando laudum factum contra Ius litigatoris eſt nullum, Arnon. ſing.83.& dialog. 11. contrarium tamen tenet in comment. 4. ſed pro veritate vide Ann.ſing.111.& Petr.ad Capic. dec. 1.in verb.contra Ius litigatoris.

Pone,quod laudum ſit dubium, declaratio à
30 quo fieri debet? Gratian. deciſ. March. 175,n.10.dicit permitti hanc declarationem fieri per arbitros,ſed Theſaur. deciſ. 253. dicit, quod debet fieri per Iudicem ordinarium.

Quæro: eſt appoſitum pactum in compro-
31 miſſo, quod non poſſit dici de nullitate, inde allegatur nullum, an poſſit exequi, ſtante dicto pacto,eſſe exequendum, non obſtantibus nullitatibus allegatis? dicit Ann.ſingul.299. contrarium tamen dicit Minadoeſ dec. 19. tu vide pro concord. Vitalin.in tract.clauſul. in tit.de emolog. laudi in verbo ſequitur,& Galleſ.in tract. de obligat.in form.comun. p. 1. quæſt. 3. qui concordat cum Minad.& tenet impediri executionem, quandò nullitas eſt ex defectu conſenſus.

Et nota,quod dato,quod poſſit dici de nul-
32 litate, requiritur abſolutio à iuramento, Galleſ.qui ſup.4.p.q.3.n.9.

Si eliguntur arbitri,virtute Reg.pragm.licet
33 ſint coniuncti,non poſſunt recuſari,Ann. allegat.72.Rouit.in pragm.1.de arbitr.n. 27.

Compromiſſum,an per mortem vnius ex ar-
34 bitris expiret,vide IoſePh.Ludouic.dec. Lucenſ.37.& an per mortem vnius ex litigantibus compromittentibus Duen.reg. 128.

Nota,quod ſi eſt arbitrium collatum in ali-
35 quem ad aliquid agendum, in vita tantū agit,quia morte extinguitur, Gerard.ſingul.27.Iaſon.in l.petens, Cod.de pact. col.4.ver.nota tamen ex iſta gloſ.

Dubitatur, fuit factum compromiſſum de
36 fundo,& non de fructibus, an poſſit arbiter de fructibus iudicare? quod poſſit iudicare, etiam de fructibus reſtituendis,

quam-

quamuis in compromiſſo non ſit facta mentio de fructibus,ſed tantum de fundo Arnon. epit.35.ex quo infero,quod licet arbiter non poſſit vltra compromiſſum Iudicare,poteſt tamen de reſtitutione illius rei æſtimatione,Ann.ſing.36.

Si compromiſſum poſſet fieri de vita militię,
37 dixi ſupra dec.1.

Fuit dubitatum,ſi facto compromiſſo, cum
38 pacto, quod arbiter pronunciet cũ conſilio doctoris, an valeat,Regen.d'Aponr. conſ.67.n.15.diſtingnit,quod aut ille cõſultor,cum cuius conſilio arbiter procedere tenetur,habet poteſtatem conficiendi actum,aut verò non habet poteſtatem, ſi primo caſu, & ſic ſi poteſtatem habet, ſubdiſtingue; aut in collatione adeſt clauſula annullatiua,& non valet;aut non cõtinet in ſe clauſulam annullatiuam,& valet; aut uerò ſecundo caſu,& ſic ſi non habet poteſtatem,& tunc cum ipſa collatione poteſtatis adeſt prædicta modificatio, quo caſu,quia in tantum poteſtas confertur, in quantum eſt modificatio prædicta annexa,quæ qualificat, & informat poteſtatem,proinde ſi illud conſilium præciſè non interuenit,actus dicitur nullus,ex defectu conſilii,quod nota.

Duo eliguntur arbitri, cum poteſtate tertiũ
39 eligendi,ſi electio non fit,dicitur nullum laudum,quod amplia, quod dicatur nullum laudum,etiam ſi tertius eligendus incertus eſſet,Gratian.dec.March.236.

Quod limita in arbitratoribus, in quibus ſe
40 cus eſt,Roman.ſing.136.

Et ſi duo fuerint electi, & in arbitrando di-
41 ſcordant,an tunc eligi tertius debeat, vide Ant.Gabr.tit.de arbitr.concluſ.1.Caroce:dec.caſ.50.n.7.& 8.

Quod declara,quod non poteſt tertius eligi
42 ſi non conſtat diſcordia,& ſi eligitur,laudum eſt nullum, Ann.ſing.38. Grat. dec. March.63.n.8.

Et dato,quod hic tertius fuerit electus, poſ-
43 ſit ſolus iſte cum altero ex duobus iudicare,vide Ant.Gabr.ibid.

Et iudex poteſt eligere tertiũ ſi partes erint
44 diſcordes in electione arbitratorum, *Arnon.*comment.162.

Sed quomodo,vide Carocc.dec.caſ.50.

Compromiſſum à quo die currit? Marſil.ſin. 423. dicit, quod currit à die acceptatio-
45 nis,ea ratione,quia cum pendeat ex conſenſu duorum requiritur conſenſus vtriuſque,& ante acceptationem arbiter non dicitur arbiter, nec compromiſſum dicitur factum; vnde à die accceptationis currere concludit,Magon.verò dec.8. n. 18. dicit,quod ſi in illo adſit clauſula,*hinc infra decem dies*,primus dies non computatur,Alexan.in l.1.ff.de in ius vocand. col. 5.dicit,quod ſi adeſt clauſula, quod currat ab hodie,prima dies non computatur, Caball.uerò dicit in caſ.249.n.5. reſolur. crim.cent.3.quod ſi nihil eſt inter partes actum, ſtatim incipit currere, & currit de momento ad momentum,tu uerò pro cõplemento huius quæſiti, uide de Franch. deciſ.626.qui nec Marſil.nec Caball. citat,uide Grat.dec.March 62.n.12.&ſeq. & ad limitationem Ant.Gabriel. comun. opin.concl.2.tit.de arbitr.& ſic ego dicebam in dubio ſuper hoc occurſo in compromiſſo hæredum quondam Io.Domini ci Dente.

Nota,quod non poteſt compromitti,niſi fue
46 rit renuntiatum ſententiæ, propter quam non habet locum Reg. P. agm. ex *Arnon.* comment.89.

Compromiſſum,ſi in prima inſtantia non eſt
47 factum,an poſſit fieri in caſu appellationis Put.dec.28.lib.2. dicit, quod ſi compromittit uigore ſtatuti, non extenditur ad cauſam appellationis.

Et an faciat ſilere appellationem,vide Paul.
48 de Caſtr.in l.contra maiores, Cod. de in offic. teſtam. Guid. Pap. dec.115.dicit, quod nõ impedit,ſed deſeritur appellatio, & plus dicit,quod ſi eſt factum infra decẽ dies datos ad appellandum , non impedit curſum fatalium dictorum decem dierum tu vide ſing.117.

Si compromittitur in arbitratorem,qui deci
49 dat omnes differentias partium, ſi determinat tantum de vna parte, laudum eſt nullum,Bar.in l.quod ità, ff. de recep. arbitr.

Sciendum, quod ſi petatur compromiſſum
50 ab vna ex partibus iuxta Regiã Pragmar. & altera pars remittens dicat hunc caſum

de quo agitur, non eſſe compromittibilẽ,
quod adhuc caſus iſte ſi debet compro-
mitti, vel ne? eſt committendus, & poteſt
remittens cogi ad compromittendum,
hoc notabiliter dicit Soccin. conſ. 51. nu.
3. quem vidi, dum cogitabam, & mihi de-
ſeruiuit in cauſa illorum de Dente ſupra
relatorum.

Petitur dos, & per petentem præſentatur co-
51 pia articulorum, ſed non in forma pro-
bante, tunc impeditur compromiſſum fie-
ri, Minad. dec. 11.

Amplia in Abbate, vel monaco, qui poſſunt
53 eſſe pro eccleſia arbitri, & arbitratores,
Caualcan. dec. 45. n. 31. hoc fuit mihi al-
legatum, dum quidam monacus volebat
interuenire in quodam compromiſſo in-
ter laicos, ſed nolui ego hoc permittere.

Nota in procuratore ad lites, qui petere cõ-
54 promiſſum non poteſt, Pett. Ben'intend,
deciſ. Bon. 20.

Sciendum, quod ſi iſti arbitri electi virtute
55 Reg. Pragm. à partibus, quatenus nõ poſ-
ſent determinare laudum, nõ poſſunt alijs
delegare eorum vices, Garſ. dict. 14. niſi
in compromiſſo ab illis partibus data eſſet
poteſtas eligendi alios arbitros eorum lo
co, quia tunc benè poſſunt.

Limita in paragio mulieri debito, & per eam
56 petito, prò quo ceſſat compromiſſum,
Ann. conſ. 75.

Nota, quod compromiſſum non habet locũ
57 in contractibus Iuratis, Hieron. de Laur.
dec. Auenion. 68. n. 6. idem in inſtrumen-
to liquidando, Capic. dec. 48.

Si fuerit aduerſus inſtrumentum appoſita ex
ceptio ſolutionis, ſimulationis, & præſcri-
58 ptionis, debet compromitti, hoc dicit
Arnon. comment. 128. quod de iure Re-
gni non ſeruatur, liquidando vigore Ri-
tus, de quo fuſius dixi in meo 3. tomo. tit.
de arbitr.

Amplia etiam in hærede conuento à credi-
59 tore hæreditario coniuncto dicto hæredi
qui poteſt ponere exceptionem compro-
miſſi, & inuentarij exceptionem opponẽ-
do impedire executionem laudi, ex Mi-
nad. dec. 25.

Si eſt factum compromiſſum generale, vz de
60 omnibus differentijs, quæ ſunt, vel eſſe
poſſunt, reſtringitur ad eas tantùm quæ-
ſtiones, & controuerſias, de quibus eſt lis
vel præparatur ex probabili cauſa. Caroc.
dec. caſ. 46. n. 21. allegat inter alios Alex.
ad Bart. in l. 3. lit. R. ff. de tranſact. Dec. cõſ.
38. nu. 6. quod habui in cauſa illorum de
Martino Vitulani, & iterum ex hac clau-
ſula non habuit effectum compromiſſum
factum per D. Aſcanium de Adiutorio, &
Gabrielem de Rogerio.

Quæro: ad quem ſpectet recurſus, ſiue appel
61 latio laudi? dic, quod ad Iudicem ordina-
rium, ad quem per reductionem appella-
tur, & coram eo poteſt laudum iuſtificari
ex nouis probationibus, vel ſcripturis, Fe-
der. de Senis. conſ. 285. col. 3. verſ. præte-
rea, cum quo concordat Afflict. deciſ. 51.
vide Franc. Marc. q. 151. par. 2. & hæc re-
ductio tantum ſemel peti poteſt ex iuſta
cauſa, & propter leſionem, Caualc. deciſ.
114. de Iudic. n. 49. & peti debet coram
Iudice rei. Miſing. obſeru. 51. cent. 3. Ro-
lan. conſ. 24. nu. 4. & conſ. 76. vol. 1. vide
Theſaur. dec. 14. Andr. Gaill. obſeru. 149.
lib. 1. Marant. in pract. tit. quandoque ap-
pellatur, n. 126.

Quæ reductio eſt ſimilis appellationi, Mag.
62 dec. Lucenſ. 98. & ideò à ſententia Iuris
arbitri appellatur ad ſuperiorem, Afflict.
deciſ. 51. vide Franc. Marc. deciſion. 151.
p. 2.

Et à iudice appellationis, an poſſit appella-
63 ri? vide Papon. lib. 6. tit. 3. arreſtat. 2. 3. &
4. Andr. Gaill. obſeruat. 194. lib. 1. Perr.
Ben'intend. deciſ. 15. Boer. 284. Caball.
milleloq. 880.

Sed ſi eſt renuntiatum reuiſioni cum iura-
64 mento renuntiatione non obſtante, etiã
ſi pœna eſſet adiecta abſque metu ipſius
pœnæ, poteſt recurri, ſi læſio adfuerit.
Guid. Pap. qu. 519. qui dicit, quod renun-
ciatio non firmatur iuramento, quem ſe-
quitur Ioſeph. Lodouic. deciſ. Lucenſ. 27.
& Bar. in l. ſi libertus, ff. de oper. libert.
Cappell. Toloſ. q. 268. tamen abſolutio-
ne à iuramento petita, poteſt, Caualcan.
dec. 9. de indicijs, vide Abb. conſ. 57. p. 2.
& rationem habens ex eodem Guid. Pap.
alleg. q. 519. eſt quod hæc renunciatio ta
citam conditionem habet, niſi renuncians

gra-

grauiter eſſet læſus,prout à pari,ſi promi-
ſerit quis ſtare iudicio arbitrorum ſimpli-
citer abſque conditionibus,nec clauſulis,
huic promiſſioni ineſt tacita conditio ſi-
qua fuerit arbitratum.

Arbitri an poſſit accipere appoſitionẽ, vide
65 Miſing.obſer.68.cent.4.

Arbitri an faciant fidem de geſtis per eos tẽ-
66 pore compromiſſi,vel Iuriſdictionis,dicã
infra in additionibus ad Petr.dec.24.

Et ſi compromittentes ſint læſi vltra dimi-
67 diam,poſſunt intentare remedium, l. 2.
Cod.de reſcind.vendit.Miſinger.obſeru.
33.cent.1.quod amplia procedere etiam
poſt laudũ approbatũ, Det.conſ.60.n.4.
vide eund. Det. conſ.11.39.133.& 582.

Et ſi eſt læſus in ſexta parte debiti, dicitur
68 grauiter læſus,Guid.Pap.dec.519. nu.3.
Menoch.verò de arbitr.Iudic.caſ.37.lib.
1.dicit,quod hæc leſio remittitur arbitrio
Iudicis, cum quo concordat Rom.ſing.
51.tu vide Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ.
27.quomodò autem probetur læſio,vide
eundem Menoch. caſ. 72. lib.1. & Abb.
conſ.77.p.1.

Petr.& Mari hic concludũt ad Iudicem ſpe-
69 ctare partes litigantes ad compromiſſũ
reducere,prout ante eos Grammatic. au-
thor hic n.1,attulit. Petr.citat Belluc.&
non vltrò progreditur, Mari aſſignat ra-
tionem,ſi timor ſcandali inter partes ad-
eſſet,tu verò diſtingue, quod ſi ſumus in
Prouincia, illius præſidis eſt ſubditos in
pace conſeruare,rumores impedire,& ad
quietem inquietos reducere,licet Capo-
blanc.de author.Baron.prag.6.n.44.aſſe-
rat non ſolum Præſidis, ſed totius Regiæ
Audientiæ,quæ certiorare ſolet Excellẽ-
tiam Regni, quod tu intellige procedere
inter illas perſonas,inter quas mandatum
Iudicis non cadit; nam Iudex ordinarius
loci,& hæc eſt ſecunda diſtinctio, poteſt,
& ad ipſum ſpectat diſtinctiones, ſiue ri-
xas inter ciues componere,& ſedare, &
olim dicebantur Irenarchæ,vt toto tit.de
Irenarc.hodie verò poſſunt etiam hoc fa-
cere Sindici Vniuerſitatũ,qui poſſunt co-
gere ciues inimicos ad pacem,& hæc eſt
ſub præeminentia Sindicorum,qui pote-
ſtatem ſuper pacifico ſtatu ciuitatis,& ci-
uium habent,vt nouiſſimè adducit Mont.
ad pra.2.de admin.Vniu.n.48 &49.quod
pluries à Sindicis obſeruari vidi,ex priua
torum .n. diſcordijs, & inimicitijs publi-
cus ſtatus turbatur,publicaque quies im-
peditur,& peruertitur.

Et eſt adeò verũ,quod ſi inter Epiſcopum,&
70 eius populũ erint diſcordiæ, vel ſeditio-
nes,tenetur Epiſcopus pro pacis cultu,ci
uiumq; ac populi quiete,dato ſibi excam-
bio æquiualenti,renuntiare Epiſcopatui,
Corſet.in ſing.in verb.Pax.

Sed opportunè quæro;an facultatẽ iſtã habe-
71 ant Barones ciues cogendi ad pacẽ? Ca-
pobl.prag.6.n.45.& 46. pro negatiua te-
ſtatur,& infert,quod poſſunt ex officio, ſi
deductum eſt in iudicio,mandare,vt ad in
uicẽ,de non offendẽdo,cautio præſtetur;
ſi ſcandala, & rumores timentur inter ci-
ues,vel inter perſonas nobiles,vel eis mã-
dare,ne de domo exeant ſub pœna.

In ciuitate verò Neapolis,& toto Regno ad
Proregem Regni pro tẽpore ſpectat, qui
ſolent mandare,vt perſonæ,quæ cauſa ſcã
dali ſunt,transferãtur de vna ciuitate ad
aliã. Apon.de pot.pror.tit.de prouiſ.fier.
ſolit.in ſummario n.4.& ſeq.

Recordor ego verò,annis præteritis ortis di
23 ſcordijs inter duas familias de Centrella
& Dente,hanc R.A.Dominũ tunc Prore
gem certioraſſe,& eius nomine eos ad pa
cẽ reduxiſſe,electis duobus mediatoribus
pro qualibet parte,& pro illis de Cẽtrella
fuiſſe electos integerrimũ, & authoritatis
non modicæ Franciſcũ Antoniũ Vico R.
Secr.& Ioſephũ de Adiutorio eximiũ ad-
uocatũ, & pro illis de Dẽte fuimus electi
Thomas Theofilus aduocatus,vir cõſciẽ-
tiatus,& ego,& ad noſtrã relationẽ eorũ
pendentiæ fuerunt ſolutæ,& ipſi ad pacẽ
reducti,adhibitis ſollẽnitatibus àR.nouel
la Prag.ordinatis,vt ex actis R.A.apparet.

Sed an iudex in cauſis ciuilibus poſſit partes
74 ad concordiã cogere,& reducere? Bell.
in ſpec.princ.rubric.27.§.milites,n.48.&
ſeq. diſtinguit, quod aut ſumus in dubijs,
aut verò in claris; ſi primò caſu, & ſic ſi
ſumus in dubijs,pro affirmatiua cõcludit,
ſi ſecundò caſu,& ſic ſi ſumus in claris,ſci
licet ſi conſtet de Iure vnius partis,

negatiuam affert, & ſic non poſſe tutæ conſcientia, niſi aliæ circumſtantiæ adſint.

Petr.hic n.6.proponit, quod cauſa appella-
75 tionis eiuſdem naturæ eſt, ſicuti erat cauſa principalis, & adducit de Franch. dec. 236.& 288.quæ ad propoſitum Petr.deciſiones de Franch.prędictæ nihil conferunt, tu vide melius eundem de Franchis. in alia deciſ. 520. in qua perbellè habes hanc concluſionem, & Carocc.dec.115. quos Petr.non adduxit.

Proponit hic Mari num.2.ad fin.quid ſi reus conuentus in cauſa contra eum mota ad
76 inſtantiam actoris laudauerit in authorẽ eum, à quo cauſam habet, & hic author laudatus fuerit conuentus ipſius actoris; itaut ſuſcipiendo author laudatus onus litis, transferatur Iudicium in ipſum, & lis erit inter authorem laudatum, & actorem & ſunt cõiuncti, an cadat compromiſſum uirtute Regiæ Pragmaticæ, & remittit ſe ad Rouir.pragm.1.de arbitr.n.7. ego vidi Rouit.qui ex Arnon.ſing.70.tenet, quod non, & Arnon. aſſignat cauſam; nempè, quia mutaretur Iudicium, & perſona Iudicis; tu verò ſcias, quod ante Rouit. hanc quæſtionem poſuit Carauit.ad Affl. dec. 15.qui concludit, quod cauſa inter authorem laudatum, & actorem compromittitur, & idem dicit ibid.Vrſill.poſt verò Carauit.& Vrſill. hoc idem propoſuit Borrell.de compromiſſ.S.1.gloſ.3.nu.312.& cum Bart.in conſ.161.relat.concludit debere compromitti, vndè Borrell.Carauit. & Vrſill. licèt vnus de altero mentionem non faciat, in vnam ſententiam concurrũt nempè, quod poſſit compromitti, & eſt contra doctrinam Arnon. ſupra relatam pro negatiua teſtantem; vndè in varietate harum opinionum, teneas, quod ratio adducta per Arnon. nempè, quod ex compromiſſo mutaretur Iudicium, & perſona Iudicis, non eſt concludens, quia non dicitur mutare alium forum, & proinde ego fretus authoritate Paul. de Caſtr. in l. 1. Cod.vbi in rem actio, n.4.affirmo contra Arnon.& concludo cum Borrel.Carauit. & Vrſill.nempè, quod huiuſmodi cauſæ compromittatur, ne dum ea ratione adducta contra Arnon.verùm etiam, quia author laudatus pro ſuo intereſſe venit in cauſa, & poteſt ex ſua perſona vti beneficio ſtatuti de compromittendo, vt idem Caſtr.affirmat; cum clarum eſt, quod authori laudato comparẽti, & ſuſcipienti Iudicium pro ſuo intereſſe, competunt exceptiones, & beneficia, nempè reſtitutionis. & alià, de quibus per Afflict.dec.15.

Cętera ad materiam vide, quæ latius dixi in meo tom.3.tit.de arbitr.per tot.

Heliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. X.

SVMMARIVM.

In delictis quod tempus attenditur delicti, vel præſens, & de ratione, n.1.& 2.

Prouentus ex delicto an ſpectent ad ſecundum Dominum, tempore cuius fiunt, vel ad primũ tempore cuius delictum eſt commiſſum, n.2. & 3.

Pęna fraudis an ſpectet ad primum gabellotum, vel ad præſentem, n.3.

Tempus ſententiæ retrotrahitur ad diem cõmiſſi delicti, n.4.

Delicto commiſſo ſtatim eſt ius quæſitum primo Domino, n.5.

Limita n.6.& 7.

Pœna ſiue prouentus prouenientes ex delicto ante ſententiam dicuntur diſperſa, & vti fructus ante perceptionem ſeminati cenſentur, poſt verò ſententiam dicuntur collecti, & in horreo repoſiti, n.8.

Tempus ſententiæ in delictis conſideratur, n.7.

Oblatorum numerus eſt adeò creatus, quod dicuntur inutiles, quàm oblati ſagaces, n.11. & 12.

Oblatorum genera, n.13.

Oblati, an gaudeant priuilegio cap ſi quis ſuadẽte diabolo, prout Clerici coniugati, n.14.

Oblati ſi Eccleſiæ ſe dedicant, an recuperent eorum bona, ſi eis non ſeruantur pacta poſita in donatione, n.15.

Et an teneantur reſidere, n.15.

An teneantur ad collectas, n.16.

Quibus priuilegijs gaudeant in Regno, n.17.

An teneantur ad onera Vniuerſit.n.18.19.20.

Obla-

Oblati vt gaudeant tenentur infra ſepta monaſterij clauſtraliter, & ſub obedientia Abbatis viuere, n. 18. 19. & 20.

Secus ſi in eorum domibus morantur, num. 20.

Idem ſi retinent vſufructum, vel partem bonorum, ibid.

Idem ſi vxores habeant, ibid.

Subſtantialia Religionis tria, Caſtitas, Paupertas, & Obedientia, n. 20.

Cythara cum Pſalterio non benè concordat, nu. 20. ad med.

Oblati àn habeat electionem fori, & qua concurrere debeant, n. 21.

Bigamya eſt adeò potens, & bigami ſunt adeò debiles, quòd irregularitas incurſa per bigamyam non remouetur per ingreſſum in Religionem, n. 22. & 23.

Bigami non poſſunt adhiberi pro ſeruitio Eccleſiæ, etiam ſi alij non adſint, numer. 23. ad fin.

Bigamya crimen ad quem ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel layeum, num. 24. & 25.

E*T delictum illius ſuper ipſum erit*, Eccl. cap. 23. n. 13.

Senec. in Epiſt. 97. n. 6. hæc verba profert:

Non gaudet naufragio Gubernator reuerſo, non gaudet ægro medicus elato, non gaudet orator ſi patroni culpa cecidit, at contra, omnibus crimen ſuum voluptati eſt.

Quaſi dicere intendat, vt homines non in bonis lætantur, ſed in delictis, & de illis glorioſi ſunt; nedum enim crimina committunt, verùm etiam credentes pœnam euadere, ſtatum mutant, ſed væ illis, quia nec temporis diuturnitate, nec ſtatus mutatione à pęna eximuntur, & illā ſubeunt, nedum tempore commiſſi criminis, ſed ſtatus mutatione, & ſic ſententiæ, & delictum illius ſuper ipſum erit, & conueniunt præcitata verba, vt author in controuerſiam adducit, ſi tempus commiſſi delicti attendi debet in hac dec. 10. in qua Clericorum coniugatorum immunitas, & priuilegium declaratur.

Vndè congruum eſſet de Clericis coniugatis aliqua dicere, verùm quia materiam iſtam latè exornant Petra. & Mari hoc in loco, & ego dixi in meo primo tomo de impugn. Doctorum, tit. de Clericis coniug. cap. vnic. per tot. ad ibi dicta re remitto; tantùm afferam, ſi tempus delicti conſiderandum. Secundò de oblatis, de quibus, nec Author, nec Mari, nec Petr. rationem reddunt, ſed tantùm Petra. hic num. 9. affert. Tertiò loco de bigamys, de quibus, nec Grammat. dixit, nec Mari addidit, nec Petr. alibi dixit, niſi hic, num. 5. tetigit.

Quòad primum ſi tempus delicti attendi de
1 bet, an verò præſens ſtatus? Grammatic. hic num. 3. teſtatur attendi debere tempus delicti, ea ratione, quia eo tempore
2 ſubijciebatur foro Eccleſiaſtico, vnde quæritur, ſi tempore commiſſi delicti caperur informatio, & ſic tempore vnius Domini, inde Terra deuenit ad alium Dominum, cuius tempore fiunt prouentus, iſti prouentus ad quem ſpectent, ad primum, nempè Iudicem, & ſic tempore commiſſi delicti, an ad ſecundum, & ſic tempore quo fiunt prouentus? quod ſpe-
3 ctent ad primum poſſet argumentari cum Amic. conſil. 110. num. 22. & ſeqq. quem ſequitur Amendol. ad Franch. deciſion. 96. num. 2. vbi habetur, quòd ſi tempore gabelloti committitur fraus, vel contrauentio, ipſius pęna erit dicti gabelloti, non autem ſucceſſoris, & quòd ſpectent ad primum, & ſic inſpecto tempore delicti, ea ratione, quia hoc tempus ſententiæ
4 retrotrahitur ad diem commiſſi delicti, teſtatur Amod. d'Apont. in tractat. de laudem. quæſtion. 38. num. 29. ſequitur de Franch. deciſ. 76. num. 12. qui in terminis concludit, quòd prouentus ſpectent ad
5 primum Dominum, ea ratione, quia ſtatim commiſſo delicto eſt ius quæſitum primo domino, idem videtur concludere Pariſ. in tract. de ſindicat. in verb. prouentus, cap. 1.

Contrariam verò opinionem ego amplexus
6 fui in cauſa Bartholomæi de Felice Sancti Georgij inquiſiti de vſuraria prauitate cum Anibale Felingerio affictatore dictæ Terræ, & decreui prouentus ſpectare ad ipſum affictatorem, & ſic attendi debere tempus præſens, non autem

7 tempus commiſſi delicti; motus fui, ex de
ciſ. Guid. Pap. 535. accuratè teſtantis ad
ſecundum dominum ſpectare, & ratio vi-
uax rationis eſt, quod quamuis per deli-
ctum commiſſum, ſit quæſitum ius primo
domino; tamen quia ſententia non eſt la-
ta, ſpectat ad ſecundum dominum; Baiar.
ad Ciar. q. 78. nu. 144. & pœnæ, ſiue pro-
uentus prouenientes ex delicto ante ſen-
tentiam, dicuntur diſperſæ, & vti fructus
8 ante illorum perceptionem tantùm ſemi-
nati cenſentur, poſt verò ſententiam dicũ-
tur collecti, & in horreo repoſiti, & proin-
de cùm ex ſententia acquiratur ius, ſpe-
ctant ad ſecundum dominum, Maſtrill. de
ciſ. 12. n. 8. 9. & 10. contra aliam opinionẽ
n. 3. 4. & 5. ibi relatam.

Inſuper addebam, quòd proceſſus huius in-
9 quiſitionis erat pendens, & nondùm ſupi
tus, & proinde tempus ſententię conſide-
ratur, Caball. reſol. crim. cent. 3. caſ. 267.
n. 4. & ſeq.

Secus verò eſſet, ſi tractaretur de delicto,
10 pro quo ipſo iure venit pœna applicata,
vel confiſcatio; quia tunc procedit con-
cluſio firmata, attendi debere tempus de-
licti, quia tunc declaratur tantum, quàm
aliquid noui inducitur, Caball. ibid. n. 12.
& Maſtrill. cit. dec. 12. n. 11.

Deuenio nunc ad ſecundum promiſſum, nẽ-
11 pè de oblatis, de quibus Petr. hic parum
tangit, n. 9. quorum numerus iſtis in Re-
gionibus, adeo erat cretus, donando partẽ
12 ſummam, alicui Eccleſiæ, quod audeo di
cere, eſſe potius inutiles, quàm oblatos ſa-
gaces, ex tex. in l. 4. Cod. de Summ. Trin.
& fid. Catholic. in gloſ. in verb. Archiman
drita.

Genera oblatorum habentur per DD. in c.
13 per exemptionem de priuil. in 6. & in au-
th. ingreſſi, Cod. de Sacroſ. Eccl.

Oblati an gaudeant cap. ſi quis ſuadente dia
14 bolo, prout gaudent clerici coniugati? vi-
de Cardin. in clem. 1. de decim.

Quando oblati ſe Eccleſiæ offerunt, pacta
15 contrahunt in donatione bonorum, quæ,
ſi eis non ſeruantur dubitatur, an recupe-
rent eorum bona, & teneantur reſidere;
recurre ad Bald. in l. 2. Cod. de condit. ob
cauſam oppoſit. 3.

An teneantur oblati ad collectas, vide Gloſ.
16 & Bald. in l. item nulla, Cod. de Epiſcop.
& Cleric.

Quibus priuilegijs gaudeant oblati in Re-
17 gno, vide cap. Reg. Priuilegia, & ibi Cam-
pan.

Dubitatum fuit, ſi oblati teneantur ad onera
18 Vniuerſitatis in cauſa Vniuerſitatis Caſ-
ſani, cum Iulio Ceſare ciue oblato, & ego,
qui partes Vniuerſitatis tuebar, diſtinguẽ-
bam, quod ſi hic oblatus infra ſepta Mona
ſterij clauſtraliter, & ſub obedientia Abba
tis viuebat, non cogebatur, ſi verò extra
Monaſterium, & in eius domo morabatur,
etiam ſi bona Monaſterio donaſſet, coge-
batur, mouebat ex infraſcriptis; primò,
quia cum retineat uſumfructum, vel partẽ
19 bonorum, vti laicus reputatur, Afflict. in
conſtit. ſtatuimus, la ſeconda, n. 22. ad fin.
ſecundò quia retineat vxorem, & oblati
vxores retinentes à legibus laicorum non
ſunt exempti, & ad onera laicalia vocan-
tur, Campagn. ad Cap. Reg. priuilegia n.
16. & ſeq. & in clem. de honeſtat. cleric. in
20 gloſ. in verb. priuilegio nu. 46. tertiò, tria
enim ſunt ſubſtantialia Religionis, ſcilicet
Caſtitas, Paupertas, & Obedientia, quæ
omninò hic oblatus ſeruare valet, non ca-
ſtitatem, quia habet vxorem, nec integrã
ſui corporis partem retinet; non paupertatem,
cum poſſideat, ex quo retinet vſufru
ctum, neque obedientiam, quia extra clau
ſtrum degit; vndè cum non benè concor-
det cythara cum Pſalterio, poteſt dici po-
tius apparentia, quàm aſſiſtentia, Camp.
in cap. priuilegia, nu. 17. & 18. & Petr. de
Vbaldis in tractat. de oblat. fol. mihi 159.
quartò, ex Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de
reformat. cap. 11. & ex Bulla relata per
Abb. Quarant. in ſumm. Bullar. [illegible]
regular. folio mihi 404. per quam fuit de-
cretum ex multitudine oblatorum, quæ
tentium Vniuerſitates fraudare, priuile-
gijs non gaudere, niſi viuant clauſtraliter
actu, & infrà ſepta Monaſterii, & ſub obe-
dientia; quod verum ſit; fuit per Regiam
Cameram prouiſum, quòd veris expoſi-
tis, cogatur, prout [illegible]; & votum
meum exequutum; poſt hæc ſcripta verò
vide Capoblanc. de author. Baron. prag.

8.p.3.n.54.& ſeq.optimè diſtinguentem;
& tamen in hac materia oblatorum omni-
nò ſeruanda ſunt, quæ refert Aug. Barb.
de I.E.V.fol.mihi 376.& 377.ex S.Con-
greg.Cardinal. Conc.Trid.Interpetrum
Iuſſu S.D.N.

Oblati an habeant electionem fori, vide No-
uar.de election.for.qu.36.ſect.1. vbi pro
21 affirmatiua concludit tribus concurren-
tibus, vt viuant vti regulares, inſeruiant
Eccleſiæ, & in habitu Religionis incedãt.

Quoad tertium, & ſic de Bigamia, de quibus
22 Petr.hic n.5. tractare incipit per totum
num.6.poſt quæ tu vide Diaz, pract.cano-
nic.tit.Bigam.cap.16.fol. mihi 33. ſunt
adeò bigami odibiles, quod irregularitas
23 incurſa per bigamiam non remouetur per
ingreſſum ad Religionem, Tuſc.de viſitat.
lib.2.cap.25.n.36.vlterius, ſi deficiant in
Eccleſiæ adminiſtratione, poterint alij ex
quatuor minoribus ordinibus adhiberi,
vel etiam coniugati bonæ uitæ uocari, dũ
modo non ſint bigami, idem Tuſc.de uiſit.
lib.2.cap.28.nu.7. Verùm quæri poteſt,
24 hoc crimen ad quem Iudicem ſpectet, ad
Eccleſiaſticum nempè, uel ad laicum? Re-
gen.d'Apon.in tract.de Iuriſdict.quem ad
pennam habeo, in tit, de bigam. cap. 15.
mouet quæſtionem, & refert nu.23. quòd
vterque Iudex laycus, & Eccleſiaſticus
procedere poſſit in crimine bigamyæ, di-
uerſo tamen genere pœnarum, nempè Ec
cleſiaſticus, quòad cenſuras, priuationem
Sacramentorum, & correctionem pater-
nam, & laycus quòad pęnam corporalem
25 tamẽ reſidet quòd cùm ſit delictum mi-
xti fori ſpectat ad Iudicem laycum, & an-
tiqua, veteri, & frequentiori practica in
Regno, tàm in Regijs officialibus, quàm
Baronalibus, & inſuper alia ratione, quia
in Regno hoc noſtro Neapolitano caſus
mixti fori per Iudicem laycum cognoſcũ-
tur, quæ intelligi debent ex præuentione
quam etiam Iudex Eccleſiaſticus habere
poteſt, ſi præuenerit.

Haliſſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XI.

SVMMARIVM.

Teſtis infamis an probet, & ſi fuerit admiſſus, an probet, n. 1.

Infamia quomodo Iudicetur, Iuris, vel facti, et quomodo probetur, n. 1.

Teſtis domeſticus, an probet, n. 2.

Et ſi fuerunt plures domeſtici, vel coniuncti, an probent, ibid n. 2.

Numerus teſtium, an ſuppleat defectum, num. 3.

Teſtis inhabilitas, an ſuppleatur habilitate conteſtis, n. 3.

Teſtis blaſfemator non probat, n. 4.

Etiam non condemnatus, ibid.

Teſtes omni exceptione maiores in criminalibus requiruntur, quia de vita hominis tractatur n. 4.

Ludus crimen eſt, n. 6.

Ludus antiquiſſimus eſt, & à quo ſit inuentus, n. 5. & 6.

Luſores vitam turpem agere dicuntur, num. 7.

Teſtis luſor repellitur, & probatur ludus per ſocios luſores, n. 8.

Quomodo Iudicetur luſor, n. 9. & 10.

Ludentes continuè ſunt infames, & Parochus non debet ſtatim abſoluere, & quare, num. 11.

Luſores teſtes fuiſſe, probari debet tempore lati teſtimonij, n. 12.

Tempus lati teſtimonij, attenditur, n. 13.

Teſtis inhabilitas, ſi detegatur poſt depoſitionẽ, an vitietur dictum, n. 13.

Quod tempus in teſte attendi debet, depoſitionis vel Iuramenti, n. 14.

Deperditum in ludo ad credentiam, exigi non poteſt, n. 15.

Ludi prohibiti qui ſint, & qui liciti, & honeſtis & in quibus de cauſis, n. 16. 17. & 27.

Quid in Regno Neapolitano, n. 18.

Contra ludentes, an poſſit procedi ex officio, & quomodo, n. 19.

Vouens non ludere, & ludens, an contraueniat, nu. 20.

Votum, & iuramentum de ludo, quomodò

interpretantur,num.21.

Quid ſi in voto eſt appoſita pœna,n.22.

Ludus quos effectus malos pariat,n.23.

Luſores ſunt legibus exoſi, hoſtes Reipublicæ, deterioris conditionis,quàm latrones, n.24. & 25.

Quæ pœna irrogatur inter luſores,n.26.

Teſtes parte non citata recepti,an probent, nu. 28.

Teſtes non repetiti non probant,n.29.& 33.

Ampliatur etiam ſi procedatur per inquiſitionē ex abrupto,ad modum belli, vel quocunque alio modo,n.30.

Limita,niſi reus ſit effectus contumax,n.31.

Mors vim iuramenti habet,n.31.

Teſtes mortui repulſari debent,n.32.

Citatio partis in quibus requiratur,à n.35.ad n.49.& 69.

Teſtes negant,alij affirmant, quibus credatur, n.50.

Teſtes citati infrà terminum,an poſſint examinari vltra terminum,n.52.& 53.

Quid ſi iurauerint in termino,n.54.

Teſtes deponentes per eundem permeditatum ſermonem non probant,n.55.

Limitatur niſi eſſent bonæ famæ,& conditionis ibid.

Teſtis deponens vltra articulum,an probet, nu. 56.

Citatio an requiratur in abſolutione à iuramēto,n.57.& 58.

Citatio non requiritur in multis caſibus, à nu. 49.ad 64.

Commiſſarius cauſæ nouiter ſuccedens, non debet partem abſentem citare,n 63.

Teſtes examinati ad futuram memoriam,corā quo examinari debent,an requiratur citatio partis,n.64.

Teſtes,de quorum morte,vel receſſu timetur,an recipiantur parte non citata,n.65.

Citatio eſt neceſſaria in omnibus,quæ impugnari non poſſunt,n.66.& 69.

Iudex ſi videt reo non competere defenſionem, non debet illum citare,n.66.

Iuſtè offenſo non competit defenſio,n.97.

Teſtes de Vniuerſitate an probent,n.68.

Receptationis Bannitorum materia,n.70.

ET *ludam,& vilior fiam,*2.Reg.cap.6.n. 22.

Horat.1.Epiſt.19.his carminibus contentatur.

> *Ludus enim genuit trepidum,certamen, & iram,*
> *Ira Truces,inimicitias, & funebre bellum.*

Ex quibus habetur omne malum peruenire à ludo,& luſores fiunt viliores,& præcitata verba conueniunt,ea ratione, quia ludus crimen eſt,vt Author aſſerit in hac deciſ. 11.in qua de pluribus tractatur. Et primò,ſi teſtes infames probent,vt nu. 1.Secundò,ſi teſtes domeſtici probent,vt eodem n.1.Tertiò,ſi numerus ſuppleat defectum.Quartò,teſtes blasfematores quam fidem faciant? Quintò ſi teſtes luſores admittantur,& ludus an crimen ſit? Sextò, & vltimò,an teſtes parte non citata recepti probent?

Quòad primum, an teſtis infamis probet,au
1 thor hic n.1.pro negatiua teſtatur ex Bal. in c.ad noſtram de probationib. ſed quo modo iudicetur infamis, & an de infamia facti,vel iuris,quomodò probetur,& ſi fuerit admiſſus,an probet? vide Farinacc. de teſtib.q.59.n.1.& ſeq.& n.26.& ſeq.& n. 300.& ſeq.

Quòad ſecundum an teſtis domeſticus fidē
2 faciat,idem author hic n. 1. pro negatiua quoque teſtatur,ex Anchar.conſ.247. tu adde Farinac.de teſtib.q.55. n.1.& ſeqq. quid ſi ſint plures domeſtici, vel amici, vel coniuncti? affert Petra hic n.1.

Tertiò ſi numerus teſtium ſupplet defectum & an inhabiltas,teſtis ſuppleatur habilita-
3 te conteſtis,remitto me ad Petr. hic n. 1. & 3.& ad Mari hic n.1.

Quòad quartum dicit Author hic n.1. quod
4 teſtes blasfematores non probant,& Mari hic n.2.ampliat,quod etiam non condemnatus non facit fidem.& ſignantèr in cauſis criminalibus,in quibus cum de vita hominis tractetur, teſtes omni exceptione maiores deſiderantur.

Quoad quintum agitur de ludo,& luſoribus, quorum materia ſedet infra dec.40.& ibi congruum eſſet tractare; verum quia hic occaſio ſe præbet,hic dicam, & antequā

ma-

materiam aggrediar, ſcias quòd dubitatur à quo ludus ſit inuentus,& Petr.Gregor. Toloſ.ſintag.iur.p.3.lib.39. c.3. n.6. 7.& 8.teſtatur ex ore ibi relatorum aleas, & perniciosas artes eſſe inuentas à Dæmone,quem nominat Theur, & ad Thamum Regem Aegipti delatas,Damphouder.verò pract.crim.cap.84.nu.83.aſſerit
6 ludum antiquiſſimum eſſe, vt habetur ex Conſtitutione Græca,& à Troiano milite Alea vocato nomen aſſumpſiſſe,qui antè Romam conditam,fuiſſe traditur; immò, vt refert Tregutius, fuit tempore belli Troiani; quicquid autem ſit,dicit Author hic n.1.& 6.quòd teſtes luſores non pro-
7 bant,tum quia ludus crimen eſt,cùm etiã, quia turpem vitam agere dicuntur,vt Petra.hic n.3.ad fin. tu adde, quod vt teſtis ſit luſor,& repellatur, probari poteſt per
8 alios ſocios luſores,qui ſolent in ludis interuenire, & ad inuicem ſe cognoſcunt, Farinac.de teſtib.q.56.n.51.& iter.num. 433.

Quod intellige de luſoribus conſuetis, non
9 autem de raro ludentibus,vt hic Petra.n. 6.& Mari n.5. referunt ex ore plurimorũ Doctorum,& debet probari frequentia ludi,ideſt,quod ſolitus,& conſuetus ſit ludere diuerſis temporibus continuatis, ità vt dicatur in ludo vitam agere, non autẽ iudicatur frequentia ludendi ex vno actu, continuata vna die ſola,etiam ſi varijs ludis,& cum varijs perſonis luſerit,Farinac. de teſtib.q.56.n.429.& 430.

Vndè notandum nõ relinquo,quod ludentes
11 continuò ſunt infames,& ex eo, quia exponunt ſe periculo peccandi, Parochus non debet ſtatim abſoluere, Ragucc. in tract.Vaſ.Eccleſ.diſcipl.q.129.num.2.& 3.

Inſuper debet probari,luſores teſtes fuiſſe
12 tempore lati teſtimonij, vt author aſſerit hic nu. 12. & Mari hic n.5.tu adde,quod idem aſſerit probandum, Farinacc.de teſtib.q.56.n.432. quia attenditur tempus lati teſtimonij,poſt quod ſi detegatur inhabilitas,non vitiatur depoſitio, Caualc. de brach.reg.tit.de qualit.teſt.p. 1. n. 86. & ſeq. Guttier.de iurament.confirm. p. 1. c.53.n.5.

Sed ſi iurauerit vno tempore inde alio tem-
14 pore depoſuerit, quod tempus attendi debet ad probandam inhabilitatem teſtium? vide eundem Calcan.citat.loc. n. 85.

Id,quod fuit deperditum in ludo ad creden
15 tiam,non autem pecunia contanti expreſsè apparente,exigi non poteſt, Couarr.2. tom.variar.reſol.2.p.relect.§.4.n.8.quẽ ſequitur Caualcan.de brach.Reg.p.1.nu. 28 t.ad fin.qui citat l.primam, Cod.de relig.& ſumptib.funer.& malè,cum ille tex. non ſtat ad caſum noſtrum,ſed melius hoc dicit in p.6.n.202.Rouit.prag.1.de aleatorib.n.3.Ragucc.vaſ.Eccl.diſcipl. quæſ. 132.n.1.& Guttier. tract. de iuram. confirm.p.1.c.53.per tot.

Qui autem ſint ludi prohibiti,dicit Petr.hic n.4.quod ſunt illi,in quibus verſatur ſors, & fortuna,vt alearum,& taxillorum,tu ad
16 de,quod dicuntur illi prohibiti,in quibus verſatur fortuna tantùm,uel fortuna,& induſtriæ ſimul,Caualcan.de brach.reg. p. 6.ſub num.202. ſequitur Ragucc.in tract. vaſ.Eccleſiaſt.diſciplin.quæſit.129.num. 5.

Sed multoties etiam ludi honeſti,& liciti di-
17 cuntur prohibiti,& illiciti,multis rationibus,& cauſis,quas coaceruat Sayr. Clau. reg.tom.2.lib. 11.cap.12.n.3.& ſeq.

Verum in Regno noſtro ſunt prohibiti illi lu
18 di,poſiti in prag.tit.de aleatorib.

Tamen nota, quod contra ludentes in ludo
19 prohibito,poteſt procedi ex officio, Caualc.de brach.Reg.p.6.nu.202.contrariũ tamen tenet Bouadill. tom. 1. politic.lib. 2.c.13.n.19.nempè,quod nec ex officio, neque ad inſtantiam partis poteſt procedi pro ludo contra luſores poſt elapſum bimeſtre à die ludi, vndè requiritur, quod teſtes affirmatiuè deponant de die ludi,& ſic infrà duos menſes.

Vouens non ludere, inde ludens,an contra
20 veniat?Ragucc.in tract.de Eccleſiaſt.diſcipl.quæſit.127.n.3.tenet,quod ſi luſerit in parua quantitate, non facit contra votum; immò nec contra iuramentum,ſi iuraſſet,quia votum, & iuramentum inter-
21 prætantur de ludo in quantitate notabili, hinc infert,quod ſi iurauerit non ludere,

cum voto, quod ſi luderet teneretur ſoluere tot tali loco, an ludendo incidat, & obligetur, & diſtinguit, quod aut luſit in parua quantitate, vel per breue tempus,
22 non vt priùs; aut verò luſerit vt prius in tempore, & quantitate, ſi primò caſu non obligatur, ſi ſecundò verò tenetur ad votum ſoluendum; ſed ſi obligauerit de non ludendo cum promiſſione pęnæ tertio applicandæ, vide Rouit. prag. 1. de aleator. n. 10. vide quæ dixi ſupra dec. 4. nu. 48. & nuper vide Nauar. conſ. 1. de iure iuran. lib. 2.

Ludus parit illos malos effectus, quos adducit auth. hic n. 7. nempè perditionem pro
23 prij patrimonij, & facit homines venire in deſperationem, & eos prouocat ad blaſfemiam Dei, & Sanctorum, & ad periuria & Mari hic n. 4. affert quoſdam blasfemātes terram abſorbuiſſe, & fulgure periiſſe, & alios oculos perdidiſſe in menſa, & non nullos alios inſerit Damphoud. pract. crimin. c. 84. n. 86. qui n. 83. inſerit quædam miranda occurſa contra luſores, & luſor dicitur violare tria pręcepta legis, ſcilicet de honeſta vita, de nullo lædendo, & vnicuique, quod ſuum eſt tribuendo; tu verò dicas, quod ludus hæc mala producit, nēpè eſt pater otij, magiſter ignauiæ, inſtrumentum auaritiæ, fraudis officina, rei familiaris euerſio, rixæ materia, morum pernicies, dignitatis labes, & dignis ignominia, angor animi, & cruciatus aſſiduus, eſt luſor, nec rem ſuam familiarem curat, nec ſuis liberis, aut ſeruis, aut amicis conſulit, vt refert Bouadill. nouiſſimè ore multorū DD. tom. 1. polit. lib. 2. c. 13. n. 17.

Author hic n. 7. uer. exoſi legibus, tu adde
24 quod aleatores ſunt exoſi legibus, tu adde adeò uerum eſſe, quod aleatores ſunt uelut hoſtes Reipublicæ, & ſunt deterioris conditionis, quā ſunt latrones, Raguc. de eccl. diſcipl. quęſit. 128. n. final. & aleatores reputari latrones teſtatur Bouadill. cit. loc. Damphoud. pract. crim. c. 83. nu. 84. & Ariſt. lib. 4. ethic. ſubſtinet luſores
25 eſſe fures, atque latrones illiberales, quia in turpi lucro uerſantur, & omnia quæſtus cauſa ſubſtinent.

Si uerò ex ludo ſeqnatur rixa, & diſcordia, &
26 inter luſores ſequantur percuſſiones, ſiue uulnera, qua pœna puniri debeant? uide Guttier. canon. quæſt. l. 2. cap. 6. n. 116. & ſeq.

Verum quia dictum eſt ſupra, quod licet ali-
27 qui ludi ſint liciti, & honeſti, tamen inhoneſti, & illiciti redduntur multis de cauſis & ſignanter quando interpretatiuus contentus iudicatur, ut refert Sayr. Clau. reg. tom. 2. lib. 11. cap. 12. nu. 3. & 4. cuius authoritate ſic ego dicebam in cauſa inquiſitionis formatæ contra Archipresbyterum Terræ Fontis Roſei, qui recreationis ludo cum aliis in eius domo luſit.

Hæc quoad ludum, deuenio ad ſextum quæ-
28 ſitum promiſſum, nempè ſi teſtes parte non citata recepti faciant fidem, in quo author hic n. 7. uer. Item, & ſecundò obiicitur, teſtatur, teſtes parte inaudita receptos, vel non repetitos, nullam fidem facere, quem ſequitur Achill. de Graff. dec. 1. de teſtib. & Creſcent. dec. 2. de teſtib. Mo
29 rot. conſ. 25. n. 24. Tu adde id procedere ne dum in cauſis ciuilibus, verum etiam & in criminalibus, in quibus de maiori præiudicio agitur, cum de vita hominis tractetur, ſiue Iudex procedat per inquiſitionem, ſiue per accuſationem, ſiue procedatur ex abrupto, vel ex præeminenria
30 vel ad modum belli; vel quocunque alio modo militari, ſiue libero arbitrio, Farin. de teſtib. q. 72. n. 87. & ſeq. quod ampliatur procedere, etiam ſi teſtes ipſi pluries repetantur, quæ repetitio relatiua ad ipsā principalem receptionem ſit, Burg. de mod. proced. ex abrupt. q. 49. num. 15. & 16.

Quod limitatur in Reo contumace effecto,
31 in contumacia perſiſtente, ſi moritur teſtis receptus inaudita parte, uel non repetitus, habetur pro repetito, ne contumax ex contumacia beneficium conſequatur, & etiam mortui probant, veluti repetiti eſſent ex cap. 83. in pragm. 89. cap. quod reperitur in iure in Farinacc. de teſtibus. quæſt. 72. num. 129. ea ratione, quia mors uim iuramenti habet, & cum iuramentum, & citatio æquiparentur, ergo mortui probant, etiam non repetiti.

Eſt beneuerum, quod in caſu regulę debene

repul-

32 repulſari, & reprobari vt dixi tom. 1. de Pugn. doctor. tit. de teſtibus cap. 1. num. 15. quia non cum mortuis tractatur, ſed cum producentibus Imbriani. in tract. de repulſa conſiderat. p. nu. 180. & num. 55. Mar. Giurba deciſ. Sicil. 95. nu. 2.

Verum in materia repetitionis teſtium, ho-
33 die in Regno ſupita eſt quæſtio, vt per Rouitin prag. 1. de perſeq. maleſact. nu. 11. cuius authoritate multos ego defendi, & eruſi, ne dum à triremibus, ſed etiã à furcis, hac repetitionis cauſa nõ facta.

In omnibus requiritur citatio partis, & ſi-
34 gnanter in infraſcriptis, vz.

Primò requiritur citatio partis ad informã-
35 dum, ſed antequam fiat, debet conſtare de delicto, Viu. deciſ. 121.

Secundò, ſi petitur à tutore redditio admi-
36 niſtrationis tutelę, debet fideiuſſor tutelę, citari, vt dicit Maſtrill. deciſ. Sicil. 20.

Tertiò, ſi quis priuatur aliquo beneficio,
37 vel officio, requiritur citatio, quę quomodo expediri debet, vide de Franch. deciſ. 457. ſed Vrall. deciſ. 114. dicit, quod fit perſonaliter.

Quartò, ſi quis cauit pro aliqua cauſa, indè
38 ſuccubuit, & per actorem, vel victorem petitur executio ſententię latæ contra Principalem, debet citari fideiuſſor, vt docent Carocc. dec. 136. & Guid. Pap. dec. 212.

Ita, & pariter etiam ſi cautionem non præ-
39 ſtiterit, erit citandus ipſe principalis in dictæ ſententię executione Ioſeph. Ludouic. deciſ. Perus 16.

Quintò, ſi petitur adiudicatio, in ipſius ad
40 iudicatione requiritur citatio partis; Balb. deciſ. 180. intereſſe prætendentis.

Sextò, ſi quis inquiritur de aſſaſſinio, ad-
41 huc citatio eſt neceſſaria, & ſi teſtes reo ipſo non citato recipiuntur, non probãt, vt colligit Creſcent. deciſ. 2. de teſtibus.

Septimò, ſi hęres vult adire hęreditatem
42 cum beneficio. l. & inuentarij, adhuc citatio creditorum requiritur ad videndũ cõfectionẽ Inuentarij. Valaſch. deciſ. 51. de cuius forma dicam ſuis in locis.

Octauò, agens remedio l. diffamari cod. de
43 ingen. & manumis debet citare eum, qui diffamat, vt docet plenè Muſing. obſeru. 86. cent. 3. ad quod ſi agit remedio dictę legis, requiritur bina monitio, vt dicit Afflict. deciſ. 264. ſi verò agit remedio poſito per Vrſill. ad alleg. deciſ. 264. vide eundem Vrſill. ibid.

Nonò, ſi conſtitutus fuit per Principalem
44 procurator ad cauſam protegendam, & in curſu cauſę moritur procurator, ille principalis debet citari; vel ad conſtituendum procuratorem; vel ad continuandum illam cauſam, Peguer. in quęſt. ſuis crimin. quęſt. 172. vt in dies videmus expediri ſimiles promiſiones à M. C. V. & alijs Tribunalibus quę ſolent appellari citationes ad omnes actus.

Decimò, requiritur citatio, quandò exem-
45 platur priuilegium, March. deciſ. 457. par. 1. & pariter ſi inſtrumentum exemplatur, requiritur ex Minado. deciſ. 43. Capell. Toloſ. 417. Mart. deciſ. 70. Afflict. deciſ. 6. M ſing. obſeruat. 84. cent. 6. videq; quæ dixi in 2. tom. tit. de priuileg. c. 3. n. 1. & ſeqq. & de Thor. ad Salernitan. dec. 40. n. 5.

Vndecimò, ſi exequitur Inſtrumentum
46 guarentigiatum, partis citatio requiritur, March. dec. 393. idem in Inſtrumento confeſſionato, Flamin. carrar. dec. 95.

Duodecimò, ſi quis petit immitti in poſſeſ-
47 ſionem alicuius rei, vel ex conſtituto, vel precario, vel virtute pacti, vel ſtante caducitate adhuc citatio requiritur, Afflict. deciſ. 326.

Tertiodecimò, requiritur citatio ſi ſuba-
48 ſtantur bona, etiam, quod ſubaſtatio ſit interruptà per appellationem interpoſitam, qua non obſtante poſtea per Iudicem prouidetur, quod exequatur, Ant. Fab. deciſ. 12. tit. de in ius vocando.

Et generaliter requiritur citatio in omnibus
49 actibus, in quibus de intereſſe tertij tractatur ex. l. de vnoquoque. ff. de re iudicat, & in caſibus, in quibus requiritur, ſi non fit, teſtes recepti, non probant, tàm contra, quàm prò, Achill. de Graſſ. dec. 1. de teſtib. tu vide Anton. Grabiel. lib. 2. commun. concluſ. concluſ. 4. per tot. tit. de citationibus.

Et antequam limitationem aggrediar, quę
50 ro: extant in proceſſu teſtes negantes. &

affirmantes, quibuſnam credatur? dicas
ex Viu.deciſ.166.& 366. quod creditur
magis duobus affirmantibus,quàm negã-
tibus, etiam ſi eſſent mille, & Ludouic.
morot.conſ.34.nu.13.

Quæro: quis aſſeruit ipſum nomine Titij
51 poſſeſſiones cępiſſe alicuius rei, an hæc
aſſertio probet? Achill. de Graff. deciſ.3.
de teſtib.dicit, quod non probat.

Rurſus, quæro: citantur teſtes,vt infra ter-
52 minum deponant,& non deponunt infra
eundem, poſteà in vltimo die ipſius ter-
mini veniunt depoſituri, & non poſſunt
examinari eadem die, quæ eſt vltima ter-
mini, forte propter impedimentum Iudi-
cis,vel Actuarij, vel negotiorum multitu-
dinem, ſed Iurant, & ſequenti die exami-
nantur, an valeat eorum depoſitio? dice-
53 bant aliqui,quod non,ego allegaui Viu.
deciſ.127.tenentẽ prò affirmatiua, & ob-
tinui, vt recipiantur, & fuerunt recepti,
quam vis lapſum ſpatium quorumdam
dierum eſſet, in Cauſa Michaelis de
Laurentijs Terrę Pratæ inquiſiti in hac
R.A.de homicidio, de quo fuit liberatus.

Et ſi non Iurauit in Termino, an, eo elapſo
54 probet,& poſſit examinari, & ſi examina-
tus fuerit valeat? hoc nunquam mihi eue-
nit, quia ſemper me patrocinante teſtes
in termino citatos iurare in eodem ter-
mino curaui, tu vide eund. Viu. deciſ.
170.

Nota aliud, quod ſemper dicitur à Cauſidi-
55 cis, ſcilicet, quod teſtes deponentes per
eundem præmeditatum ſermonem non
probant vt ex Viu. deciſ. 164. qui limi-
tant, niſi eſſent teſtes illi bonæ famæ, &
conditionis, ſequitur Ludouic. Morot.
conſ.69.n.29.

Nota, quod pluries euenire poteſt, quod ſi
56 teſtes deponunt vltra articulum, non pro-
bant Egid.Bellamer.deciſ.370.

Querò: num in abſolutione à iuramento re-
57 quiritur citatio? pro negatiua tenet Af-
flict. deciſ. 220. 5. dub. quem ſequitur
Troijs.ad prag.2.de arbitr.nu.4. cum ſeq.
& rationem aſſignat, quia remanet ius ſal-
uum parti, & in eius conceſſione nulla
ſollemnitas ſeruari debet; Moſcatell.
pract. Ciuil. par. 2. Gloſ. gradum nu. 57.
fol.mihi 37.& Gloſ.Periurij, nu.9.

Aufrer.verò deciſ.Cappell.Toloſ.62. diſtin-
58 guit,quod ſi petitur ad finem agendi,non
requiritur citatio, ſed ſi ad finem exci-
piendi,requiritur,tu vide Ann.allegat. 2.
& 28.Galleſ.de oblig.in form.camer.par.
2.quæſt.2.Guid. Pap. deciſ. 140. Thom.
Triuſ.deciſ.645.Palat:apoſt.Venet. Ma-
rant.conſ.72.nu.6. Anton. Fabr. deciſ.
13.de iur. iurand. & nouiſſimè poſt iſtos
omnes, Bilott. de abſolut. à iurament.
Cap.7.

Limita concluſionem ſupra firmatam in in-
59 fraſcriptis caſibus, in quibus citatio non
requiritur.

Primò,in pręſente in iudicio, qui citari non
60 debet,Rot.deciſ.2. & 21. de teſtib. adde
Balb.deciſ.382.

Secundò,in teſte prompto, veloce, ac vo-
61 luntario pręſente ad deponendum, quod
non probat, ex dictis per Viu.deciſ. 171.
quod Mifinger.obſeruat.2.cent. 4. limi-
tat.quod probat quandò ad euitandum
62 peccatum deponit, ſeque ipſum offert;
Viu.verò deciſ.179.dicit, quod teſtis de-
ponens ſuper negatio, in quo habet inte-
reſſe,non brobat.

Tertiò,Si Commiſſarius nouiter ſuccedit in
63 cauſa, & pars abſens eſt, non debet illam
citare ex deciſ.Minad.28.

Quartò,Si examinantur teſtes ad futuram rei
64 memoriam, non citatur pars, Cappell.
Toloſ.deciſ.475.& coram iudice rei exa-
minantur, ibidem trahendo ſuum acto-
rem,Capic.deciſ.18.nu.5.

Et pariter ſi examinantur teſtes, de quorum
65 morte,vel receſſu timor eſt, etiam parte
non citata recipiuntur, Marant. in pract.
par.6.membr.1.nu. 29. qui nu. 28. dicit
ibidem in teſte,cuius dicto, neceſſariè ſtã-
dum eſt.

Er in ſumma ſummatum citatio non eſt ne-
66 ceſſaria in actibus, in quibus impugnari
non poteſt,Vrſill.ad Afflict.deciſ.157.nu.
2.& Afflict.deciſ.183. nu.2.dicit, quod
ſi conſtat iudici reo nullam poſſe compe-
tere defenſionem, non requiritur citatio,
quod ſequitur Oſaſch.deciſ.34. nu. 15. &
idem author noſter deciſ. 65. infra nu. 9.
Marant.conſ.65.nu.23. & conſ.75.nu.
15.

67 15. quia iuſte offenſo, non competit defenſio, Marant. conſ. 29. nu. 15.

Teſtes de vniuerſitate an faciant fidem prò,
68 vel contra vniuerſitatem? vide Ludouic. morot. conſ. 35. nu. 13. & Afflitt. deciſ. 400. Anna ſingul. 81. & 82.

Quando autem requiratur citatio partis, vel
69 ne, vide Ant. Gabriel. lib. 2. comun. concluſ. tit. de citationib. concluſ. 4. per tit.

Petr. hic nu. 7. tangit materiam receptatio-
70 nis Bannitorum, quam hic ego pertranſeo, cum eam latè diſſerui In meo 1. tom. de pugn. doctor. tit. de receptationibus, & pauca attuli ſuper deciſ. 18.

Author hic nu. 13. tangit illum punctum, quod ex fuga à die commiſſi delicti, & poſt querelam expoſitam, reſultat ſemiplena probatio, iuxtà opinionem DD. in l. 1. C. de rapt. Virg. & Pett. In hac deciſione, de fuga nullum verbum facit; Mati autem hic nu. 7. tangit materiam, & remittitſe ad DD. ibi relatos, & non ad ducit, Marant. nec Viu. de hoc loquentes; Tu verò dicas, quòd licet ex fuga ſtatim commiſſo delicto, oriatur inditium, tamen cum diſtinctione intelligendum eſt, quòd aut inquiſitus ſe abſentauit, & aufugit ſtatim poſt commiſſum delictum, & tunc ex fuga oritur inditium ad torturam; aut verò aufugit, poſt, quam proceſſus eſt inditiatus, & tùnc ſecùs eſt, quia potuit iuſtè timere, & ſe abſentare ad carceres cuſtandas, vt perbelle diſtinguit Marant. conſ. 6. nu. 19. licet Viu. deciſ. 282. nu. 7. affirmatiuè affectat fugam inducere inditium ad torturam; tamen Viu. doctrina, eſt intelligenda in caſu, de quo loquitur, nempè, ſi delinquens viſus fuerit fugere à loco delicti tempore ipſius criminis patrati, de quo non eſt, nunc diſcutiendum, & diſtinctionem Marant. ſemper ego allegaui, & millies inquiſitis profuit.

SVMMARIVM.

Contractus celebratus contra ſtatutum, an iuramento firmetur, à nu. 1. ad 12.

Ciues ſe obligare contra prag. final. de admin. Vniu. abſque aſſenſu Regio, an valeant, nu. 3.

Iuramentum, quod interponitur in contractu nullo, an validet contractum. n. 5. 6. 7.

Aſſenſus expeditus ſuper capitali, an extendatur ad tertias, n. 8. 9. & 10.

Hypoteca competens pro relegata, an pro vſuris rei legatæ competat, n. 11.

Aſſenſus præſtitus ſuper aliquo contractu, an extendatur ad alium de nouo celebratum, in quo ſunt obligata nouę perſonæ, n. 10. 11. & 12.

Filius familias obligatus cum patre, an teneatur ad obligationem, à n. 13. ad 16.

Vox patris, vox filij, n. 14.

Pater, & filius vna perſona iudicantur, ibid.

Filius patris priuilegiati an gaudeat beneficio patris, n. 15. & 16.

Filius falsò aſſerens viuere ſeorſum à patre, vel aliter mentiens, an puniatur, n. 17. 18. 19.

An valeat actum impugnare, ibid.

Renunciatio expreſſo requiritur in obligationem filij familias, & quomodo n. 20. & 21.

Gener ad inſtar filij iudicatur, & debet reuerentiam ſocero, quam filius patri, & vxor marito, n. 23.

An liquidet inſtrumentum contra ſocerum, n. 24.

Si cum ſocero ſimul habitauerit, an militet diſpoſitio quę cum filio, n. 22.

Paternitas de iure preſumitur; cum nemo ſine patre naſcitur, n. 25.

Macedoniani exceptio eſt inducta in odium creditorum, n. 26.

Creditor an teneatur ſcire conditionem filij familias, vel alterius cum eo contrahentis, à n. 25. ad n. 28.

Contractus factus inter duos filios familias, vel duos minores, aut alias perſonas priuilegiatas, an valeat, n. 29.

Creditores duo cum filio familias contrahentes, quorum vnus ſcit conditionem filij, alter non, an ſcientia vnius noceat alteri, & è contra, n. 30. & 31.

Filium ſeorſum à patre viuere, quomodo cognoſcatur, n. 32. 33. & 34.
Hab tatio quomodo iudicatur, & quod tempus requiritur, n. 33. & 34.
Filius retinens in eius domo patrem, num. 35. & 36.
Si habet patrem, & auum, n. 37.
Pater, et filius mutuo tempore careſtia pecuniam recipientes, an filius Macedoniano iuuabitur n. 38. & 39.
Pater alienando bona, an filius vendicabit, et qua bona. à n. 41. ad 45.
Filius an poſſit alienare dotem pro liberando patre à carceribus, n. 45.
Filius promittens dotem ſorori, an Macedoniano tuuetur, n. 46.

IN *dolo iurat, qui aliter facturus eſt, quàm promittit; cum periurium ſit nequiter decipere credentem.* Hæc ſunt formalia verba tex. cap. in dolo 22. q. 2. Senec. in controu. 10. verſ. tum autem, folio mihi 110. loquendo de iuramento mariti vxoris, & filij infert non pertinere ad parentes quid amantes iurent, & ſubdit hæc verba.

Si mentiremur, illa ſibi iratum patrem inuocauit, ego ſocerum, parce pater, parce ſocer, non peierauimus.

Quaſi nos docere velit, vt non pertineat ad patrem, ſi filius aſſerens ſe ſeorſum à patre viuere, ſe obligauerit, prout occurrit in præſenti dec. 12. in qua de duobus author tractat; Primò an iuramentum præſtitum in contractu celebrato contra ſtatutum, firmet contractum; Secundò nùm filius familias cum patre obligatus, vel ſeorſum habitare aſſerens, teneatur ad quantitatē, in qua ſe obligauit? & Petra hic ſumpta occaſione ex doctrina Felin. in c. conſtitutus de reſcript. in verb. Statuta iurata, quem adducit Author hic nu. 3. valdè ſe extendit, & doctiſſimè ſcribit de moratoria, & Mari de dilatione quinquennali per bellè debitoribus viam aperit; ego autem proſequendo materiam authoris de duobus tractabo. Et primò, an contractus ce-
1 lebratus contra ſtatutum iuramento firmetur? Secundò an filius familias poſſit ſe obligare cum patris conſenſu, vel ſine, & in quibus caſibus, quòad primum, accidit in facto, dum Ludouicus Bernalia Sindicus, Petrus Nicolaus Dente Electus, & Nicolaus Antonius Dente particularis ſe obligauerunt fratri Simeoni Marcheſio Clauceſſanæ Equiti Hyeroſolimitano Cõmendatario S. Mariæ del Carmine Terræ Montisfuſcoli, conſtructæ à quondam Fr. Ioanne Vincentio Caſatia ſtquite Hyeroſolimitano (cuius anima requieſcat in pace propter tale, & tantum opus ſic pium, & perpetuum) in ducatis quincentū pro tertijs decurſis debitis per Vniuerſitatem Montisfuſcoli, & per eam non ſolutis pro
2 præterito, quos proprio, priuato, & principali nomine ſoluere promiſerunt infra certum tempus, cum expreſſa mentione in obligatione, quod ſunt pro tertijs debitis per Vniuerſitatem. Inde tempore ſolutionis oppoſuerunt debitores obligationem nullam declarari debere, & obligatos ad
3 illius obſeruantiam nõ teneri, hac de cauſa, quia prohibitum erat per Regiam Pragmaticam final. in tit. de adminiſtrat. Vniu. & per banna de anno 1614. poſſe Vniuerſitatem contrahere, nec eius ciues nomine ipſius abſque Regio aſſenſu, conſequētèr, cùm Regius Aſſenſus non aderat, nulla erat; Creditor excipiendo tuebatur iu-
4 ramento ibi interpoſito, quòd, & ſi contractus nullus eſt, illum firmat. Ego tuebar allegatis per Authorem hic; quòd non obſtat iuramentum, & plus, dicebam id, quòd dicunt Carauit. ad prag. ad Macedon. §. 17. & Scaglion. ad prag. ad Vel-
5 leian. n. 51. quòd ſi iuramentum interponitur in contractu nullo contrà ſtatutum, quia reſiſtentiam inuenit, non operatur contra iuramētum, & ipſius robur effugit contractum, & ratio rationis eſt, quia iura-
6 mentum ſuper actu nullo, vt contra ſtatutum, cùm non reperiat confirmabile, ex quo extrema non ſunt confirmabilia, robur ei non datur. Dicebat creditor, quòd cùm in primò contractu capitalis aderat
7 Regius Aſſenſus, extendebatur ad tertias; nec opus erat alio nouo aſſenſu; & Andreas Gambacorta Marchio Celētiæ Præſes in Aula mihi allegauit illud vulgatum, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui pria-

8 principalis; at cùm in capitali erat expeditus Regius Aſſenſus, extendebatur ad tertias; Replicam ego, quod non ſemper naturam ſui principalis ſequitur acceſſo-
9 rium, cum illa regula habet in ſe plures limitationes, & ſignantèr, quandò diuerſa ratio militat, & allegabam Frecc. de feud. lib. 2. q. 20. fol. mihi 207. dicentem, quòd aſſenſus præſtitus ſuper capitali, non de-
10 bet extendi ad intereſſe, quod ex mora reſultat, quem ſequitur de Franchis. deciſ. 613. n. 11. prout in ſimili dici poteſt, an
11 hypoteca pro vſuris Rei legatæ conceda tur prout datur pro ipſa re legata, vt per Reg. Salernit. dec. 16. ergò ſequitur, quod aſſenſus ſuper credito principali impetratus, tertias non includit; & inſuper addebam in præſenti noua obligatione interueniſſe aliquos particulares non obligato in primæuo inſtrumento, & ex interuentu nouæ perſonæ, requiritur aſſenſus, cum de perſona ad perſonam, non fit extenſio, Af-
12 flict. dec. 39. n. 17. Hęc cauſa fuit pluries ventilata, & tandem referente Auditore Vincentio Abbate Ciuitatis Barlettę, fuit prouiſum, quod partes adeant S. E. & interim ſuperſedeatur in exequẽdo per dies. Dixit indè mihi vnus ex votantibus contradixiſſe, hæc enim actio iudicabatur veti de conſtituta pecunia; Cauſa non fuit amplius proſecuta; nam in aduentu Commendatoris, partes ſe concordarunt. Etſic ex allegatis habes, an iuramentum firmet contractum nullum, & reſolutum eſt primum quęſitum.

Quòad ſecundum, an filius familias poſſit ſe obligare cum patris conſenſu, vel abſque,
13 vel aſſerere valeat ſeorſum à patre viuere? & referente authore in caſu hic poſito per Sacrum Conſilium fuit declarata nulla obligatio facta per filios familias aſſerentes ſeorſum à patribus viuere; & antè quam materiam aggrediar, eſt ſciendum, quod ex illa regula vox patris, vox filij, & pater; & filius eadem perſona cenſentur,
14 pro vna perſona iudicantur, ex l. final. C. de impuber. & aliis ſubſtitut; & moderni affirmant, ex hac coniunctione, quę ſe habet inter patrem, & filium, quod filii pa-
15 tris priuilegiati gaudent beneficio ipſius patris, etiam quòad fori electionem, ex Nouar. in tract. de elect. for. q. 50. & iter.
16 tom. 1. quęſt. forenſ. q. 98. n. 6. grano ſalis addito, nempè, vt ſint legitimi, & naturales; tu verò ad cognitionem materię, vide pulcrum tractatinum ęditum per Eiud tũ Iulium Cęſarem de Gennaro in Tribunalibus Neapolis aduocatum ſolertiſſimum, poſt hæc ſcripta viſum.

Et ad aliud, an filius aſſerens viuere à patre
17 ſeorſum, contrà veritatem, vel aliter mẽtiens, vt per Pet. hic n. 6. & Mari n. 7. Ego addo Pyrr. Maur. in tract. de fideiuſſorib.
18 p. 2. c. 3. n. 147. & ſeq. teſtantem filium ſic falsò aſſerentem, nedum non iuuari Macedoniano, verùm etiam non valere; nec
19 docendo de contrario, actum impugnare tu verò vide Viſcont. in ſingularib. verbo filius familias, fol. mihi 97.

In ſumma concludit Author, filius familias
20 non poſſe ſe cum patre obligare, & ſi obligationi ſe ſubiecerit, non facta ſpeciali renuntiatione verbis ſpecialiſſimis, forma tradita per D. Rouit. prag. 1. ad Macedonian. à n. 39. ad 42. non poſſe carcerari, de Franch. dec. 221. & ibi addent. Nec credi
21 tur Notario aſſerenti certioraſſe filium, mulierem, vel minorem de beneficijs ſibi competentibus, Afflict. in Conſt. Baiulos omnes. n. 50.

Sed ſi gener inſimul cum Socero habitaue-
22 rit, & ſe cum eo obligauerit, an militet eadem diſpoſitio, & eadem requiſita de fide rentur, quæ in filio adhibentur? conſultus ego in cauſa Matthæi Saccardo generi, qui cum Luca Antonio Paſtore huius Terræ ſocero ſe obligauit ad beneficium creditorum, dicebam, generum ad inſtar filij
23 iudicari, & reuerentia, quæ debetur à filio patri, & ab vxore marito, ità à genero ſocero, Mar. Giurb. dec. 42 n. 9. & quemadmodum gener, non poteſt liquidare inſtrumentum contrà Socerum, ex allegatis per Franch. dec. 366. n. 24. & iterum per Amend. ad Franch. dec. 164. ad princ. ità conueniri non poterat pro debito ſoceri; accedat, quod nullum commodum Matthæus gener ſentijt de obligatione prædicta, & ſi poteſt gener contra ſocerum via Ritus agere, vide Galter. in practic. de liquid.

quid.inſtr.tit.aduertat inſuper ad debito-
rem,n.59.& 64.& Taſſon.de antefat.ob-
ſeruat.8.verſ.9.fol.mihi 425. vide Thor.
in compend.dec.p.3.verb.inſtrumentum
liquidari,vbi deciſionem affert.

Author hic n.11.aſſerit paternitatem præſu
mi (nemo enim ſine patre naſcitur) niſi
25 contrarium probetur,& proindè creditor
inueſtigare tenetur,ſi debitor eſt filius fa-
milias,vel nè,nec credere filio aſſerenti ſe
filium familias,vel ſeorſum à patre viuere
quia exceptio Macedoniani eſt inducta
in odium creditorum,& Mari hic n.7. te-
26 ſtatur, cum filio familias contrahentem
teneri ſcire eius conditionem; tu adde,
quod idem habetur ex pragm.64. §.9. de
offic.procur.cæſar.in illis verbis; *Come,*
che quello,che contratta con figlio fameglio,
deue,et è tenuto ſapere la condition di quello;
licèt Petr.hic n.6.alleget Prag.63. citat.
tit.ad alium verò finem;nempè quòad pœ-
nas filijs familias impoſitas, ſi aliter aſſe-
rant,quòd eſt contra dictum Bartol.in l.ſi
mulier,ff.ad Velleian.& Scaglion.in prag.
ad Macedon.n.15. ex quo colligitur cre-
ditorem non teneri inueſtigare, nec per-
quirere,immò ſubdit, quod ſufficit hoc
credere. Egò verò ſuffultus authoritate
27 Iuriſconſulti in l.vir vxori,ff.ad Velleian.
in illis verbis, *tunc enim diligentiorem eſſe*
debere,dico,quod creditor diligẽtius per-
quirere tenetur conditionem contrahen-
tis,& quamuis pecuniam habitam in alios
vſus præter expreſſos in obligatione con-
28 uertat,non refert,argum. tex.in l.ſi tene-
bris pecunia,Cod.ad Velleiã in hoc enim
creditor deceptus cenſetur ex pecuniæ
conuerſione, verùm quòad conditionem
contrahentis,ſcire debet ex allegatis.

Si verò contraxerint duo filij familias, vel
29 duo minores,aut mulieres, ſiue duo per-
ſonæ priuilegiatæ, an contractus valeat?
dicas,quod deficientibus ſolemnitatibus,
inualidus iudicatur, Gabr.conſ.20. n.24.
vol.2. quem ſequitur Coſt. in tract. de
ſcent.iur.& fact.cent.2.diſtinct.78. num.
6.

Sed pone, quòd ſint duo ſocij pecuniam fi-
30 lio familias mutuantes,quorum vnus ſcit
illum eſſe ſub patria poteſtate, alter verò
non,an ſcientia vnius noceat alteri, vel
ignorantia iſtius proſit illi? Coſt. in tract.
de ignor.& ſcient.inſpect.91.nu.13. mo-
uet quæſtionem,& diſtinguit, aut huiuſ-
modi exceptio, eſt in rem ex parte eius,
cui opponitur,& tunc ſcientia vnius, no-
cet ignoranti,aut verò eſt in perſonam,&
31 ſecus eſt,rationem aſſignat, ignorantiam
non afficere ſcientem,nec ſcientiam læde
re ignorantem,quandò ſcientia, vel igno-
rantia non traderet ſuos ad regulas iuris
communis.

Quomodò autem cognoſcatur filium viuere
32 ſeorſum à patre,Petr.hic n.8.vnicum re-
quiſitum adhibet, nempè ſufficere eum
viuere proprijs expenſis,etiam, quod ha-
bitet in eadem domo cum patri,Mari hic
n.9.ſe cum Petr.confirmat;tu adde,quod
idem dicit D.Reg.Rouit.in prag. ad Ma-
ced. n.3. & omnes iſti mouentur ex Ce-
poll.conſ.crim.26.num.11.ſequitur hanc
opinionem,Nouar.quæſt.forenſ. tomo.1.
q.98.n.12.qui aſſerit, filium cum vxore,
& familia viuentem ſeorſum à patre repu
tari,ſi pater illi alimenta non præſtat, idẽ
affirmat Amend.ad Franch.dec.221.nu.
15. & nouiſſimè Galt. in pract. de liquid.
inſtr.tit.aduertat inſuper ad debitorem,n.
47.in nouiſſ.

Oportunè quæro, hoc viuere ſeorſum à pa-
tre,quomodò conſideretur? Vrſill.ad Af-
flict.dec.308.n.17.18.& 19.teſtatur fuiſ-
33 ſe per Sacrum Conſilium deciſum mo-
mento temporis iudicari, & ſic tempore
obligationis,cùm Pragmatica ſimpliciter
loquens,tempus non deſignat, ſequitur
Galter.cit.loc.Ego verò authoritate Ca-
rauit.ad prag.ad Macedon.§.13.n.9.dico
hoc verbum *habitare* eſſe frequentatiuum
34 & intelligendum eſſe de habitatione,quę
fit animo reſidendi,non autem de rara, &
momentanea; immò decennium requiri;
ex gloſ.in l.1.Cod.de patr.poteſt.in ver-
bo diù,& Reg.Salernit.dec.55.nu.5.lata
enim via aperiretur fraudibus, & malitijs
hominum eſt obuiandum,vulgat.Iuribus
illud verbum verò *familia* pluribus modis
conſideratur, quod vide per Carauit. ad
prag.cit.§.13.n.3.& ſeq.adde Nouar. ad
prag.Macedon.poſtea viſum n.19.

Sed

Sed si filius in domo propria habitauerit
35 cum familia,ſuis,ſumptibus,& expenſis,
patre abſente , indè pater ad domum fi-
lij ſe contulit,vt cum eo viuat , & more-
tur, an dicatur filius ſeorſum à patre ha-
bitare,D.Rouit.ad prag. 1.ad macedon.
nu.4. tangit punctum , & remictit ſe ad
Polidor.Rip.obſeru.227.Mari hic.nu 9.
ad fin.tangit articulum, ſimiliter ſe re-
fert ad Polidor. Rip. Ego verò motus ex
Carauit.in prag.ad Macedon.§.13.in-
cipiente;ſeù habitent,nu.16.dico, quòd
36 non cenſetur filius habitare cum patre,
quià de per ſe, & principaliter habitat
cum patre;ſed pater acceſſorie cum filio,
vide Nouar.ad prag.ad Maced nu.19.
Sed ſi filius habet patrem, & auum, cum
37 auo tamen habitet, & ſeorſum à patre,
vide Carauit.cit.prag. ad Maced. §.13.
nu.22.pulcra loquentem.
Sed ſi pater, & filius prò familia ſubſtentā-
da,mutuo acceperint pecuniam,vel fru-
ges,prò victu ſibi parando, inſolidum ſe
obligant,an teneatur filius? in occurenti
38 caſu dicebant multi ex hac generali re-
gula,quod non,alij contrarium ſubſtine-
bant,nempè, filium teneri, & hanc eſſe
vnam limitationem ad huiuſmodi regu-
lam, & poſſe contrà filium exequi, ex
Carocc.deciſ.128. & iterum in tract. de
exceptionib.excep.103. nu. 13. & 14.
Ego diſtinguebam; quod aut obligatio
de frumento, ſiuè pecunia recepta ſim-
pliciter ſonat, & ſimpliciter ſunt pater,
& filius obligati,& tunc, quià poteſt da-
ri caſus,quòd filius ſeorſum à patre viuat
eius expenſis,licet cum patre habitet in
eadem domo vt ſupra dixi, filio oppo-
nente, debet probari, pecuniam, ſiuè
frumentum fuiſſe erogatam, & conuer-
ſum in vſum filij, & familię reſpectu pa-
tris;nam reſpectu creditoris, illa expreſ-
39 ſio facta(in cauſam alendi familiam) iu-
uat creditori contra patrem, & filium.
Aut verò obligatio vltrò progreditur,
nempè frumentum captum, fruges rece-
ptas , vel pecuniam mutuatam fuiſſe
tempore careſtiæ,& tunc non requiritur
alia probatio, cùm verè prę ſumitur in
hanc cauſam fuiſſe conuerſam, ex Gra-
tian. diſcept. forens. tom.1.cap. 107. à
nu.17.ad 21.idem dicendum eſt de vxo-
re, ſe obligante cum virò prò tali cau-
ſa.
Iſti enim ſunt caſus, in quibus prò patre fi-
40 lius,prò marito vxor, & alij ſubſtinent
onera, & allegatis per Caualcan. de
Bracch. Reg. par.1.tit de arbitrio libero
parentum in filios, littera Z fol.mihi 50.
Si pater alienauerit bona in eius vita , an fi-
lius viuente patre poſſit bona alienata
vendicare,vel poſt mortem patris? con-
ſultus in cauſa.Caroli Io: Petrilli Petræ
ſuſorum, ego ſic diſtinguebam; Aut pa-
ter alienauit bona fideicommiſſo ſubie-
cta: Aut alienauit feudum,aut verò bona
aduentitia ipſius filij; ſi 1. caſu alienauit
bona fideicommiſſo ſubiecto, & tunc
poteſt filius poſt mortem patris ipſe
vendicare , Coſt. in tract. de ſcient. &
ignot.inſpect.53.nu.5. & 6. qui num. 8.
ampliat,poſſe filium poſt mortem patris
reuocare confeſſionem factam per ip-
ſum patrem in vita,ex qua diminutio ip-
ſi filio cauſatur,& alios caſus deſcribit,in
quibus pater poteſt alienare; ſi verò 2.
42 caſu pater alienauit feudum,quod filius
non habet,vt hæres patris, ſed ex proui-
ſione legis,ex Regent.de Ponr.deciſ.11.
nu.76.cùm feudm ſit inalienabile, filius
ſibi vendicabit vide Regent. Salernit.
deciſ.47.& 161.idē Thor.Si autē 3.caſu
alienauerit pater bona aduentitia filii,
poteſt filius viuente patre vendicare,
Ancaran.quæſt.familiar.quæſt.1.par. 3.
Morot.conſ.75. nu. 1. & 2. Et adeò eſt
uerum,quod filius, etiam viuente patre,
poteſt bona aduentitia alienare, Berta-
zol.in tract.de clauſul.7.Gloſ. 11.nu. 2.
verùm fructus perceptos ex bonis ad-
43 uentitiis , filius tenetur communicare
cum fratribus, ſi ignorante patre acqui-
ſiuit, ſecus verò patre ſciente, & permi-
ctente. Coſt. in tract. de ſcient. & igno-
rant.centur.1. diſtinct.19. num.1.& ſeq.
Quòd tu limita non procedere, ſi pater
prò alenda filia, & victu filiis præſtando
tempore penuriæ bona vendiderit, vel
prò ipſo patre redimendo,vel à carceri-
bus liberando, quibus in caſibus, filius
alie-

alienationem reuocare non valet, nec bona vendicare, hoc tamen probato, Gratian.diſcept.forenſ.tom.1.cap.107. nu.19.& cap.108. nu.6. Nam etiam fi-
45 lia poteſt alienare dotem pro liberatione patris à carcere,& hoc faciendo,valdè commendari debet,Ricc.in addit.ad Tiraquell. de priuil. cauſ. piæ priuileg. 113.

Sed ſi filius familias ſe cum patre obligauerit ad ſolutionem dotis ſuæ ſororis, an poſſit opponere exceptionem Mace-
46 doniani? vide Mar. Giurb. deciſ ſicil. 45.qui in deciſ.42.43. & 44. pulcra ad materiam adducit.

Heliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XIII.

SVMMARIVM.

Fatalia,vt currant, quę requirantur.n. 1.2.3. 7.8.9.*&* 10.

*Appellans,quam diligentiam habere debet, ne fatalia currant, n.*3.

*Si fuerit pauper excuſatur,n.*4.*&* 5.

*Fall.*1,*ſi per partem fuerit oppoſitum n.*6.

*Si eſt deſerta cauſa appellationis, non dicitur deſerta cauſa nullitatis.nu.*7.

Declaratio deſertionis, ad quem ſpectet,nu. 8. 9.*&* 10.

*Appellatio an cadat à decreto reiectionis appellationis, n.*11.*&* 12.

*Abſentia allegata,& non admiſſa,an poſſit appellari, n.*13.

Appellatio an cadat à decreto liquidationis intereſſe,ſi cauſa principalis eſt deſerta, nu. 14.15.*&* 16.

*Acceſſorium regulatur à principale,nu.*16.

*Intereſſe an iudicatur acceſſorium, vt principale,nu.*16.

Appellatio, quomodò eſt interponenda, num. 17.

*Terminus, duorum menſium datus ad proſequendum appellationem, quomodò intelligatur,n.*18.

*Fatalia an currant pendente relatione facienda,vel pendente compromiſſo nu.*19.

QVI *ponitis fortunæ menſam, & bibatis ſuper eam, Iſaiæ cap.*65.*nu.*11.

Boet.de conſolat. lib. 4. prol. 6. littera H. fol.mihi 70. plures diffinitiones fati adducit, *fatum enim dependere* dicit *à prudentia,ſicut effectus à ſua cauſa*, idē Boet. cit.loc.fol.71. littera. E, *& Fatum eſt quicquid nobis obuenit,ſiuè malum, ſiuè bonum ſit, & ſumitur pro fortuna, pro ſorte,pro caſu,pro euentu*, ſed in caſu noſtro ſumitur pro morte,& fatalis dies dicitur pernicioſus, feriferus, & mortiferus, & Muſcatell. in pract. de appellat. par.2.Gloſ.fatale, nu.1.dicit,quod fatale dicitur à fato, ideſt morte, fatum. n. ideſt interitum,& mortem appellat,n.2. & ſicut mors extinguit hominem, ita lapſus fatalium extinguit appellationem; quare cum in præſenti dec.13. Author tractat de fatalibus, & eorum effectu, & quando currant,de quibus non opus eſſet elaborare, cum diffuſe hæc materia ſit ab omnibus DD.tacta,tanquam quotidiana,& Signanter Bard. de temp.vtil. vel inutil. ad appell. & Muſcatell. facit amplum tractatum de appellationibus, & via iam eſt lata, preter Capic. deciſ. 109. & ibi addent, & Pet. & Mari. hic iuxtà eorum morem plura addiderunt; tamen ne ſilentio pertranſire videar vltra per ipſos adducta infraſcripta colligam.

Num.5. concordat Gratian. dec. March.
1 120.qui dicit, quod ad hoc, vt fatalia non currant, requiritur proteſtatio, & impedimenti probatio per teſtes, & quòd cauſa talis erat, quæ non poterat per procuratorem expediri, Ioſeph Ludou.dec peruſ. 36.Miſing. obſeru. 59. cent.3.Guid.Pap.dec.205. quod impe-
2 dimentum conſideratur, tàm reſpectu ipſius apellantis, quàm iudicis, Addent ad Guid.Pap.cit.deciſ.205.& Muſcatel. cit.tract.de appellat.Gloſ. fatale. Vnde ad euitandum hoc meritò Maris hic nu. 4.dicit ex Apon.conſ.61.num.5. quòd
3 appellans debet eſſe diligens in 1.fatali, diligentior in 2. diligentiſſimus in 3. tu addde,quòd maiorem,& exactiorem diligentiam requirit tertium fatale, quàm

pri;

primum, & ſecundum, Muſcatell. Gloſ. ſecundum Fatale, & Gloſ. primum, & iterum in Gloſ. ſecundi num. 19. vide Reg. Galeota tomo 1. controuerſ. 19. & 20.

Verum ſi appellans fuerit pauper, fatalia non currunt, & excuſatur, Boer. deciſ. 147. ad quod tu ſcis, quòd virtute Regiæ Pragmaticæ 2. de expẽſis, appellans non auditur in 2. inſtantia, quando in prima nihil poſuit, vel probauit niſi refectis expenſis, ſi fuerit ad expenſas condemnatus, Afflict. deciſ. 231. & Muſcatell. cit. loc. par. 3. Gloſ. probandum nu.
5 13. tu limita, quod ſi appellans eſt pauper, etiam ſi expenſas non reficiat, poteſt audiri. Vrſill. ad Afflict. ibidem ad fin. qui dicit Pragmaticam non habere locum in cauſis Eccleſiarum, Minorum, & Viduarum, & miſerabilium perſonarum, & aſſentit Muſcatell. ibid. nu. 14.

Et ſi per partem non fuerit oppoſitum, vt
6 appellans reficiat expenſas, an teneatur reficere? vide *Amon. ſing.* 33.

Sed ſi eſt deſerta appellatio, non dicitur
7 deſerta cauſa nullitatis, quia iudicium ſeparatum eſt *Ann.* alleg. 93. num. 1. & virtus ſtat in modo interponendi appellationem, vide *Amon.* caut. 26. Ior. *Amic.* conſ. 6. & quando appellatio eſt deſerta, executio ſententiæ à quo fieri debet, Aufr. ad deciſ. capp. Toloſ. aſſerit fieri à iudice, à quo, ſi eſt iudex ordina-
8 rius, citato appellato, ſecùs verò ſi eſt delegatus, ſequitur *Amon.* coment. 75. tu verò cum *Muſcatell.* citat. loc. par. 1. Gloſ. proſequendum nu. 108. diſtingue; quod aut appellans iudicem ad quem adiuit, & inhibitoriales literas obtinuit, & iudici à quo præſentauit, tamen copia proceſſus non fuerit præſentata
9 infra quinquaginta dies, & tunc iudex, ad quem declarabit deſertionem; Aut eſt tantùm interpoſita appellatio infra decem dies, & inde appellans non vltrò progreſſus fuit, nempè literas inhibitoriales obtinere, iudici ad quem præſentare, & copiam proceſſus tranſmittere infra quinquaginta dies, & tunc iudex à quo declarabit, & ratio eſt, quia per literas inhibitoriales non ex-
10 peditas, nec præſentatas, non cenſentur ligatę manus iudicis, à quo tamen decretum eſt interlocutorium, & eſt inhibitum per dies, ſiuè ſimpliciter ſit interpoſita appellatio, ſiuè literæ inhibitoriales obtentæ, etiam copia proceſſus iudici ad quem præſentata, elapſis diebus contentis in prouiſionibus, & non aliter per iudcem ad quem, fuerit prouiſum iudex à quo in cauſa procedit ad vlteriora, nulla alia declaratione à ſuperiore expectata.

Verùm ſi appellatio fuerit reiecta, an poſ-
11 ſit ab hac reiectione appellari? pro negatiua, & ſic quòd non datur appellatio concludit Gratian dec. March. 8. Capic. autem deciſ. 34. num. 7. concludit pro affirmatiua, & quoties reijciatur, poteſt de nouo appellari, dicens ego inſiſto appellationi meæ interpoſitæ, & iudex appellationem ſi-
12 ne cauſa reiiciens punitur arbitrio iudicis, Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 368.
13 prout in ſimili, ſi fuerit allegata abſentia per amicum prò inquiſito, & non fuerit per iudicem admiſſa, poteſt appellari ab eodem amico, & appellatio admittitur à denegata abſentia, vt nuper fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio refert. D. Reg. Tap. deciſ. Sac. Conſ. Neap. 17. Et cùm allegaſſem abſentiam prò Tarquinio Ronca Solofræ citato prò homicidio cum ictu ſcoppitti, per hanc. Regiam Audentiam, ad informandum, & ad capitula, cum abreuiatione termini ad foriudicandum, virtute Regiæ Pragmaticæ, ab Auditore, tunc temporis parum practico, fuit denegata abſentia, à cuius non admiſſione, appellationem interpoſui ad M.C.V. à qua obtinui prouiſiones, quòd ſi ſententia foriudicationis non eſt lecta lata, tranſmittat acta, & per dies. Et iterùm in cauſa Leonardi Broſca de Sommonte, fuit denegata abſentia,

&

& interpoſita per me appellatione ad M.C.V. obtinui prouiſiones, quod Regia Audientia prouideat ſuper abſentia allegata, & ſi erit in voto, illam non concedendi, acta, & per dies, quarum vigore fuit terminus ad denunciandum impertitus, & inde millies obtinui. In tantum quòd ex his exemplis, Auditores non ſolent dubitare, prout antiquitus dubitabant, concedere abſentiam.

Pone, quòd in ſententia fuerit quis con-
14 demnatus ad debitum principale, & ad intereſſe liquidandum, & appellatio in cauſa principali ſit deſerta, indè tempore liquidationis intereſſe, victus ab illa liquidatione appellauerit, an admittatur appellatio? Accidit in cauſa Franciſci Giordano morigerati viri, & in negotijs ſuis peragendis conſcientiati,
15 cum Pyrro de Luca, qui appellare volebat à ſententia liquidationis intereſſe, & iam erat deſerta cauſa principalis, & magna fuit inter cauſidicos altercatio, ſi huiuſmodi appellatio debebat admitti; multi dicebant, quòd non po-
16 terat admitti, ea ratione, quià cauſa liquidationis eadem eſt cum cauſa principali, & intereſſe iudicatur acceſſorium ad principale, & regula eſt, quòd principale regulat acceſſorium l. finali §. ſi vnus ff. de pact. Ego fretus authoritate Vrſill. ad Afflict. deciſ. 35. num. 2. dicebam poſſe appellari ab hac liquidatione intereſſe, ex quo nouum grauamen infertur.

Sed quomodò appellatio eſt interpo-
17 nenda; diſtingue cum Muſcatell. par. 1. Gloſ. tenebitur, num. 46. Aut decretum profertur ab vno, & tunc coram eo interponitur appellatio: Aut verò à pluribus, prò vt eſt in Regijs Audientijs, & in Magna Curia Vicariæ, & tunc coram omnibus eſt interponenda, & in aula, vt omnes illam videant ſciant, & intelligant.

Et prò coronide quæri poteſt; dùm ter-
18 minus duorum menſium ſit datus ad appellandum, iunctis decem diebus, vt ſupra dixi ſi vnus menſis viginti octo dies contineat, vt eſt menſis Februarij, alter verò triginta, an dicatur bimeſtris? dicas, quòd menſis debet intelligi pro totidem diebus, quot aſſorbet ille menſis, in quo cadit terminus, eſto, quod alius menſis contineat dies triginta: Coſt. de ſcient. & ignor. cent. 2. diſtinct. 36. numer. 16. Amendol. ad Franch. deciſ. 471. num. 2. dicit in appellationibus menſem eſſe dies triginta vnius.

Petra hic num. 4. & Mari num. 7. dicunt,
19 quòd non currunt fatalia in cauſa, pendente relatione facienda; tu adde, quod idem dicit *Muſcatell.* par. 2. Gloſ. conceduntur, num. 12. quòd ampliatur procedere, etiam compromiſſo pendente, Gratian. deciſ. Mareh. 173. dummodò per ſcripturas probetur, Ant. Faber. deciſ. 2. tit. de tempor. appellat.

Heliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XIV.

SVMMARIVM.

Fiſcus, an habeat appellationem, vel recurſum, & quomodò, nu. 1.
Nobilitas præualet, nu. 2.
Nobilis, vel benè natus, ſemper præſumitur bonus nu. 6.
Nobilitas tollit omnem ſuſpicionem, & ſemper habet præſumptionem pro ſe numer. 6.
Iudex excuſatur, ſi nobilem per palatium, vel ciuitatem relaxauerit. nu. 2.
Amplia, etiam Principe mandante, vel dictante ſtatuto nu. 3.
Carcererius detinens nobilem extrà carceres, ſi aufugit, excuſatur, n. 8.
Iniuria eſt dicere: tu es cæcus, n. 9.

ET

ET *nobiles eorum in manicis ferreis Dauid Pſalm.* 149.
Boet. de conſolat. lib. 3. metr. 6. littera I. fol. 45. *dicit, quod non debet quis nobilitate gloriari, & ſubdit, ſi pulcher es, lauda naturam: ſi nobilis, lauda parentes, ſi virtuoſus, & ſapiens, lauda te ipſum: ſi diues, lauda fortunam, ſi potens expecta paulìſper, & nihil eris; Vnde non debet quis de ſe ipſo ex nobilitate confidere, deficit enim pluries, vt in dies videmus, & præcitata verba conueniunt.*

Secùs verò eſt in Iudice, qui poteſt confidere in nobili, ea ratione, quam adducit Author in hac deciſ. 14. quià confidendum eſt nobilitati, in qua, de tribus ſermonem facit. 1. de nobilibus, & nobilitate 2. quia nobilis non poteſt in carceribus detineri, ſed eius nobilitati confidendo per Ciuitatem, vel palatium relaxari. 3. ſi Fiſcus poteſt appellare, & quibus in caſibus, & de quo iure, & decreueram hic hanc nobilem materiam nobilitatis tractare, verùm, quia Author eam tangit infra deciſ. 23. ibi dicam, Adeò quòd hic de duobus tractandum fore puto. Primo ſi Fiſco competat recurſus, & quomodò, 2. ſi aſſignando palatium, vel Ciuitatem nobili, eſt ſatisfactum legi, vel reſcripto Principis, mandantis, vt carceretur?

Quòad primum, ſi Fiſcus appellationem
1 habet, vel recurſum, ſiuè reclamationem, abundè dixi in tract. de pugn. Doctor. tom. 1. tit. de officio Fiſci; Abſtineo meritò hic illam repetere, & ibi te remitto.

Quòad 2. vera eſt concluſio, quam Auth.
2 hic, nu. 3. 4. & 5. dicit, quòd adeo nobilitas præualet, vt Iudex excuſetur, ſi nobilem de crimine inculpatum relaxauerit per palatium, vel Ciuitatem, aufugerit, quod ampliat etiam Principe mandante, vt carceretur, vel ſtatuto dictante,
3 quòd intus carceres detineatur, eſt illi ſatisfactum, rationem aſsignat idem author, quia confidendum eſt nobilitati,
4 cum quo concordat Ann. ſing. 357. & Arcon. problem. 33. ſed aliam præbet Mari hic nu. 5. & ea eſt quia carceratus dicitur ille, qui detinetur per palatium
5 vel locum ei aſsignatum loco carceris ex muris, quos adducit, aliam rationabilem ego aſsigno, quòd nobiles, & be-
6 nè nati, ſiuè ex bonis parentibus orti præſumuntur boni, & nobilitas tollit omnem ſuſpicionem aduerſus eos, & ſemper habent præſumptionem pro ſe, ex Maſcard. de probat. concluſ. 222. num. 1. & ſeq. Io; de Amic. conſ. 86. nu. 13. & conſ. 134. num. 10. & poſt eos Coſt. de ſcient. & ignor. cent. 1. diſtinct.
7 9. nu. 5. & 6. & pro inde pręſumitur nobilem non deficere, immò aſsiſtere in loco ſibi aſsignato.

Tu amplia procedere, etiam in Carcererio
8 detinente nobilem extra carceres, excuſatur. ſi aufugit, Baiard. ad Clar. q. 68. num. 26. Ego autem recordor fuiſſe quendam nobilem, immò titulatum in Regno de ordine Domini Proregis Regni per Pręſidem carceratum; & cùm inſtetiſſem aſsignari Ciuitatem, vel Palatium, cum fideiuſsione per me oblata, & hanc decisionem allegaſſem, non potui obtinere, & fuit detentus cum Cuſtodibus in Camera; & pluries inde fuit ſeruatum, immò appoſiti cuſtodes quibusdam nobilibus, per quos fuit data cautio maximi momenti. Et licèt Auditores tunc temporis decreuiſſent, vt ſoluerent etiam Cuſtodes, fuerunt per ViceRegem liberati à ſolutione cuſtodum, vt ego præuideram, ea ratione, ne detur afflictio afflicto.

Num. 10. ibi iniuria eſt dicere, tu es cæcus,
9 idem dicit Author infra deciſ. 37. vbi dicam latè de iniuria.

Heliſeus Danza.

DECISIO DECIMAQVINTA

Hæc deciſio 15. nec ſummario, nec alio labore indiget, tractat enim de illa clauſula (veritate inſpecta) de qua ſeparatum ſermonem ſcripſi in meo 2. tom. tit. de ſentent. ibi videre poteris quid importet hęc clauſula, & cuius effectus ſit.

Mouet Author. punctum hic nu. 8. quando requiratur ſententia declaratoria, & Mari hic nu. 16. nonullos DD. adducit, tu adde Franc. de Caſtill. deciſ. Sicil. 83. nu. 6. & deciſ. 57. n. 5. Capoblanc. tom. 2. cap. 51. nu. 14.

Tangit Author. nu. 11. an ſit ſtandum aſſertioni Principis, quod ego tetigi ſupra deciſ. 6. vbi de aſſertione, tam Principis, quam Papæ, & Imperatoris dixi. Vndè hic pertranſeo.

Haliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XVI.

SVMMARIVM.

Conſuetudo delinquendi quid operetur n. 1.

Per quas vices inducatur a n. 2. ad 6.

Quomodo contra ſolitos delinquere procedatur, n. 6.

Delicta plura committens anplures pœnas patiatur nu. 7.

Delictum antiquum, vel recens quale ſit, nu. 8. & 9.

Vulnuſculum, an veniat appellatione vulneris nu. 10.

Habilitatus, & aufugiens non debet amplius habilitari, n. 11.

Iſidor. lib. 1. ſoliloq. dicit *quòd aſſidua conſuetudo vitium in naturam conuertit, & vſus facit virtutes, non autem natura; tuum eſt autem abutendo facere vitia, aut vtendo virtutes,* in tantùm quòd conſue-
1 tudo mala eſt abutenda, frequentia, & reiteratio delictorum eſt tanti ponderis, & legibus exoſa, ex qua inducitur conſuetudo delinquendi, fortificat cætera inditia debiliora, & ſanat imperfecta, & tanquam herba bettonica iudicatur, adeò, quòd contra ſolitum delinquentem iuſtitia armata procedi poteſt, Caualcan. de bracch. reg. par. 3. nu. 35. nimirum igitur ſi contra conſuetum delinquere Magna Curia Vicaria vt refert Aut. in hac deciſ. 16. rigoroſe proceſ-
2 ſit condemnando hunc Blaſium vltimo ſupplicio vnde cùm occaſio præceps ſit, de delictorum frequentia ſermonem facere neceſſarium putò ſemitas Auctoris proſequendo, qui infra deciſ. 48. n. 3. hoc idem aſſerit, & Pett. & Mar. hic ornant, & vtiliter diſcurrunt dicta per Auctorem, & dum hic dubitatur per quas
3 vices inducatur conſuetudo delinquendi, duę ſunt DD. opiniones, vt refert Autor hic nu. 2. & 3. vna Baldi in l. 3. cod. de Epiſcopal. Audient. aſſerentis, ex vnico actu dici ſolitum delinquere: Altera Lucæ de Penn. in l. 1. cod. de ſu-
4 per. exactor. lib. 10. licet aſſerat vidiſſe duas vices ſufficere, quem adducit Aut. hic nu. 2. & infra deciſ. 36. nu. 10. & 11. Mari hic num. 6. Tu autem dicas non vnam, vel binam vicem ſufficere, vt conſuetudo delinquendi inducatur, ſed tres immò plures requiri exemplo eorum, quæ dicit Decian. tract. crim. tom. 2.
5 cap. 2. nu. 24. & cap. 5. nu. 5. licet multi Doctores diſtinguendum eſſe putent, ſi in furto, ſi in vſura, ſi in adulterio, ſi in blaſphemia, quos receſet Carroc. in tract. de re furtiua quæſt. 10. per tot. &
6 cōtra conſuetos delinquere, poteſt procedi ex abrupto, & denegatis defenſionibus ad torturam, idem Auct. vot. 3. nu. 8. ea ratione, quam ſupra dixi, quia aſſiduitas delictorum odioſa eſt, Burg. de mod. procedend. ex abrupr. quæſt. 61. nu. 5. & ſeqq. Tu autem dicas omne totum dependere à volontate Principis. Foller. ad prag. de ictuſcoppite. num. 4. quem vide, quia plura dicit.

Quæri poteſt: ſi plura delicta quis commi-
7 ſerit, an plures pœnę imponendę veniant? vide Mut. tom. 4. Capitul. Sicil. cap. 33. nu. 12. & Iter. cap. 159. nu. 1. & ſi addatur delictum delicto, an pœna augea-

augeatur,idem *Mut.* cap. 155. nu. 9.& Caball.reſolut.crim.cap.100.nu.12.& 13.

Sed ſi quis commiſerit plura delicta, nem-
8 pè vnum de antiquo,aliud de recenti,an
dicantur continuata plura, vel vnum?
diſtingue, aut tractatur de furto,homi-
cidio vel alijs; Aut verò de adulterio, &
ſimilibus; ſi primo caſu,plura delicta di-
9 cuntur: ſi 2. vnicum delictum, ſed conti-
nuatum, Caball.caſ.7.per tot. & delictũ
recens dicitur ſi eſt commiſſum infra bi-
meſtre *Mut.*cap.141.nu.2.ſeqq.

Num.1.in verbo (Vulnuſcolo,) ſciendum
10 quòd Vulnuſculum non venit appella-
tione vulneris, ideò afficiens aliquem
leui vulnere non punitur pœna vulneris
Iul. Cęſar Imbrian. in tract. de repulſ.
part.2.requiſit 1.nu.32.& 33.quem val-
dè exornat Capoblanc. ſuus collega in
prag.6.n.101.

Petr. hic nu. 2. dicit quòd habilitatus aufugiens, non debet amplius habilitari, tu adde copioſiſſimum de Angelis ad Foller.pract.crim. tit. notates capiat nu. 106.

Ad Petr.hic nu.4.adde *Mut.* Cap. Sicil. tom.5.cap.359.n.29.& ſeq.

Haliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XVII.

SVMMARIVM.

Barba quid ſit, & quare fuit introducta, nu.3. 4.5.11.12.& 13.

Barbam expilantes qua pœna puniuntur, à n. 1.ad 13.

Percutiens cum baculo qua pœna punitur, à n. 14. ad 17.

Si percuſſerit cum ligone, à n.19.ad 22.

Si percuſſa fuerit mulier prægnans, ex qua ſequatur abortus, nu.23.& 24.

Si percutiens cum pomo enſis, an puniatur, nu. 25.& 26.

Habens arma, & percutiens cum baculo, non præſumitur habere animum occidendi, nu. 27.& 28.

Percuſſus in terra eiectus, ſi Caput. ad Lapidem dederit, an percutienti imputetur, nu. 29.& 30.

Percutiens tertiarium religionis, an excomunicationem incidat. nu.32.

Si percuſſio eſt in alijs partibus corporis, num. 33.& 34.

Libra auri quæ ſit, n.31.

Alapam Sacerdoti inferens qua pœna punitur, n.33.

Proditor an dicatur Amicus reconciliatus ita, vt gaudeat immunitate Eccleſiæ, n.32.

R*Aſitque dimidiam partem barbę eorum*, 2.*Reg.cap.*10.*nu.*4.

*Seneca in Epiſtol.*114. *nu.* 24.*& ſeq. fol. mihi* 484. *contra Iracundos exclamat, & eos qui barbam vellunt, & à malo animo oriri in illis verbis:*

Qui aut velunt barbam, aut interuellunt qui labra preſſius tondent, & abradunt, ſeruate, & ſubmiſſa, Cætera *parte hoc à magno animi malo oritur.*

Vndè videtur omni Iure puniendos eſſe
expilantes Barbam, nimirum ſi Aut. hac
in deciſ.17.nu.1. affirmat, barbam expi-
lantem pecuniaria poena puniri; eſt enim
barba membrum, & ex eius expilatione
deformitas oriretur, quod grauiſſimum
eſt, non ſentire enim mala ſua, non eſt
hominis, & non ferre, non eſt viri, Senec.
1 de conſol.ad polibium cap.20. nu.111.
ſol.mihi 758.& Petr. hic nu. 1. ampliat
maiorem pœnam imponi barbam expi-
lanti, quàm manu aperta alapam inferen-
ti, ex Viu.per eum cit. & *Mari* hic num.
2 1.& 2. ſequitur Petr.& vtitur Viuio, &
dubitat, an ſtatutum loquens de abſcin-
dente membrum, habeat locum in bar-
ba; vnde ſermonem de barba expilante
aggredior.

Dicunt omnes iſti. legum interpretes expi-
3 lantes barbam puniendos eſſe, & ratione
carent, quam ego ex Bald.in l.Reos cod.
de accuſat.nu.6.trado.& eſt, quia barba
eſt membrum in Homine, & eam inci-
4 dens tenetur ac ſi incidiſſet membrum,
Menocch. de arbitrar. Iudic. conſ.392.
nu.32.Baiard.ad Clar. quæſt. 69. nu. 3.
qui inde ſubdit, quòd naſus, auricula, &
oculus non ſunt membra.

Videtur Baiard. ſibi contrarius; nam ſi bar-
5 ba dicitur membrum, quod tantùm or-
6 namentum faciei cumulat, & ex ipſa de-
monſtratur eſſe hominem; vnde Philoſo-
phus alens longam, & magnam barbam
interrogatus, cur faceret, reſpondit, vt
me videnres potius virum, quàm mulie-
7 rem habeant; quare à paritate, immò ma-
ioritate rationis debet dici naſum, auri-
culam, vel oculum, eſſe membra, per
quorum abſciſſionem inducitur defor-
mitas corporis, licet differat habere
membrum deturpatum, & membrum
debilitatum, Angel. in l. non ſolum, ff. de
8 rei vendicat. quem adducit Baiard. ci-
tat. loc. nu. 7. & Ouid. lib. 13. Methamor-
ph. dicit.

Corpora turpè puta temporis, ſine frondibus arbor.

Barba viros decent in corpore.

Tu autem diſtingue: Aut barba accipitur
9 pro pilis, quibus homo caret, & dicitur
barba carere, vel paucam habere, vnde
Poet.

Poco barba, è men colore,
Sotto il Ciel *non ci è peggiore.*

Et hoc caſu non dicitur, niſi deformitas
10 inducta ex debilitatione, quæ ſequitur
ex barbæ carentia.

Aut verò ſumitur pro parte membri cor-
11 poris, & hoc caſu nomine membri con-
tinetur, ita, vt ſi abſcindatur barba, indu-
citur deformitas, & debilitas, & abſcin-
dens punitur, ac ſi aliud membrum cor-
poris mutilaret, & ratio eſt, quia carẽn-
tia barbæ multoties à natura prouenit,
& non oritur, niſi quædam inter paucos
deriſio, & ipſius viri deformitas, & in
leui. cap. 19. & 27. haberur barbam non
eſſe tondendam leuiticis Sacerdotibus:
& barba dicitur reſolutio calidi, quod
eſt in corpore, Auerroes poſterior. 2. c.
6. tit. 54.

An labia, dentes, mammillæ ſint membra,
13 vide Baiard. citat. loc. n. 9. remiſſiuè ad-
de Thorum in voto 86. nu. 18. & ſeqq.

Deuenio ad ſecundum. Et percuſſorem
cum baculo fuiſſe punitum exilij pœna,
14 Autor hic teſtatur de quo Petra num. 7.
remittit ſe ad Capic. dec. 161. Tu au-
tem adde Caball. tractat. de omn. gener.
homicid. nu. 233. Thoro: compend. de-
15 ciſ. tom. 1. verbo (percutiens, fol. mihi
396. & percuſſio cum baculo reputatur
magis ignominioſa, quàm ſi fuiſſent vul-
nera illata, Farinacc. quæſt. 105. nu. 115.
quem ſequitur Caſtill. deciſ. Sicil. 171.
nu. 23. Ricc. deciſ. 249. par. 2. & ſi ex
percuſſione ſequatur ſanguis, vel mors,
16 duo requiruntur, vt pœna mortis punia-
tur, Caball. citat. loc. nu. 351. ſed ſi per-
17 cuſſus erat debilis, delicatus, vel ſanguis
exiuit, vide Caball. citat. loc. nu. 329. &
ſeqq. & ſi ſuperuenit febris vide Caball.
nu. 336.

Verùm quia percuſſio in pluribus parti-
18 bus corporis fit, & diuerſo genere armo-
rum, de vno quoque ſigillatim differere
neceſſarium arbitror, & primò: Si quis
percuſſerit cum ligone, an homicida
percutiens dicatur? & cùm ſit habenda
ratio ad inſtrùmentum, cum quo eſt fa-
cta percuſſio, Ioann. de Amic. conſ. 23.
nu. 13. Clar. S. homicidium verſiculo)
dicitur etiam, & Caball. in tractat. de
omn. gener. homicid. num. 133. ex quo
percuſſio eſt facta cum ligone, non iu-
dicatur delictum culpoſum, ratio eſt
enim, ex quo inſtrumentum non eſt prin-
cipaliter directum ad offendendum, ſed
ad alium finem; vnde Animus occidendi
ceſſare videtur, & ſic dicebatur in
cauſa Berardini Serluca de Ariano in-
quiſiti de homicidio ſequuto in perſo-
nam Sebaſtiani Blanchi, ex quo ipſum in
capite percuſſit cum ligone, ex qua per-
cuſſione offenſus obijt, prout abundè
dixi in tractat. de pugn. Doctor. tom. 2.
tit. de homicid. cap. 5. cui te remitto, ne
exemplare videar.

Et ſi percuſſio eſt facta cum pede erga mu-
19 lierem prægnantem, ex qua Aborrus
ſequatur, Caball. citat. loc. num. 234. &
ſeq. teſtatur, non puniri pœna homicidij,
etiam ſi partus erat animatus, & mulier
erat prægnans vltra quatraginta dies, &
ratio eſt quia deliquit vltra cogitatum,
vide Caualcan. par. 4. nu. 167. & ſub. nu.
56. de Bracch. Regio.

Et idem Grammaticus Auctor. in vot. 23.

ponit

ponit caſum de illa muliere, quæ percuſ-
ſit in capite cum baculo ancillam, quam
credebat eſſe prægnantem ex viro ſuo,
ex qua percuſſione mortua eſt ancilla,
30 quem ſequitur Clar. §. Homicidium.
verſicul. dicitur etiam, & Caball. citat.
loc. nu. 133. qui omnes teſtantur à pœna
capitis fuiſſe mulierem liberatam, & in
Inſulam per ſeptennium deportatam.
Sed ſi quis habeat enſem, vel pugionem, &
31 poteſt percutere cum puncta, ſed tamen
32 percutit cum pomo enſis, vel habens
roncam, & poterat percutere cum ferro,
& percuſsit cum haſta, dicas tu quòd
non præſumitur habuiſſe animum occi-
dendi, etiam ſi mors ſequatur, & de ho-
micidio puniri nõ poteſt, Clar. citat. loc.
& Caball. citat. loc. num. 173. tu vide
Peguer. ad ſaturitatem deciſ. 14. prout
in ſimili dicimus, ſi quis habuerit alia
33 arma, cum quibus percutere poterat, &
percuſſit tãtùm cum baculo, dicas quòd
34 non præſumitur animus occidendi, & è
contra, ſi non habeat alia arma, ſed tan-
tùm baculum, cum quo in capite percuſ-
ſit, & mors ſequatur, mortis pœna erit
puniendus, quia arguitur animus occi-
dendi, Caball. citat. loc. n. 314.
Sed ſi rixantium vnus percutiat alium, &
35 percuſſus in terram proiectus, vel ceci-
derit, & eius capite in lapide proiecto
vulneratur, & moriatur, an tanquam ho-
micida punitur? pro negatiua tu defen-
das ex ratione, quia mors non eſt Se-
quuta principaliter ex percuſſione facta,
36 & dum non habuit Animum occidẽdi,
non punitur tanquam homicida, Caball.
citat. loc. num. 350 tu vide Coſtam in
tractat. de ſcient. & ignor. iuris, & facti
centur. 2. diſtinct. 34. nu. 8. ſi ſint plura
vulnera vide Farinacc. quæſt. 23. nu. 7.
& ſeqq.
Cætera de percutiente cum armis non ap-
37 tis ad nocendum, vel in ludo ſaxorum,
vel cũ pugno, vel cum calce, vide Clar.
& Caball. citat. loc.
Vnum tamen nota, quòd ſi quis percuſſerit
38 aliquem tertiarium alicuis Religionis,
an incurrat in excommunicationem?
hæc quæſtio dependet ab illa: an tertia-
rij connumerentur inter perſonas Eccle-
ſiaſticas, de quo vide Caſtill. deciſ. 88.
Et pro Coronide poſt quam ſupradiximus,
29 percutientem in capite, homicidam re-
putari, quia Animus occidendi arguitur,
quæritur, quid ſi percuſſio non ſit in ca-
pite, ſed in alijs locis periculoſis perſo-
næ, & diſtinguendum eſt, aut percuſſio
fuit in loco non periculoſo, vt puta in
30 crure, bracchio, humeris, aut ſimilibus
locis, in quibus vulnus regulariter non
dicitur mortale; Aut verò percuſſit in
alijs partibus, nempè in illis, quæ ſpaſi-
mum generant.
Si primò caſu, licet Caball. de omn. gener.
homicid. nu. 297. è 305. aſſerat morta-
lem percuſſionem præſumi, cùm in ca-
pite, vel loco periculoſo ſit facta; tamen
in nu. 324. & 325. & ſeq. diſtinguit duos
caſus; primus enim aut percuſſio eſt fa-
cta cum armis ad mortem præparatis, vt
puta haſta, pugione, vel gladio, & tunc ſi
in loco periculoſo percuſſit, & percuſſus
periit, tunc Animum occidendi habuiſſe
videtur, & à dolo non excuſatur, & pœ-
nam mortis meretur; Aut verò in ſecun-
do caſu percuſſio eſt facta cum armis
non ad mortem præparatis, vt puta cum
baculo, claue, cucuma, vel candelabro,
aut ſimili inſtrumento, & tunc ſi percuſ-
ſit in loco periculoſo, & percuſſus obijt,
non dicitur homicidium doloſum, ſed
potius purum, & inuoluntarium; non di-
citur enim antea præcogitatum, & pœ-
nam homicidij non incurrit, ſed extraor-
dinariè punitur; verum quia nulla pars
corporis eſt, quæ neruis vacet, & ipſo-
rum abſciſsio gignere poteſt, dicit Cã-
pagn. in cap. Regni ad peruerſorum, nu.
55. ad medium quod tunc iudicatur per-
cuſsio mortalis quando eſt facta in ca-
pite, vel in corde, quia de eo non ſpera-
tur ſalus, vel in cerebro, ex quo frangi-
tur; cerebrum enim eſt vnum de princi-
palibus membris corporis, in quo eſt
principium ſenſus, & motus, & omnium
neruorum initium; vel ſi eſt facta in veſ-
ſica, in renis, in inteſtinis minutis, in epa-
te, in pulmone.
Auctor hic nu. 1. ad finem dicit libram auri
fuiſ-

fuiſſe interpretatam in ducato vno auri, & Petr. hic nu.4. quærendo quæ ſit libra aurea, & quæ argentea, remittit ſe ad Carauit. tu adde Galter. in tractat. de liquidat. inſtrum. tit. in publica forma ſumptũ n.26. fol. mihi 25.

Mari hic nu.20. quærit, an proditor dica-
32 tur inimicus reconciliatus, & gaudeat Eccleſiæ immunitate? tu vide in tomo 1. de Pugn. Doctor. tit. de immunitate Eccleſiæ, cap.2. nu.21. & ſeqq. vbi latè materiam dilucidaui.

Inſuper. Mar. hic nu.5. teſtatur inferentem
33 alapam Sacerdoti pœna exilij puniendum eſſe, tu adde Caſtill. dec. Sicil. 160. nu.61. ſed illud, quod Mari dicit, vel ad redimendum exilium pro ducatis centum, dictis per Mari non inhæreo, nam condemnatio cum poteſtate redimendi eſt prohibita in Regno, ſecus ſi diceret exulet, vel ſoluat, de quo latè dixi in eod. tractat. tit. de exilio, cap.1. à n.4. ad nu.18. cui te remitto.

Haliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XVIII.

NON ſummatur, ex quo remiſſiuè loquitur ad meum tomũ primum tit. de receptatorib. & adducitur decretum in ſimili cauſa latum.

Tangit Petr. in hac deciſ. 18. nu. 10. materiam receptantium bannitos, quam iterum tangit infrà deciſ. 99. nu. 10. & Mari pauca verba affert infra deciſ. 29. num. 24. & quædam alia infra deciſ. 99. num. 8. & ſeqq. quæ potius ſedet in deciſ. 29. in qua fuit inquiſitus ille D. Gutter. de Naui de receptatione Io: Iacobi Coſciæ eius cognati banniti, verùm quia frequens eſt, & in dies in Tribunalibus occurrit, & placeret cum Petr. hoc in loco eloquutionem facere de hac materia, ſic vtili, & quotidiana; verùm quia eam latè tractaui in meo 1. tom. tit. de receptator. hic prętermitto, Vnum tantùm dicam, quod poſt ibi ſcripta vide quod longis temporibus, & ſic ante citatam deciſ. de Frãch. 470. cauſæ receptationis Bannitorum, & conuerſationis fuerunt remiſſæ Baronibus, & ſignanter fuerunt in hac Regia Audientia inquiſiti Paſcarellus del Vallo, Donatus de Stefano de Gonza, Fabritius. Puzo Capitis Sileris, & Berardinus de Ioanneuectre de Teora de conuerſatione, practica, & receptatione Marij de Padula; & Angeli della Guardia publicorum bannitorum, & latronum ſtratarum, pro quibus fuit petita remiſſio pro parte Domini Comitis Cõziç, & per Regiam Audientiam fuit denegata, ſed retenta in eadem Regia Audientia, & interpoſita appellatione in S.C. ibique facta magna, & laborioſa diſcuſſione, fuit cauſa remiſſa ad baronem, tenorẽ cuius decreti inſerere libet, tum ad ornatũ eorum, quæ adduxi in dicto 1. tom. tit. do receptat. cùm etiã quia cauſa fuit ſolenniter diſcuſſa, & diu, ventilata inter Fiſcũ Regiæ Audientiæ, & Baronem, & prò vtroque fuerunt factæ allegationes, quas vidi, & ſequitur, vz.

Die 8. menſ. Aprelis 1549. Neapoli facta relatione de prædictis in S. R. C. per Mag. V.I.D. Villanoua Reg. Conſ. & cauſę commiſſ. decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt, bene fuiſſe appellatum pro parte dicti Excellentis Comitis Conſæ, & malè iudicatum per dictam Regiam Audien. Princ. Vltra, & pro inde cauſam prædictam eſſe remittendam, pro, vt præſenti decreto remittitur ad dictum Excellentem comitem, vigore eius priuileg. quòd iuſtitiam faciat, hoc ſuum. Franciſcus Villanoua, Nicolaus Vincentius Cęſareus Secretarius.

Haliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XIX.

VEritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit. Dauid Pſal. 84.

Boet. de conſolat. lib. 1. proſ. 4. litera N. folio mihi 11. atergo. dicit *quod veritas non eſt occultanda, & qui eam occultat, mentitur; eſt enim veritas tanta potentia, tantaque virtutis, vt iudex non poſſit contra veritatem iudicare, prò vt fuit haſitatum,*

tum, ſi iudex teneatur in iudicando veritatem amplecti, vel probatis, & allegatis inhærere, & credere, vt fuit diſcuſſum in hac deciſ. 19. quæ.

Non ſummatur ex quo breue eſt, an iudex teneatur iudicare ſecundum conſcientiam, vel iuxta allegata, & probata.

Pertranſeo ſermonem facere de clauſula (ſola facti veritate inſpecta) in hac deciſion. 19. cum de ea ſupra dixi deciſion. 15. latius, & quod Auctor dicit hic numer. 16. qnod obtinuit etiam in petitorio, cócordat Crauett. conſ. 299. n. 2.

Verùm quia Auctor mihi præbet anſam tractandi materiam illam ab omnibus tactam, & à nemine dilucidatam, & ſic offuſcatam appellare poſſum, an iudex teneatur iudicare ſecundùm allegata, & approbata, & ſic contra id, quod ei ex conſcientia conſtat, vel è contra, dimiſſis allegatis, & approbatis ſecundùm conſcientiam iudicare valet, hæc quæſtio ſit vẽtilata ex Beat. Thom. 2. 2 quæſtio 67. art. 2. pro qua duæ ſunt opiniones ad inuicem contradicentes.

Vna nempè, quòd debeat ſecundum conſciẽtiã iudicare: altera quòd ſecũdũ allegata, & approbata ſententiam ferre teneatur.

Pro prima, quòd ſecundùm conſcientiam iudicium ferre valear, alias peccaret, videtur ſubſtinere Auctor. hic num. 13. & 14. motus ex Guid. Pap. dec. 19. & DD. ibi allegatis, ſequitur Carauit. rit. 274. n. 2. ad fin. qui teſtatur ſecundùm puriſſimam conſcientiam iudiçare teneri, concordat Oſaſch. deciſ. 1. num. 46. & adeò verum eſt, quòd ſi ſecundum conſcientiam iudicat contra iuſtitiam ſcriptam, non incidit in pœnam, Fuſc. in tractat. de viſitat. lib. 2. cap. 21. nu. 20. & ratio eſt, quia iudex in iudicando ſolum Deum præ occulis habere debet, Palm. in diuerſor. iut. Gloſ. 9. nu. 1.

Pro 2. quòd teneatur iudicare ſecundùm allegata, & probata, dixit Carauit. rit. 274. nu. 2. & Oſaſch. deciſ. 79. n. 45. motus ex Textu in l. illicitas, S. Veritas ff. de offic. præſid. quem textum omnes ſequuntur, ſequitur Guttier. canoc. quæſt. lib. 2. c. 29. nu. 4. Fuſc. citat. loc. nu 20. & adeò verum eſt, quòd etiã ſi alicui iudici committeretur per ſuperiorem clauſula: vt ſecundum conſcientiam iudicaret, de quibus clauſulis vide Palm. diuerſ. iur. Gloſ. 9. nu. 13. & ſeq. ego latius dixi tom. 1. de pugn. Doctor. tit. de delegat. cap. vni. n. 48. & ſeq. debet intelligi de conſcientia, lege munita, ac publica, & de ea, quam habet, vti publica perſona tanquam iudex, non autem ſecundùm conſcientiam priuatam, Oſaſch. deciſ. 79. numer. 46. & conſcientia intelligitur de iuridica, quæ ex proceſſu colligitur, & diſcernitur, *Anton.* Ragucc. in tractat. Vaſ. Eccleſiaſt. diſcipl. tit. de dubijs cutioſis, quæſit. 32. ad fin. fol. mihi 296. ea eſt ratio, quia iudex non debet ſe ad nutũ capitis regere, & ſuam opinionem formare ex fantaſia ſuæ propriæ conſcientiæ, & ſe mouere, & pro inde dicitur habere Sal. ſciẽtiæ, & bonę cõſcientię, Sal. n. Sapiẽtię ne ſit inſipidus, cõſcientię ne ſit diabolicus, de quo. Reg. Rouir. in rubric. de Sal. vendẽd. n. 6. & 7. & Palm. cit. loc. n. 9. ſumus enim in foro iudiciali, nõ autẽ pęnitẽtiali, & iſti fori nõ ſũt eiuſdẽ ſpeciei, ſed differunt in propria ſpecie, & proinde conſcientia nõ mouet ad iudicandũ, ſed allegata cogunt. Oſaſch. deciſ. 79. nmer. 48. Non deſũt alij DD. qui ab vtraque opinione diſcedũt, & tertiã amplectũtur, & præſidiũ dãt, vt iudex ſi aliter quàm in proceſſu in cõſciẽtia cõſtet, nõ teneatur iudicare, ſed potius abſtinere, & ſuperiorẽ cõſulere, prout tenuit Petr. hic nu. 10. Carauit. ꝑ Pet. nõ cit. Rit. 274. n. 2. ad fin.

Vnde in tanta opinionũ varietate redditur hic articulus offuſcatus, hęc quęſtio dubia; vnde ego qui ſemper diſtinctionibns vtor. ſecundùm morẽ, diſtinguendos eſſe arbitror plures caſus.

Primus nẽpè. Aut ſumus in iudice nõ recognoſcẽte ſuperiorẽ, & tũc ille poteſt ſecũdũm cõſciẽtiã, & ſic cõtra proceſſum iudicare, Oſaſch. dec. 1. nu. 43. qui reprehendit Grãmatic. Auctorẽ noſtrũ, & dicit erraſſe, ex quo ſequutus fuit opinionem Guidonis Papæ.

Secũdus caſus, aut ſumus in iudice inferiore à Principe, tamẽ eius ſentẽtia pro lege ſeruatur, prout, & ſenatus ſub Audit. Parlamentum del finale, & alij ſimiles,

& in Regno noſtro eſt Sacrum Conſilium, & tunc poſſet dici quod huiuſmodi iudices poſſunt ſecundùm conſcientiam iudicare contra proceſſum, vt teſtatur ipſe Oſaſch. deciſion. 1. numer. 43. & 44. & deciſion. 79. numer. 49. tales enim iudices non ex ijs, quæ ſunt ex actis moueri poſſunt ad iudicandum, ſed ex conſcientia, idem Oſaſch. deciſion. 79. numer. 44. & de Sacro Conſilio teſtatur Auctor hic numer. 13. 14. & 15. debent enim attendere veritatem potius, quàm ſubtilitatem.

Tertius, aut ſumus in iudice inferiori, & ſic nedùm recognoſcente ſuperiorem, verùm etiam vt eius ſententia non habeatur pro lege, & tunc eſt diſtinguendum; Aut ſumus in cauſis ciuilibus; aut verò criminalibus.

Si ſumus in cauſis ciuilibus, dicit Oſaſch. citat. deciſion. 1. numer. 43. & deciſion. 79. numer. 49. quòd poſſunt in ſuo territorio ſecundùm conſcientiam iudicare, extra verò territorium ſecundùm allegata, & approbata, cuius dictum ego non approbo, nam in poteſtate iudicis eſſet peruertere ordinem iudiciarium, & ex eius erronea conſcientia ſentire, & ad ſui libitum iudicium proferre, quod cùm damnoſum reipublicæ ſit; bonus enim iudex nihil ex arbitrio ſuo facere debet, & domeſticæ propoſito voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronuntiat, ſtatutis iuris obtemperat, propriæ voluntati non indulgens, ex Diu. Ambroſ. vnde concludo, quòd iudex ſecundùm allegata, & approbata iudicare debet.

Si verò ſumus in criminalibus, dicit Oſaſch. citat. deciſion. 1. numer. 47. ad fin. quòd tenetur ſecundùm conſcientiam iudicare, eo quia tenetur indefenſos defendere, & innocentiam perquirere, dictum Oſaſch. ego inpugno, cùm inſipidè loquatur, & proinde poteſt dari exemplum, quod Titius homicidium commiſerit, tanta tamen cautela, vt non ſit in proceſſu probatum, ſed pro veriſſimo habetur, & iudici in conſcientia conſtat vel quod cum delinquentem viderit, vel ex accidenti, inuenerit quandam cartam factam pro detengendis peccatis confeſſori, & in ea reperitur illud homicidium notatum, adeò quòd iudex certiſſimum ſe reddit de homicidio commiſſo per Titium, tamen non poteſt ex illa carta ſcripta, & ſic ſecundùm conſcientiam iudicare, & Titium damnare ea ratione, quia ſigillum confeſſionis adeò eſt cuſtodiendum, vt omnia ad illud pertinentia ſint ſecretò cuſtodienda, Raguce. Lucern. paroch. tit. de ſigill. confeſſion. quæſt. 88. fol. mihi 297. vnde ſecundùm allegata, & approbata iudicare tenetur; quicquid tamen ſupra adduxerim, ego concludo quod debet iudex cuncta rimari, & ſubtiliter inueſtigare veritatem facti, contra quam ſi quid incurrit contra conſcientiam non inſurgat, & euadat, immunem ſe in foro poli reddat, & ſuperiorem conſulat, & aut Chriſtianè peragat, pœnes ipſum ſuperiorem, id, quod in conſcientia ſentit, demonſtret; quouis enim colore, neque cauſa, quamuis vrgenti, eius conſcientiam maculare debet, ſed Animã ſic puram Deo reddere, pro vt fuit à Creatore tributa, & ſic millies obſeruaui; quando enim me vidi in vltimis anguſtijs incluſum, nempe inter veritatem, & conſcientiam, & inter fictionem, & proceſſum, à iudicando abſtinui, nolui iudicium proferre, & omnes iudices Deum timentes ſic facere debent.

Heliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. X X.

SVMMARIVM.

Derogatio generalis an ſufficiat, vel requiratur expreſſa ad derogationem l. Vnic. C. quando Imperator, à nu. 1. ad. 6.

Priuilegium miſerabilium perſonarum eſt reſeruatum Principi ob pietatem, n. 3.

Priuilegium conceſſum viduis, & pupillis declinandi forum eſt virtute dicta. l. Vnica, & Conſt. Reg. ſtatuimus, num. 6. & 7.

Ad

Ad derogationem dicti priuilegij an requiratur expreſſa menſio tã dictæ l. Vnica, quàm dicta conſtitutionis, n.6.& 7.

Electionis, & variationis modus in Regno quomodo practicetur.

TV meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor, Ruth.cap. 4. num. 7. Boet. de conſolat. lib. 1. proſ. 4. fol. 13. à tergo litera K videtur differentiam facere inter ſanctionem, & legem, dum dicit, ſanctæ ſunt leges, hac ſanctione quadam ſubnixè, tu verò contrarium dicas; nam Robertus Rex condidit multa capitula, & ſignanter vnum, quod in numero poſitum per Campagn. eſt 200. quod incipit: priuilegia, in quo hæc verba profert priuilegia, quas priuatæ legis indulta, ſiuè illa ſcripti iuris ſanctio ſpecialis indulgeat, ſiuè in Terris lex animata.

Adeò quòd priuilegium legem priuatam appellat, quod iuri conſonum eſt, vt refert Campagn. ibid. n.8. & 9.

Vnde cùm priuilegium, & lex promiſcuè, ponantur, cogerer hic de priuilegiorum materia tractare de qua plenius in meo 2. tom. de pugn. doct. dixi tit. de priuileg. in quo de prioritate eorum dixi, hic verò de ualiditate, & eorum reuocatione, cùm ſemper latè ſint priuilegia interpretanda ad beneficium conceſſionariorum contra concedentem, quaſi quòd dicere uelit: utere meo priuilegio, quia libenter carere profiteor, & cõueniunt præcitata verba at quia in pñti dec. de duobus fuit dubitatum primò, ſi ad derogationem l. Vnicæ C. quando Imperat. int. pupill. & uid. requiratur ſpecialis reuocatio, uel ſufficiat gñlis 2. ſi priuileg. ſecũdũ tollat primum, ſuper quibus deciſio eſt fundata, & *Mari*, & Petra uariè dixerunt, unde ambos articulos dilucidando, primo quæritur: ſi ad derogationem dictæ legis requiratur ſpecialis derogatio, uel ſufficiat generalis, ita ut ex generali clauſula cẽſeatur derogatio inducta.

Multi conantur ſubſtinere, pro ut millies
1 hoc fuit controuerſum, generalem clauſulam, quando aliter de mente, Principis non conſtat, inducere reuocationem priuilegij miſerabilibus perſonis conceſſis ex Gratian. diſcept. forenſ. cap. 182. num. 13. Giurb. deciſ. Sicil. 82. num. 6. noua additio ad Caſtill. deciſ. Sicil. 39. coniecturata mens Principis colligitur ex Gratian. cit. loc. à num. 14. ad 20. uel quando uerba derogatoria ſunt adeò ampla, ut neceſſa-
2 rio colligatur derogatio, ſic teſtatur ille Inſignis Nouar. in tract. de priuileg. miſerab. perſon. priuileg. 37. n.5.

Ego verò contrarium de iure ſentio, nempè, quòd non ſufficiat generalis clauſula, ſed requiratur ſpecialis derogatio, & ſumitur, ne dum ex Petra hic num. 1 verùm etiam, ex eo, quòd pri-
3 uilegium miſerabilibus perſonis conceſſum, eſt ipſi Principi reſeruatum ob pietatem ergà dictas perſonas, & proinde non cenſetur, nec in alium translatum, nec reuocatum per clauſulas generales, niſi ſpecialis derogatio interueniat, Theſaur. deciſ. 39. num. 2. Gratian. cit. cap. 182. numer. 12 & 13.
4 colligitur etiam ex prag. Vnic. ad Senat. Conſ. Velleian. vbi habentur hæc uerba: quis enim non miſereatur imbecillitati ſexus earum? ſequitur Nouar. priuileg. 37. & 101.

Et eſt adeò uerum, quòd etiam ſi expreſ-
5 ſa derogatio dictæ legis Vnicæ adeſſet in alio priuilegio, quod inde fuerit confirmatum, referendo ſe ad illud priuilegium, non cenſetur reuocatum, niſi in hoc ſecundo adſit ſpecialis reuocatio dictæ legis, etiam ſi in hoc ſecundo adeſſet clauſula: Non obſtante, quòd de priuilegio deberet fieri expreſſa mentio, ita notabiliter Franch. deciſ. 192. ubi numer. 16. dat rationem; Quòd derogatio per relationem ad aliud priuilegium dicitur ficta, ſequitur Caſtill. deciſ. 39. & nouiſſimè Reg. Tap. deciſion. Conſil. Neapol. 49. numer. 3. Capoblanc. tom. 1. de auth. baron. prag. 8. par. 1. numer. 299. & iterum tom. 2. capit. 12. numer. 2. & ſic ſemper practicatũ uidi, ut nũquam cenſeatur derogatũ dictæ l. Vnic. niſi ſpecialis, & expreſſa derogatio, ſeu reuocatio interceſſerit

quamuis priuilegiū alias clauſulas prægnantes habuerit, Nouar. in prax. dation. inſolut. par. 2. quæſt. 4. n. 3.

Sed dubium ſtat in eo, quòd priuilegium
6 pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis conceſſum declinandi forum, ne dùm eſt impetitum in corpore iuris, & ſic in dicta l. 1. Cod. quand. Imperat. inter pupill. & Viduam, verùm etiam vigore Conſtitut. Regn. Statuimus, qua tribuitur facultas talibus perſonis forum eligendi, & aduerſarium trahendi duobus concurrentibus; primò, vt præſtent Sacramentum, 2. vt potentiam partis aduerſę perhorreſcant, & ſic dubitari contingit, ſi reuocatio continere debet hæc
7 duo, nempè dictam l. primam, & dictam conſtit. ſtatuimus, vel ſufficiat. l. Vnicam tantùm continere? Afflict. in cit. conſt. ſtatuimus nu. 15. mouet quæſtionem, & concludit debere derogari, tam dictæ l. Vnic. quàm conſtitutioni ita vt derogatio ſit his verbis; non obſtante l. Vnica, & Regni conſtitutione; ſtatuimus, aliàs reuocatio non tenet, & ita pluriès fuiſſe iudicatum teſtatur Caſtill. citat. deciſ. Sicil. 39. nu. 1.

Sed pulcra ſe offert quæſtio, vtrùm priuilegium reuocetur per ſtatutum, vel è contra? accidit in cauſa Leonardi Zengarulo Terrę Caletri, inquiſiti in hac Regia Audientia de furtis in ſtrata publica, in qua Regia Audientia præuenit in captura, & virtute Regiæ Pragmaticæ immortalis memoriæ Caroli Quinti, quæ eſt. 5. tit. vbi de delicto. ædita anno 1536. qua cautum eſt, vt præuenientes cognoſcant huiuſmodi latrones.

Curia verò Caletri potiebatur priuilegio cum clauſula cognoſcendi de vi publica, & fratura ſtratarum, conceſſo per eandem Maieſtatem Caroli V. ſub die vltima Septembris 1546. & ſic decenniū poſt pragmaticam ſupradictam, & fuit magna altercatio, ſi priuilegium tanquā lex priuata deroget vel diſpoſitio particularis ſtatuto, & ſic legi generali.

Ego, qui partes Excell. Principis Venuſij vtilis Domini Terrę Caletri tuebar, dicebam priuilegium hoc ſuperueniens derogare prædicto ſtatuto; nam quandò concurrit ſtatutum, vti lex generalis, & inde ſequitur priuilegium, vti diſpoſitio particularis, hoc priuilegium reuocare videtur diſpoſitionem generalem, quæ adempta cenſetur per priuilegium ſecūdo loco conceſſum, cap. 1. & ibi Gloſ. de reſcript. vbi Felin. num. 3. in verb. Valet ſecundum priuilegium; per clauſulam enim conceſſam in priuilegio cognoſcēdi de vi publica, & fractura, ſtratarum, cenſetur per verba iſta particularia derogatum prædicto ſtatuto; cùm etiam, quia Iuriſdictio cognoſcendi vim publicam, & fracturam ſtratarū, cum ſit conceſſa in certum genus perſonarum, cenſetur alijs abdicata, ex Grammatic. author. noſtr. deciſ. 30. & ſi diſpoſitio generalis, & ſic ſtatutum eſſet in corpore iuris, ad huc derogatur per priuilegium ſpeciale, Frāc. March. deciſ. 32. lib. 3. & ex noſtris de Franch. deciſ. 125. num. 4. qui concludit priuilegium ſpeciale in certas perſonas conceſſum reuocare primum, à quo non receſſit Sacta Audientia Barenſis, vt per Viu. deciſ. 270.

Vndè concludebam priuilegium cōceſſum in anno 1546. licèt poſteriùs prædictæ Pragmaticæ æditæ in anno 1536. præferri, & præualere, & cauſā remitti debere Curię Caletri.

Verùm quandò concurrit priuilegium antèa conceſſum, indè ſuperuenit ſtatutum generale, ſi in ſtatuto non eſt facta expreſſa mentio de priuilegio, non cenſetur priuilegium reuocatum, quamuis generaliter diſponat, Natt. conſ. 274. Afflict. in Conſt. Ea, quæ ad decuſ. num. 33.

Immò ex mente Bald. in Auth. habita, cod. ne filius prò patre, col. 7. verſ. de vno oppono, habetur non poſſe ſpecialem conceſſionem reuocari per generalem, ſed è contra, generalem per ſpecialem: exemplū dat in Vicario ſpecialiter dato, ſequitur Paul. de Caſtr. in l. cum prętor ff. de iudic. & Ann. allegat. 64. nu. 67. & 8. dixit priuilegium in ſpecie præferri priuilegio in genere, ſequitur Reg. Rouit. ad Prag. 4. de poſſeſſor. non turban. nu. 48.

Quan-

Quando enim Princeps emanat aliquod ſtatutum, vel aliquam legem generalem, non cenſetur derogare priuilegijs priuatis perſonis anteà conceſſis, maximè quandò priuilegia tranſierunt in cõtractum, quibus non cenſetur derogare, niſi ſpecialis reuocatio adſit. Vincent. Hondedei. conſ. 88. nu. 43. & ſeq. tom. 2. nec præſumitur velle reuocare, nec immutare illud, quod ſemel fuit firmatum, & factum eius authoritate, Roman. conſ. 334. nu. 5. Decian. conſ. 35. nu. 4. lib. 2. & poſt iſtos Gerius Spinius conſ. 11. nu. 27. Capoblanc. tom. 2. cap. 12.

Petra hic nu. 4. concludit, quòd ſi pater, & filius habent priuilegium, & illud Patris reuocatur, cenſetur reuocatum etiam illud filij, tu adde Nouar. Collect. 227. nu. 7. & quæſt forenſ. 98. nu. 2. 5. & 11. par. 1.

Mari hic nu. 8. quem adduxi in meo 2. tom. de pugna doctor. tit. de elect. fori cap. 1. n. 20. tangit punctum variationis, vndè pro ipſius practica ſciendum eſt, quòd perſonæ priuilegiatæ poſſunt variare, & reuariare vſque ad tertiam vicem, & licèt hæc practica variationis ſit ab omnibus amplexa, cùm quotidiana, frequens & vtilis ſit, & ſignanter, Nouar. fecit amplum, & vtilem tractatum de electione fori, vbi practicam iſtam vtiliter exornat, & ad eum eſt ſemper recurrendum, tamen ego, ne ieiunus euadam, paucis in hac re ero contentus: & eſt ſciendum, quod huiuſmodi perſonæ priuilegiatæ poſſunt eligere forum, tamen competẽs, nempè Curiam domicilij, originis, vel delicti, ſiuè alia Tribunalia Regia, nempè Regiam Audientiam Prouincialem, vel M. C. V. non tamen poſſunt eligere Præſidem alterius Prouinciæ, vel Iudicem ſecundarum cauſarum, aut alium iudicem, Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 1. num. 336. & hic actus forum declinandi competit vſque ad tertiam vicem, exemplum eſt: facta electione in vno ex dictis Tribunalibus domicilij, originis, vel delicti poteſt eligẽs variare, nempè ad Regiam Audientiam, vel M. C. V. de indè poteſt tertiò reuariare ad vnam ex dictis Curijs, & vltra hanc tertiam vicem non licet variare, Carauit. in Rit. 233. nu. 20. nàm quilibet actus alicui competens, non vltrà tertiam vicem conceditur, argumẽt. l. Boues §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignificat, vt in barone habente poteſtatem confirmandi Syndicum, & Electos, non poteſt vltra tertiam vicem cõfirmationem prætendere, vt fuſiùs dixi in tract. de Pugn. Doctor. tit. de priuileg. baron. cap. 2. per tot.

Cum hac tamen diſtinctione articulus iſte venit intelligendus, nempè, vt quando fit variatio de Curia domicilij, delicti, vel originis ad R. A. vel M. C. debet præſtari iuramentum perhorreſcẽdi potentiam partis aduerſæ, quod iuramentum debet præſtari per principalem, vel procuratorem habentem ſpeciale mandatum vel coram ordinario loci, Capoblanc. prag. 8. par. 1. nu. 342. & ſi per pupillum fit, poteſt fieri per tutorem.

Et practica eſt, quòd ſi præſentatur memoriale, uel petitio, in qua uariatur per principalem, ipſe principalis tũc temporis examinatur cum iuramento electionis, uel uariationis ex cauſa perhorreſcẽtiæ; ſi uero præſentatur per procuratorem, prouidetur in dorſo ipſius; quòd accedat Commiſſarius, qui in partibus, ubi principalis degit, informationem capit, & principalis examinatur, & cum iuramento repetit id, quod in Tribunali Superiori per eius procuratorem fuit expoſitum.

Quando uerò uult uariare de tribunali ſuperiori ad unam ex Curijs prædictis, quia cenſetur ſuſpecta uariatio, ex quo Regium tribunal declinat, adhibentur diligentiæ, ſi uarians remiſerit, uel ſit mortuus, uel ſi uirgo, aut uidua ſit, ad uota conuolauerit, quo caſu non admittitur uariatio, nec remiſſio conceditur, quia ius eſt quæſitum tribunali electo, Carauit. Rit. 233. nu. 12.

Inde quando uoluerit tertiò reuariare, & ſic forum electum, uel uariatum declinare, & aliud ſuperius adire poterit, nulla diligentia adhibita, ſed ſufficit, ut aſſerat potentiam partis aduerſæ timere: uerùm electio,

electio, & variatio competit in quacumque parte iudicij, etiam lite conteſtata, etiam lite appunctata, Capoblac. tom. 1. prag. 8. par. 1. n. 339.

Sed ſi in electione non fuit præſtitum iuramentum, debet, electione non obſtante, cauſa remitti ad baronem, de Franch. deciſ. 257. Capoblanc. ibid. nu. 342. & plurieś ego obtinui remiſſionem pro baronibus, detecto hoc defectu iuramenti non preſtiti.

Tu ſcis, quod non poteſt tractari de remiſſione, niſi inquiſito exiſtente carcerato, iuxtà prag. 6. §. 25. de offic. Iuſtitiar. pro cuius obſeruantia, & practica eſt in Regno communis cantilena, quando petuntur remiſſiones cauſſarum, tàm per barones, quàm per inquiſitos, & nõ exhibetur ſimul fides carcerationis prouidetur, conſtito de carceratione, prouidebitur, ſi uero fides carcerationis pręſentatur, prouidetur, & datur terminus ſuper remiſſione, Pone, quòd reus extrà carceres reperiatur, & petatur per perſonam priuilegiatam variatio, an requiratur, vt reus ſit carceratus, prò vt obſeruatur in alijs remiſſionibus? Capoblanc. videtur ſibi contrarius, nam tom. 1. de auct. baron. prag. 8. par. 1. nu. 346. dicit non dari diuerſitatem rationis inter articulum variationis, & remiſſionis, & pro inde concludit non poſſe tractari de variatione, niſi reo præſentato.

In 2. tom. cap. 51. nu. 23. & ſeq. contrarium aſſerit, nempè, quòd poſſit tractari hic articulus, etiam reo non præſentato, & ſic fuiſſe per M. C. V. deciſum teſtatur, ea ratione, quia in variantis voluntate ſit proſequi iudicium, pœnes iudicem variatum.

Hoc dubium aliàs occurrit, & hæc quæſtio fuit ventilata per Carauit. Rit. 205. vbi fuit dubitatum, ſi poterant barones remiſſionem perere ſuorum vaxallorum inquiſitorum citra ipſorum arreſtum, & carcerationem, & licèt barones pro affirmatiua prætendiſſent, ea ratione, quia poterant ad eorum voluntatem ex baronali auctoritate per ſe, vel per eius officiales capi facere inquiſitos; tamen Carauit. concludit non poſſe hunc articulum tractari, niſi præcedente carceratione, & ex hoc fuiſſe emanatam prag. prædictam.

Vndè ego à maioritate rationis argumentum ſumens, dico, quòd dum baronibus petentibus, & largas habenas habentibus vaxallos inquiſitos carcerãdi, denegatur tractare cauſarum remiſſionem, niſi, fide carcerationis præſentata, quanto magis debet denegari variantibus petentibus, ne dum enim variantes non habent poteſtatem carcerandi, pro vt barones, verùm etiam ſi abſque officialium licentia carcerarent, inciderent in pęnã priuati carceris.

Vlterius, dum prag. citata generaliter loquitur, & dirigitur officialibus, quibus prohibet non poſſe de remiſſione tractare, niſi, reo pręſentato, generaliter debet intelligi, & ſiuè tractetur de remiſſione, ſiuè variatione, vel reuariatione; ſemper eſt exhibenda fides carcerationis, vt de ea tractetur, & pro inde concludo in nullo ex iſtis caſibus poſſe de remiſſione tractari, niſi, reo in carceribus præſentato.

Quid autem poſt quam vidua, Virgo, vel alia perſona priuilegiata poſt forum electum, vel variatum, mutauerit ſtatum, nempè, ſi vidua, vel virgo virùm duxerit, vel remiſerit, aut alio modo cõditionem mutauerit, an competat remiſſio? hunc articulum tangit Capoblanc. citat prag. 8. par. 1. nu. 341. & remittit ſe ad Giurb. deciſ. 82. & Viu. deciſ. 511. quæ deciſio Viuij non reperitur impreſſa in volumine Deciſionum, pro vt ego diligenter perpendi, & quærere volui, ſed hanc materiam fuſius tractaui in tom. 2. de Pugn. Doctor. tit. de electi on. fori cap. 4. cui te remitto, ne exemplare videar.

Sed pro coronide quæri poteſt, ſi ſtatim facta electione vel variatione, cenſeatur ligatæ manus iudicis variati, vel requiratur inhibitio iudicis ſupremi? & in hoc ſciendum, quod Franch. deciſ. 294. teſtatur fuiſſe per S. C. deciſum non requiri inhibitionem iudicis ſuperioris, ſed ſtatim facta electione iudex declinatus efficitur

ſicitur incompetens, ſequitur Capoblanc.cit.loc.nu. 340. & tangit Muicateli.pract.de appellat. Glof. in forma, n.36.propter efficaciam, & vim l. Vnic. & ſic ſeruari in Regno Siciliæ Muta teſtatur deciſ.Sicil.29.num.5.Hodie verò per Regiam nouellam pragmaticam, 89.capit.quæ eſt 10.de offic.iudic. cautum eſt poſſe præfigi terminum varianti ad procurandum tranſmiſſionem actorum,quo elapſo iudex variatus procedat in cauſa,ex quo colligitur, variationem factam,eſſe tanti ponderis,vt abſque inhibitione ſint ligatæ manus iudicis variati, quod de iure reperitur cautum, vt per Franch.cit.deciſ.294.ad fin. & per Muſcatell.citat.loc.tu adde, quòd ſi facta electione, iudex variatus in cauſa procedat fortè confiſus, quòd literæ inhibitoriales requirantur,nulliter, & minus iuſtè procedit, Caſtill. deciſ. Sicil. 48.n.10.

Petra hic nu.8.obiter tangit articulum,quo iure Clericus habet electionem fori, & quandò accuſat, quid operetur illa proteſtatio(citrà pœnam ſanguinis)& vtrſique ad ſaturitatem ego dixi in tom.1. de pugn.Doctor.tit.de Cleric. capit.4.à nu.26.ad 37. & multum elaboraui cum nouo Auditore D.Franciſco della Cueua Hiſpano, vt affirmatiuè crederet, quod Clericus habet electionem fori, quandò agit prò bonis Eccleſiæ, & prò offenſa facta ſibi;negabat enim hanc fori prærogatiuam habere, quia vt ipſe dicebat,Clericus non reperitur comprehenſus in l. 1. Codic.quand.Imper. Int. pupill. & vid. & coactus fui ad demonſtrationem veritatis, magna librorum reuolutione id ad partem demonſtrare, & adduxi, ne dum DD. per me relatos citat.loc.verùm etiam,& alios per Petram non adductos,nempè Viu. deciſ.27.nu. 3.Nouar.quæſt.Forenſ.tom.1. quæſt.7. Reg.Tap.in conſtit.ſtatuimus, nu. 23. & ſeq. quibus viſis aequieuit, & ciedidit quod locutus ſum, ego autem non ſum humiliatus,non lætatus,ſed admiratus.

Cætera vide quæ dixi in meo 2. tom. de pugn.doctor.tit.de electione fori, & ſoro competent. & poſt ibid. dicta Ricc. Collect.300.in princip.

Haluſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXI.

SVMMARIVM.

Euictio an debeatur, ſi non fuerit denunciata, n.1.2.3.& 4.

An habeat locum aduerſus liquidationem inſtrumenti, n.6.7.& 8.

An debeatur pro ſententia lata per arbitros, n. 10.11.12.13 & 14.

An debeatur ſi contractus ſit nullus, num. 15. & 16.

ORdinem proſequendo, ſequitur hæc deciſio 21. quæ de duobus tractat. primò, vtrum Clericus venditor, teneatur de euictione, & coram quo iudice poſſit conueniri, & Clericus auctor laudatus,an declinet forum. 2.de euictionibus.

Et Petra hic nè dum materiam Clericorū tangit, verum etiam priuilegia Neapolitanorum,& Mari iuxta poſita per Aucto. rem, materiam Clericorum proſequitur.

Quòad primum non me extendam, cùm periculoſum videatur de his loqui, vt conſulit Auctor hic, num. 16. vnde hæc materia dimiſſa,tantùm de euictione tractabo, de qua Auctor nullibi tractat, & indè Petræ ad materiam priuilegiorum Neapolitanorum reſpondebo.

Et prò inde tu ſcis,quòd vulgatum eſt, venditorem teneri de euictione,quamuis nō promittatur, cùm de natura contractus intelligatur,vulgatis iuribus,quod intellige, dummodo emptor illam venditori
1 denunciet,quæ denunciatio, & laudatio Auctoris, ſi non fuerit facta in prima inſtantia, poterit fieri in ſecunda inſtantia, vel ſi in prima inſtantia fuerit facta non formiter, poterit in ſecunda proſequi, Moſcatell.pract.ciuil.par.3.Gloſ. nominet, nu.11.nunc quæritur, an euictio cadat,ſi non fuerit denunciata? pro affirmati-

matiuá concludas, quia omnino denun-
2 ciatio requiritur, licèt Marant. citat. par.
6.membr.4.nu.1.dicit, quòd emptor de
euictione agit, etiam non facta denun-
ciatione, Surd.decis.22.dicit, quòd quã-
dò conſtat de iuſtitia emptoris, euictio
cadit, etiam non facta denuciatione; Ego
verò contrarium ſubſtineo, quòd emptor
nempè teneatur denunciare litem mo-
tam, & euictionem, & venditorem requi-
rere, vt veniat ad ſuſcipiendum onus iu-
3 dicij, & ſubminiſtrandum expenſas, &
petendum vnica ſententia, ſimultaneo-
que proceſſu condemnari dictum vendi-
torem ad prætium, vna cum intereſſe;
4 per hæc enim verba cogitur venditor ad
euictionem, & defenſionem, Capic. de-
ciſ.106.nu.2. & ſi diſtulerit denunciare,
habetur prò non denunciata; nam ſi per
longam dilationem ad denunciandum
probationes venditoris perijſſent, non
tenetur de euictione, Vrſill. ad Afflict.
deciſ.49.Marant.par. 6.membr.5. num.
Hyeron.de Laurẽt.deciſ.Auenion.111.
nu.7.

Sed quæri poteſt, verùm euictio cadat in
5 inſtrumento liquido, & eius exceptio
impediat ipſius liquidationem? Hyeron.
de Laurent.deciſ.111.nu.8.teſtatur fuiſ-
ſe inſtrumentum liquidatum, non obſtã-
te euictione oppoſita, Galter. qui mul-
tos congerit in tract. de liquid. inſtrum.
tit. Aduertat ad debita, & cauſſas, nu.54.
& 55.teſtatur impediri liquidationem
ex exceptione euictionis oppoſitæ, addit
tamen non impediri quotieſcumque vẽ-
ditor offerret cautionem de reſtituen-
6 do in caſu euictionis, ego verò non ſic
ſimpliciter, & inſipidè, hoc dictum Gal-
terij intelligo, nàm eſt diſtinguendum;
quod, aut opponitur exceptio euictionis
ſequutę ex cauſa litis motæ, vel immi-
nentis, & tunc, cùm alia requiruntur, nõ
7 impedit liquidationem: aut verò euictio
eſt ſequuta, nempè per ſententiam latã,
cuius vigore res euicta eſt effectualiter
8 ablata, & tunc hæc exceptio impedit li-
quidationem, ad hoc enim, vt euictio ca-
dat, debet conſtare, quòd ſententia eſt
exequuta, Ann. Singular.471. num.3. &
allegat.141.nu.3. & non ſufficit produ-
cere proceſſum euictionis, ſed ſententiã
executã: euictio enim, quamuis ſenten-
9 tia lata, non debetur, niſi ſententia ſit
executa, Ann. filius conſ.15.& debetur,
& liquidatur inſtrumentum etiam ſi pa-
ctum ſit, quòd, venditor teneatur de eui-
ctione, de Franch. deciſ. 239.num. 5. &
quandò caſus occurrit, decreui, quòd li-
quidetur inſtrumentum; & aliàs, quod fa-
cto depoſito, & repoſito prætio in tutũ,
prouidebitur, exemplo eorum, quæ dicit
Oſaſc. deciſ.24. Marant. par.4. membr.
5.nu.4.

Sed pulcra ſe offert quæſtio, an euictio de-
10 beatur ex ſententia lata per arbitros?
Bartol. in l. ſi dictum, §. ſi compromiſſe-
ro, ff. de euiction. pro negatiua conclu-
dit, quem ſequitur Angel. in l. ſi quis ma-
11 ior cod. de tranſactionib. in princip. ego
vero diſtinguendum arbitror: aut arbitri
ſunt electi à parte; aut verò ſtatuto di-
ctante: ſi primo caſu, de eorum ſententia
non cadit euictio; ſi verò ſecundò caſu,
12 ſecùs, & cadit, quia ſtatuto cogente eſt
factum compromiſſum, & eorum ſenten-
tia operatur, Petrus Benintend. deciſ.
Bonon.21.nu.14. Abb. conſil.31. lib.2.
Mare quæſt.134. Roman. ſing. 468.
13 Cremon. ſingul.31. quod tamen intelli-
go, ſi in inſtrumento adeſt clauſula: vt
14 pro quacumque cauſa debeatur euictio,
tunc etiam ex ſententia lata ab arbitrio
electo à partibus cadit euictio, declara-
tur tamen, vt ſententia ſit exequuta, &
res effectualiter ablata, vt ſupra dixi.

Amplia euictionem deberi, etiam ſi ille cõ-
15 tractus, in quo fuit promiſſa, ſit nullus,
Lanar. conſ.79. num. 10. hoc enim caſu
agitur de intereſſe vigore promiſſionis,
16 Magon. deciſ. Florent. 137. quòd inte-
reſſe, & expenſæ factæ in lite euictionis,
debentur, etiam re non euicta, quando
eſt pactum, Theſaur. deciſ.86.

Cætera materiam concernentia euictio-
nis, habebis in tom.2. de Pugn. Doctor.
tit. de euiction.

Reſtat nunc, vt promiſſa ſeruem, & reſpon-
deam dictis per Petram hic quòad im-
munitatem Neapolitanorum, de quibus,

cum

cùm ſeparatum capitulũ feci in 2.tom. de pugn.doctor.tit. de priuileg. Neapolitan. ibi te remitto, ne duplicatum ſermonem de vna, eademque materia facere videar.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXII.

SVMMARIVM.

Stuprum quomodo probetur, n.1.
Acclamatio mulieris, an probet, n.1.
Virginitas naturalis eſt, & ſemper præſumitur, n.1.& 2.
Virgo ſtuprata an habeat electionem fori. numer.3.

ET *depopulati ſunt Vrbem in vltionem ſtupri, Geneſ. cap.34. n. 27.* Senec. lib.3.controu.21.fol.mihi 159, valdè exclamar contra ſtupratores, & videtur annuere: minus malum eſſe occidere, vel veneno necare, quàm ſtuprare; Nimirum ſi Sacrum Conſilium in hac deciſ. 22. rigorosè proceſſit contra ſtupratorem, illumque ad triremes condẽnauit, & ad ſtupratæ dotationem, & videtur ſe conformare cum alia deciſione infra 107. cum vtraque de ſtupro, eius
2 pœna requiſitis, & probatione tractet, tamen ratione facti à veritate differunt: hæc enim continet, vt ſtuprator condẽnetur ad dotandum puellam ſtupratam, vltra pœnam triremium per ſeptennium & illa deciſ. 107. fuit ſtuprator abſolutus, tàm à relegatione, quàm à conſignatione doris, ratio diuerſitatis colligitur, quia hæc Palomba virgo ſtuprata erat
2 immatura vix ſeptennium excedens, & ſtuprator confeſſus fuerat delictum, in deciſ. verò 107. illa Antonia ſtuprata erat viliſſimæ vitæ, & leuis famæ, fuit ab alio prius cognita, & Auguſtinus ſtuprator erat bonæ conditionis, & famæ, me-
3 ritò diuerſæ ſententiæ ſunt prolatæ diuerſæ enim cauſarum ſpecies diuerſas in ducit ſententias, vnde de ſtupro, & ſtupratore ſermonem hic facere cõgruum eſſet, verum quia materiam plenius diſſerui in tom. 2. meæ Pugn. tit. de ſtupr. ibi te remitto.

Verum tamen eſt aduertendum, quòd Petra hic articulũ proſequitur, & viam aperit, quomodo ſtuprum probetur? & quòd acclamatio mulieris probatur per duos
4 teſtes, cùm inditiũ remotũ ſit, & de iure indicium remotũ per duos teſtes eſt probandũ, & inſuper, an credatur mulieri aſſerẽti ſe virginẽ, cùm virginitas naturalis ſit, & præſumitur, niſi contrarium probet ſtuprator, vt Mari hic n.5. adducit, & ego dixi tom.1.tit.de inſtrum.cap. 1.n.32.

Mari hic tangit articulum, an virgo ſtuprata habeat electionẽ fori cõtra ſtupratorẽ & pro affirmatiua ego cõcluſi in meo 1. to.tit.de offic.in gener.c.12.n.21.& 22. Vlterius hanc deciſionẽ Gramm.22. ſecutus eſt Thor.tom.1.comp.dec.verb, ſtupr.ſ.fol.mihi 525.col.2.& poſt DD. per eum allegatos, Viu.dec.299. Guttier.canon.quæſt.cap.37.lib.1. Ludouic.deciſ. Lucenſ.17.n.16: Menoch.de arbit.Iudi. caſ. 294. Matteſilan. ſing. 99. Theſaur. deciſ.3.& Mut.deciſ. Sicil. 77.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXIII.

SVMMARIVM.

Nobilitas quid ſit, n.2.3.& 4.
Nobilitas quibus modis acquiratur, num.5. & 6.
Feudatarius an dicatur nobilis, n.7.
Profeſſores, & licentiati an dicantur nobiles, n.8.
Princeps ſi nominauerit quem nobilem, an dicatur nobilis, n.9.
Nobilitas quomodo amittatur, à n. 10. ad 16
Nobilitas quomodo cõſideratur à n.17.ad 22.
Nobilibus quæ negotia poſſunt committi, nu. 23.& 24.
Vxor nobilis, ſi duxerit virum plebeium, an amittat nobilitatem, n.25.& 26.
Vxor plebeia ducens virum nobilem, an dicatur nobilis, n.27.

Filius an dicatur nobilis ſi habet patrem nobilem, matrem verò ignobilem, n.28.
Nobiles in quibus carceribus carcerantur, nu. 29.
Nobilis quando debet allegare nobilitatem, nu.30
Nobiles de Sedili Neapolitano quando volunt ſe congregare, quomodo agunt, n.31.
Nobiles an poſſint condemnari ad triremes n. 45.46.& 47.
Iniuria facta vni de familia, an omnes de familia afficiat, à n.32.ad 43.
Et in quo gradu intelligatur. ibidem.
Maritus an agat pro offenſa facta vxori, & è contra, ibid.
Remiſſio partis offenſæ, ad quem finem fiat, n. 43.

E*St in Ciuitate hac vir nobilis*, 1. Reg. cap.9.n.6.

Boet. de conſolat. lib.3. proſ.3. fol.45. litera H. dicit, quòd nobilitas ſanguinis eſt inane, & inutile nomen, quia nihil verè nobilitat hominem, niſi virtus, & verſus adducit:

Quid tibi nobilitas, quid clarum nomẽ auorũ,
Si ſeruitus vitijs factus es ipſe tuis.
Nobilis eſt enim ſi quis virtute refulget,
Degener eſt ſolus, cui mala vita placet.

Tamen Bouadill. tom.1. politicor. l.1. cap. 4. num.7. nobiles aſſerit eſſe valdè honorandos à Principibus, immò in delictis pœna in nobili minoratur, vt legitur in hac deciſ.23. in qua tribus de cauſis Sacrum Concilium ex narratis per authorem hic condemnauit D. Cæſarem Spes filium Capitanij Spes inquiſitum de homicidio in perſonam cuiuſdam Presbyteri ad ſeruiendum in Regijs triremibus per decennium, ita tamẽ, quòd in caſu neceſſitatis poſſit ad terram deſcendere cum aliis militibus, quarum prima eſt, quia presbyter defunctus pluries eundem Capitaneum patrem inquiſiti in domo, cornutum, & eius vxorem meretricem iniuriauit, de nocte proiiciendo lapides, quo caſu ipſi filio licebat pro pria authoritate ſe vendicare, etiam ſi modum excedat, ratio eſt, quam tangit Author hic num.1. quia iniuria facta vni de familia, totæ familiæ facta cenſetur, & cùm inquiſitus ſit filius parris iniuriati cornuti, & matris iniuriatæ meretricis, cùm huiuſmodi iniuria communis reputetur, ex quo pater, & filius vna, & eadem perſona cenſentur, meritò licita erat vindicta.

Secũda, quia Cæſar inquiſitus nobilis erat, quo caſu in nobili pœna minorarur, quod tu intellige in pęnis corporalibus, ſecus pecuniarijs, Reg. Rouit. ad prag. primam de pœn. nu.14.

Tertia, quia ipſe inquiſitus erat etiam minor, & in minori pœna minorari debet.

Quartam addo ego, quia merita patris opꝫ rantur, vt in filio inquiſito minoretur pęna, ſequitur *M*ari hic nu. 17. vnde in quolibet capite neceſſe eſt aliqua diſſerere ad rerum cognitionem.

Et primò quoad nobilitatem, pro qua *Au*thor infra deciſ. 32. aſſerit fuiſſe pęnam minoratam, & ego de ea tractare promiſi ſupra deciſ. 14. Licet Thor. tom. 1. compend. deciſ. verb. Nobilitas, fol. mihi 353. & ſeq. multa de nobilitate afferat, tamen vltra per eum dicta, ego colligã; & pro inde de pluribus videndum eſt. Primò Nobilitas, quæ ſit, & ſic Nobilis quis ſit. Secundò, quomodò acquiratur. Tertiò, quomodo amittatur.

Quoad primum, Nobilitas latinè dicitur, quæ gręcè (Eugenia) appellatur, & eſt Maiorum claritas, Ariſtot. lib.2. rethor. Boet. liq 1. proſ. 6. de conſolat. dicit, quòd nobilitas eſt quædam laus de meritis parentum proueniens, vnde nobilis dicitur ille, qui ex bono prodiit genere, Reg. Rouit. conſ. 80. nu. 3. dicit, quòd à maioribus, non autem à patre prouenit, ſed naſci à principibus fatuitum eſt, ex ſententia Tacit. vnde, & ſic ad ſecundũ deſcendendo; Nobilis eſt ille, qui nobilitatem ſibi acquiſiuit, & ſe nobilitauit moribus, & vita, & ille philoſophus dicit quòd melius, vt in te parentes glorientur, quàm tu in parentibus glorieris; ad nihilum enim bonitas, vel nobilitas cognatorum prodeſt, niſi nos ipſi boni, & & nobiles fuerimus moribus, & vita, vnde Marant. conſil.47. num.8. dicit, quòd no-

nobilitas potius conſideratur, ex moribus, & virtutibus, quàm ex ſanguine; vnde ille Poeta dixit.

O Poca noſtra nobiltà di ſangue.
Si Gloriar di te la gente ſai,
Qui giù doue l'affetto noſtro langue.

Capic. verò deciſ. 27. num. 23. dicit, quòd
nobilis dicitur ille, qui ſubiectum nobi-
3 lius habet; Neapodan. autem in conſuet.
Neap. ad Procem. Caroli nu. 215. dicit,
quòd nobilior eſt ille, qui prudentior eſt,
nemo. n. altero nobilior eſt, niſi ille, cui
rectius ingenium eſt, actibuſq; bonis im-
mò moribus bonis abundat, tu vide
Oſaſch. deciſ. 100. nu. 47. Luc. de Penn.
4 in l. militari Cod. de dignit. lib. 12. & de
Franch. deciſ. 130. qui declarat quomo-
do nobilitas probatur.

Sunt etiam alij nobiles, qui ex ſe ipſis ac-
5 quirunt nobilitatem 1. Armis, ex eis,
quæ congerit Thor. citat. loc. 2. quando
efficitur titulatus, Maſtrill. de *M*agiſtr.
tom. 2. lib. 4. cap. 13. num. 199. Tertio
Doctores per gradum doctoratus effi-
6 ciuntur nobiles, Guid. Pap. quæſt. 388.
& 389. Quarto per infeudationem ac-
quiritur nobilitas, Lanar. in repet. feudal.
S. 1. nu. 71. & ſi nobiliores habet vaxal-
los, nobilior dicitur Capic. deciſ. 27. nu.
21. Caballin. milleloq. 541. *M*enoch.
de arbitr. iudic. cent. 1. caſ. 77., tu vide
Copioſſimum Thor. compend. deciſ.
tom. 1. verbo nobilitas, fol. mihi 359.

Quod tu limita in ſubfeudatario, qui no-
7 bilis non dicitur, Guid. Pap. deciſ. 386.
& Thor. ibid.

Limita reſpectu Doctorum non procedere
8 in profeſſoribus licentiatis, quos nobiles
non iudicat Guid. Pap. deciſ. 390. nec
priuilegia Doctoralia habet de Franch.
deciſ. 111. quia aliud examen requiritur.

Sed ſi Princeps in priuilegio nominauerit
9 quem nobilem, non iudicatur nobilitas
nec ille nobilis dicitur, hanc quæſtionē
allegat. Reg. Salernit. deciſ. 36. num. 1.
quem vide, Maſtrill. de Magiſtr. tom. 1.
cap. 10. nu. 106. fol. mihi 355.

Quòad tertium nobilitas non amittitur,
nec tollitur in infraſcriptis caſibus.

Primo per ingreſſum Religionis, Villalob.
10 commun. opinion. verbo. nobilitas
fol. mihi 287. vide Ludouic. Roman.
ſingular. 37. & nouiſſimè Thor. citato
loc.

Secundò non tollitur per exercitium
11 Agriculturæ, nempè, quod ſe exerceat
proprijs manibus in ſuis proprijs poſ-
ſeſſionibus, Guid. Pap. deciſion. 41. 196.
& 392. Guttier. conſ. 1. num. 7. Coſt. de
ſcient. & ignorant. diſtint. 15. num. 10.
de Franhc. deciſio. 128. numer. 4. & 16.
Amendol. num. 3. & 4. & in cauſa inter
Robertum, & Baldaxarem Feſta præten-
dentes ſe nobiles, & nobiliter viuere, &
vniuerſitatem Sancti Giorgij opponen-
tem non debere vti nobiles iudicari, ex
eo, quia agriculturam exercebant, iudi-
caui non amitti nobilitatem ex exertio
Agriculturæ, etiam ſi proprijs manibus
fiat, dummodò ſit in propriis poſſeſſioni-
bus, ex adductis, tu vide Fab. de Ann.
conſ. 34. n. 8.

Tertiò non amittitur nobilitas, ſi quis ven-
12 diderit frumentum, Vinum, Oleum, aut
aliud ſuum, etiam minutim, nec dicitur
negotiator, Campagn. ad cap. Regn.
Porrectam, nu. 88. nec mercator appel-
lari poteſt de Franch. cit. deciſion. 128.
ad fin. Crauett. conſ. 163.

Et è contra tollitur, & amittitur nobilitas
per exercitium mercaturæ, Guid. Pap.
& Franch. cit. loc.

Quod tu limita duobus modis, 1. ſi illam
14 deſerat, nobilitatem reaſſumit, Cabal-
lin. milleloq. 794. ſecundò niſi per pro-
curatorem exerceat, Mſinger. obſerua.
54. centur. 6. Tollitur in delicto crimi-
nis leſæ *M*aieſtatis, Thor. citat. loc. &
antè eum dixerat Reg. Rouit. in prag.
1. de pæn. numer. 16. quem non adducit
Thor.

Amittitur etiam nobilitas propter crimen
15 falſi, Catalan. de indult. cap. 36. nu. 14.
& 25.

Amittitur inſuper per exercitium officii
16 procuratoris, Guid. Pap. deciſ. 88. 89.
399. ad quod adde Reg. Rouit. in ru-
bric. de procurat. numer. 12. & ſeq.
qui defendit Nobilem, & Doctorem

poſſe exercere officiū procuratoris abſque præiudicio Doctoratus, & Nobilitatis, ſequitur Taſſon. de Antefat. ver. 10. obſeruat. 2. n. 25.

Sed pulcrum ſe offert dubium, quomodò 17 nobilitas conſeruetur, & quomodò, quem eſſe nobilem conſideretur? Gerard. ſing. 33. & Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 5. num. 9. dicunt, quòd nobilitas conſideratur habendo præcedentiam in Eccleſia in ſe-18 dendo, & etiam in danda oblatione, & etiam in electione officiorum, nam in illis ſemper debent præferri nobiles, & Gaill. obſeru. 52. lib. 2. dicit, quòd in honoribus, & muneribus debet ſemper qualitas perſonarum conſiderari, vide Maſtrill. de Magiſtr. tom. 1. cap. 8. nu. 3. fol mihi 213. quamuis Marant cōſ. 103. nu. 2. dicat quòd in honoribus ciuitatis 19 Nobiles, & ignobiles pares eſſe debent, ſicut enim ignobiles incommoda patiūtur, ita, & commoda ſentire debent, ex vulg. tex. in l. ſecundùm naturam ff. 20 de regul. iur. quod ego ſemper ſeruatum vidi, vt in electione officiorum eligantur, & Nobiles, & ignobiles, vt pares habeāt adminiſtrationem; eſt verum, quòd debent eligi illi, qui habent bonum conſilium, ab intereſſe alieni, vtilitati publicæ 21 vacantes, rectitudini ſtudentes, & ab alia, paſſione, & liuore extranei: tria enim deſtruunt rempublicam, imprudens, & indigeſtum conſilium, priuatum commodum, & latens odium, & de electione officialium pro adminiſtratione iuſtitiæ latius dixi in prag. de elect. official. conſider. 6. nu. 30. & ſeqq.

Et licèt in vna, eademq; domo adſint nobi-22 les, & ignobiles, quod poteſt eſſe, & abſurdum non eſt, vt dicit Ann. ſing. 359. & propterea non ſequitur conſequentia, eſt de domo, ergo de ſedili, & proinde omnes ſunt eligendi.

Limita tamen, quòd nobilibus non poteſt 23 committi executio ſeruitiorum Curiæ, vel aliud eorum ſtatui non decens, Luc. de Penn. in capit. item ſtatuimus nu. 4. & proinde inoleuit prag. delli 89. capi, quæ eſt 10. de offic. iudic. cap. 64. eſt ſtatutum, quòd Doctores non poſſint deſtinari pro exequutione ſeruitiorum, 24 & ſi deſtinantur, ſalarium ſolitum dari executoribus datur, quod per prius cautum reperitur in iure, & ſcriptum per Reg. Rouit. in prag. 6. tit. de commiſſar. n. 10 ea ratione, quia illud negotium, in quo Doctor ſe immiſcet, eſt impropriū, priuilegio Doctoratus, quod millies fuit obſeruatum, & in dies obſeruatur diſpoſitio pragmaticæ prędictæ.

Et ad materiæ complementum quæritur; quid ſi vxor nobilis nupſerit cum viro Plebeio, an efficiatur ignobilis? Guid. Pap. deciſ. 380. mouet quæſtionem, & concludit, quod quando mulier nobilis plebeium virum ducit, ignobilis efficitur, & non retinet, immò amittit dignitatem, nobilitatemq; paternam, quod ampliat procedere ſi in tali viduitate mortuo viro permaneat, videtur enim conditionem primi mariti plebei retinere, & 26 perdurare in eius coniugio, ſi tamen poſtquam eſt effecta vidua, alium virum nobilem duxerit, reaſſumit, atque recuperat per tranſitum ad ſecundas nuptias cum nobili viro nobilitatem amiſſam per coniugium cum primo viro plebeio, Guid. Pap. ibid. & iterùm deciſ. 349. Caballin. milleloq. 566.

Et è contra, ſi mulier fuerit ignobilis, & nupſerit cum nobili, efficitur nobilis, & viri dignitatem conſequi dicitur, Capic. deciſ. 129. num. 8. quod procedere affir-27 mat, etiam ſi vir nobilis moriatur, dummodò ipſa viduitatem conſeruet, nec nubat homini inferioris gradus; priuilegium enim viri remanet apud vxorem in viduitate permanentem, Capic. ibid. & Caballin. milleloq. 137. Papon. lib. 6. tit. 9. Arreſt. 1.

Si verò habet patrem nobilem, matrem verò ignobilem, per ignobilitatem matris non denigratur nobilitas patris, Nouar. de Grauam. uaxal. grauam. 260. num. 5. tom. 1.

Si contingat nobilem carcerari, quomodo 29 debet detineri, Baldaxar. de Angel. ad Foller. tit. nel carcerentur nu. 5. mouet quæſtionem, & concludit debere fieri diſtin-

diſtinctionem,& non mancipari carceribus plebeiorum, ſequitur Nouar. Grauam.261.tom.1.Mauſon.in tract.de cōtraban.quæſt.1.num. 12.aſſerit in nobili pœnam relegationis irrogari, in ignobili verò triremium.

Sed ſi voluerit allegare nobilitatem, quo
30 tempore illam apponere poſſit? Prag. 6.de condemnat. ſtatuit debere opponi in prima,& ſecunda inſtantia, aliàs vlterius non debet admitti.

Quando Nobiles de Sedili Neapolitano
31 voluerint ſe congregare, quomodo agant, vide Reg.Tap.deciſ. 30. Conſil. Neapolit.

Explanatis omnibus nobilem materiam
32 nobilitatis concernentibus, congruum puto deueniendum fore ad aliam cauſam, qua Sacrum Conſilium motum fuit pœnam minorare, nempe ratione iniuriç factæ patri, quæ filium tetigit, cùm pater, & filius, vna, eademque perſona cenſentur, vt Auctor hic nu. 5. ex alia ratione, quod iniuria facta vni de familia, omnes de familia tangit, vt idem auctor hic n. 2.& Mari hic nu. 2. quod antea dixerat Surd.deciſ.89.

Sed dubium ſtat in eo, vſque ad quem gra-
33 dum hæc offenſio illos de familia tangat? Mari hic nu.3.dicit ex Menoch. per eum relato, arbitrio iudicis remittendū eſſe, Surd.citat.loc.& Oſaſc. deciſ. 104. nu.3.& Marant. in practic. par. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam appellationis, dicunt, quod ſi offenſus, vel iniuriatus querelauerit, inde ſe tranſegerit cum offendēte, vel remiſerit, poteſt alter conſanguineus offenſi, tanquam de fa-
34 milia accuſare criminaliter offendentem, non obſtante remiſſione offenſi, ea ratione, quia iniuria facta vni de familia, omnes de familia lędit, & ipſe in propriā perſonam venit, Caball. reſol. crimin. cent.3.caſ.289.nu.7.

Ego verò non ſic indiſtinctè hunc articu-
35 lum pertranſeo, ſed quòd debet intelligi duobus granis ſalis 1. quòd conſanguineus criminaliter tantùm agat, offenſus enim ciuiliter, & criminaliter poteſt accuſare: ſecundo vt offenſus ſit in poteſtate, vel ſtrictiori gradu cum conſanguineo, vt in patre pro offenſa filio, vel in marito pro offenſa vxoris, & è contra, non autem in fratre, & alijs collateralibus, nàm frater non dicitur propriè offenſus, ſed dolet tantùm de fratre, Marant.cit.loc.nu.61.& Petr. hic num.5.& cùm in una ex terris huius Prouinciæ appoſitus libellus famoſus in perſonam cuiuſdam, renuit offenſus quærelare, ſed procurauit, ut ſoror ſua compareret in hac R.A. & quærelaret de iniuria facta fratri, quæ ipſam uti ſororem tangebat, & quamuis fuiſſet admiſſa, introducto
36 negotio in Magna Curia Vicariç, & penes D. Ferdinandum Brancia Regium Conſiliarium tunc iudicem in criminalibus dictæ M. C. nunc uero Regentem à latere in ſupremo Conſilio penes Catholicam Maieſtatem omni laude dignum propter eius eminentiam, uirtutes, & intrepiditatem, fuit deciſum nō competere actionem ſorori, ſed quia fuit intellectum non competere eidem ſorori, uti fœminç, cum fœmina in ſubſidium admittatur in Regno ad accuſandum, ut dicit de Franch.deciſ. 382. ille offenſus procurauit, ut compareret alter coniunctus minor, & accuſaret eadem ratione, quia de familia offenſi erat, & per uiam electionis fori, ut minor hanc.R.A.adijt, quæ exemplo ſupradicti decreti nolebat electionem admittere, & minor eamdem M.C.adijt, in qua introducto negotio, referente eodem domino, fuerunt
37 expeditæ prouiſiones, quòd R.A. prouideat, prouiſionibus ad inſtantiam minoris expeditis non obſtantibus, & ſic fuit cauſa remiſſa curiæ Atripaldi adeò quòd uerificatur limitatio, quam ſupra poſui non procedere in Collaterali, quod tu nota, quia in dies euenire poteſt.

Limita etiam, quòd ſi iniuria eſt facta ali-
39 cui ab altero coniuncto, nec offenſo, ſiuè iniuriato, nec eius coniunctis competit actio iniuriarum, ſed actio in factum, exemplo eorum, quæ dicit Petr. de Rauenn.ſing.423. licèt iniuria facta ab alio coniuncto grauior, quàm ab extraneo dicatur, ex Decian. refert Mari hic n.7.

Sed

Sed quia ſupra dixi, iniuriam factam vxori,
39 virum tangere, & è contra, vt Petr. hic
nu.3. quod antea dixerat. Ant. Fab. de-
ciſ.3.tit. de iniur.ea ratione, quia vir, &
vxor vna caro, vnumque corpus à lege
exiſtimantur, cap. ad Apoſtolicam de
conuerſ. coniug. & per copulam coniu-
galem ſunt effecti vnum corpus, & vna
caro, & ſunt ſocij diuinæ,& humanę do-
mus;& alter alterius ſuorum infortunio-
rum particeps eſſe debet, Viu.dec. 167.
nu.2.4.& 7quæritur,ſi eſt facta iniuria
patri,& concurrant filij, & vxor, præfe-
runtur filii, tanquam maius ius haben-
tes,Franch.deciſ.382.

Sed pax à quibus habenda eſt, ab vxore,
vel à filiis? dicas tu,quòd ſi filii,etiam
quòd non ſunt hæredes, & ab hæredita-
40 te abſtineant, remanet in eis exiſtentia
ſuitatis, quæ ius vendicandi tribuit, &
vendicare non eſt hæreditarium, ſed
extra hæreditatem,Farinac.quæſt.13.n.
5.& quæſt.14.numer.19.& ſeq.Reg.de
Pont.de poteſt proreg.tit.de prouiſ.fiet.
ſolit.§.4.à nu. 19. ad 33. tu vero ad ma-
teriam vide quæ dixi ſupra deciſion.4.
nu.42.

Tamen in Regno eſt ſupita quæſtio,& vir-
41 tute Regiæ pragmaticæ cui competit
ſucceſſio,competit,& remiſſio ex comu-
ni omnium ſcola, & frequentiori obſer-
uantia,quæ ſic ſe habet.

Sed ſi moritur filius, & habet patrem, qui
42 non eſt hæres filii,an id procedat de iu-
re?eſt videndus Farinac.citat.quæſt.14.
num.20.ad fin.& Apont.cit.loc.ſed in
Regno ſeruatur eadem Regia Pragmati-
ca,quam adducit Apont.ibid.

Et remiſſio requiritur propter quietem rei-
43 publicæ,ex ea enim,& ex pace, inimici-
tiæ extinguuntur,Farinac.quæſt. 13.nu.
25.verſ.ſed certè.

Tertia cauſa fuit potiſſima ad minorandum
44 pęnam in præſenti deciſione minoritas
inquiſiti,vt aduertit Auctor hic, nu. 11.
& 12.& Mari hic num.12.tamen in Re-
gno adeſt diſpoſitio Regiæ Pragmaticæ
primæ de minoribus,qua cauetur eſſe in
arbitrio iudicis minorare pęnam in mi-
nore delinquente,conſiderata qualitate
facti,& perſonæ, & ego titulum ſepara-
tum feci de minor.in delictis excuſando
tom.3.de pugn.doctor.

Mari hic nu.18.dicit eſſe abrogatam formã
45 condemnationis ad nobiliter ſeruien-
dum in regiis triremibus ex prag.10.de
condemn. pro delict. de qua per Reg.
Rouit.prag.1. de pęn. num. 12. & 13. &
in prag. prædicta eſt inſertus ordo per
D.tunc Proregem per ſcriptorium expe
ditus,& cùm fuerit per ſcriptorium, in-
trat.illa difficultas,ſi mutatione,vel mor-
te concedentis expirat,unde Thor.tom.
1. comp. deciſ.uerb. nobilis an debeat
fol.mihi 357.adducit duos caſus,quibus
nobiles ad triremes fuerunt condemna-
ti ad remigandum, & inſuper adducit
cit.prag. hodie uerò ceſſat hęc pęna, &
46 nedum non condemnantur nobiles ad
ſeruiendum in Regiis triremibus, neque
etiam populares diuites, & honeſtiores,
ut refert Ricc. deciſ.19. par. 2. appella-
tione enim nobilium ueniunt diuites,
diuitijs abundantes, qui nobiles uocan-
tur;nobilitas enim ſine diuitiis ſordeſcit,
Barboſ.tit.de appellat.appellat.164.nu.
5. quod ampliatur procedere circa car-
cerationem, ita, ut ſi contingat nobiles
carcerari, non debent detineri in carce-
ribus, in quibus ignobiles detinentur,
47 ſed in carceribus nobilium, etiam ſi de
inſtrumento liquidato,uel obligatione
incuſata tractaretur, ſatisfactum enim
eſſet ritui,Nouar.de grauamin.lib.uaxall.
grauam.261.tom.1.

Heliſeus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXIV.

SVMMARIVM.

Verba enunciatiua quid operantur etiam in antiquis, nu.1.

Remiſſio partis quomodo debeat fieri in Regno, n. 2.3 & 4.

Pax facta coram præſide, & Auditore, an valeat, n.5.

Officialis fides facta de geſtis in officio, an valeat, nu.6.

Foriu-

Foriudicationis de ſententia, an dicatur de nullitate, non exiſtente foriudicato in fortijs, nu. 7. & 8.

Foriudicatio pro quibus delictis cadat, n. 9.

F*Ili ne in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto, Eccleſiaſt. cap. 11. n. 10.*

Senec. in Epiſtol. 97. fol. mihi 436. verſ. 3. dicit *Quòd nulla ætas vacat à culpa, vnde non debent delinquentes gloriari ſperantes tractu temporis à culpa delicti vacare* pro vt contingit in præſenti deciſ. 24. in qua fuit diſputatus ille articulus: An diuturnitas temporis operetur pœnæ minorationem, cuius materiam licèt tractauerit idem Gram. in conſ. crim. 39. tamen eam plenius ego diſſerui in tom. 2. de pug. *Doct.* tit. de diuturnitat. tempor. per tot. vbi remitto legentem.

Dicit Author num. 1. quòd verba enuncia-
1 tiua in ſententia inducunt præſumptionem, quod idem affirmat Petr. hic in princip. & Mari num. 3. qui concorditer dicunt, quòd ſententia poſt biennium exequitur, tu adde, quòd verba enunciatiua in antiquis probant, Ant. Faber deciſ. 6. de prob.

Ad id dicit *Aut.* num. 11. concordat Capoblanc. tom. 2. cap. 6. num. 24. vbi nu. 10. & 12. quòd tempus decem annorum dicitur longum cõcordat Farinacc. quæſt. 47. à n. 112. ad n. 121.

Aut. hic in fin. refert fuiſſe emanatam Regiam Pragmaticam, ſed tacet ſub quo titulo, tu ſcias, quòd eſt pragmatica prima tit. de ſentent. foriudicat. & refert. Reg. Rouit. in pragm. 1. de ſentent. foriudication.

Petra hic num. 3. teſtatur remiſsionem par-
2 tis abſq; interuentu officialis factam fuiſſe admiſſam, quod ego non admitto: nã in Regno adeſt Regia Pragm. 29. in antiquis, ſed 27. in nouiſsimis §. 31. & 32.
3 qua cauetur remiſsiones partium, non per ſcribas, ſed per Actuarios ordinarios recipiendas eſſe, inde ſuperuenit alia pragm. quæ in antiquis eſt prima de remiſsionibus partium, & in nouiſsimis eſt inſerta in pragm. 6. tit. de compoſit. §. 3. qua cauetur debere fieri coram Officiali loci, per quam non eſt derogatum, nec ſublatum, vt non recipiatur per Notariũ publicum dummodo actus fiat coram Iudice, ſic docet Tartagl. ad prag. final. de compoſit. num. 5. ad finem, & ſic ſemper ſeruatum, & practicatum vidi, vt remiſsiones in Regia Audiẽtia coram vno ex *Auditoribus*, tàm per actuarium, quã per quemcunque alium publicum No-
4 tarium, in alijs Curiis Regni ſimiliter coram officiali tàm per actuarium, quàm quemcumq; publicum Notarium fuerũt receptæ.

Petr. hic num. 4. aſſerit, quòd ſi fiſcus, & Iudex teſtatur pacem eſſe factam coram eis valere, ſi delictum graue non eſt,
5 quod fuit ſeruatum in cauſa Vincentij Conte Baronis Gineſtræ me pro eo patrocinante cum Franciſco Battinello, inter quos ex rixa orta fuit ſequuta pax facta coram Præſide, & vno *Auditore*, valida fuit, non obſtantibus per fiſcum replicatis.

Petra hic num. 6. tangit punctum, ſi fides
6 facta per officialem de geſtis in officio valet, de quo ſeparatum capitulum feci in meo 2. tom. titul. de electìon. fori cap. 10.

Mari hic reſoluit dubium, an poſsit dici de nullitate foriudicationis, non exiſtente
7 foriudicato in carceribus, & affirmat cõtra deciſ. de Franch. 688. fuiſſe prouisũ per Collaterale Conſilium, quòd veniat foriudicatus ad præſentandum cum guidatico duorum menſium, cuius materiã pleniùs enarraui in tract. de pugn. Doct.
8 tit. de foriudicat, tom. 1. vbi te remitto, & poſt ibi ſcripta adde eund. Mari ad Gizzarell. deciſ. 17. nu. 3. & de Toro ad reg. Salernit, deciſ. 3. n. 13.

Idem Mari tangit illum articulum, pro qui-
9 bus delictis cadat foriudicatio, de quo abundè dixi in citat. tract. tit. de foriudicat. num. 32. & ſeq.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXV.

SVMMARIVM.

Auxilium, quibus modis ſumitur, à num. 1. *ad* 7.

Auxilium quotuplex eſt, a nu. 1. *ad.* 10.

Delegatus Apoſtolicus, an valeat brachium ſæculare implorare, n. 11.

Auxilium petitum ab officiali pro capiendis malefactoribus, quando imploratur, à nu. 13. *ad* 23.

Declara, vt num. 17 *&* 18. *ad n.* 23.

Auxilium datum in delicto tribus modis conſideratur, à n. 24. *ad n.* 33.

Auxiliator ad hoc, vt puniatur, debet probari deliberatè, expreſſè eſſe coadunatos ad committendum delictum, n. 25. *&* 25.

Deliberatio an præſumatur, n. 29.

Auxilium in dubio an præſumatur caſuale, vel deliberatum, n. 28.

Auxiliantes non tenentur, ſi principales erant delictum commiſſuri, n. 34.

Auxiliantes duellantes, tàm in iure, quàm in facto ſunt excommunicati, n. 33.

Semel malus an præſumatur ſemper malus in diuerſo genere mali, n. 36. *&* 37.

Auxiliator an puniatur, non conſtito de principali delinquente, n. 38. *&* 39.

SCutum auxilij tui, & gladius gloria tua. Deuteronom. cap. 33. *n.* 29. Boet. de conſol. lib. 3. metro. 8. fol. mihi 49. litt. F. & iterum de diſciplin. ſcolar. cap. 6. litt. H. fol. mihi 121. docet, quòd in omnibus diuinum auxilium eſt imploràdum, quia Deus eſt, qui diuitias ſuæ ſapientiæ influit in animas ſapientium, & tribuit ſtudentibus gratiam cognoſcendi, cui nihil eſt difficile, & ſine quo nihil poſsibile eſt poſsideri, & niſi intus ſit, qui doceat, in vanum lingua Doctoris laborat; quo prætermiſſo, nullum ritè fundatur exordium diuinum adſit ſemper mecum, vt non de alio auxilio indigeam, dum auxilii materiam per Gram. authorem amplexam, & per Petr. & Mari hic parum tactam proſequar.

Et licèt auxilium quatruplex ſit, primum enim eſt auxilium iuris, ſecundum auxilium, quod tenentur præſtare officiales
1 regii Eccleſiaſticis, & è contra. Tertium quando officiales capiũt delinquentes,
2 & pro illis capiendis auxilium à ſubditis implorant. Quartum auxilium, quod præſtant ſocii alus ad delinquendum, & ſuper
3 hoc vltimo eſt noſter ſermo, verùm, antequam illum aggrediar, quodlibet ex prædictis enarrabo, inde nonnullis per Authorem Petram, & *M*ari allegatis reſpondebo.

Primum enim auxilium, quod eſt iuris, dicitur ſuffragium, ſiuè beneficium iuris,
4 verificatur ex illa cautela, qua cauti cauſidici vtuntur, quando dicunt (reſeruat ſibi ſuffragia, ſeu auxilia iuris) ex tex. in l. cùm dominus, ff. ad ſenat. conſ. Syllan. cum etiam ex alia regula, quod fruſtra
5 auxilium legis inuocat, qui in legem cõmittit, l. auxilium, ff. de minorib. c. quia fruſtra de vſur. quod auxilium hoc modo ſumptum Græcè dicitur Boitiua,
6 ab auxilior, Hæbraicè verò *Hezer*, à verbo *Hazar*, & auxilium, adiutorium, adiuuamen, firmamentum idem ſunt, & pro miſcuè ponuntur, licèt aliqui prætendũt
7 differre, & quid habetur ex multis locis Sacræ paginę, vnde Virgil. 2. Aeneid. in hæc carmina prærupit:

Adſpice nos hoc tantum, & ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma.

Quoad ſecundum, nempè auxilium, quod
8 præſtare debent officiales Laici, & Eccleſiaſtici ad inuicem, quod vulgò dicitur brachium, & dicitur brachium, quia in brachiis eſt fortitudo auxilii, & hoc auxilium, ſiuè brachium duplici modo conſideratur, Primò inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, vel iudices æquales, & parem iuriſdictionem habentes. Secundò, à iudice ſuperiori ad inferiorem, de quo plenius dixi tom. 1. de pugn. Doctor. tit. de brachii conceſsio-
9 ne, cap. vnic. per tot. poſt quæ ſcipta, adde Campagn. in cap. ſubditorum, num. 171. & ſeq. Parid. de ſindicat. verb. Brachium

10 chium fol. 185. in partis ad Gaill. lib. 1.
obſeruat. 115. & poſt iſtos omnes Boua-
dill. lib. 1. politic. cap. 17. & 18.

Sed an delegatus Apoſtolicus valeat bra-
11 chium ſæculare implorare? vide Roland.
à Vall. conſ. 37. lib. 4. n. 1.

Et de auxilio petito inter iudices pares, vel
duos Barones, eſt videndus Reg. Rouit.
12 ad prag. 2. & 3. tit. de iuriſdict. ad inuic.
non turband. vbi plura notatu digna
habes.

Quoad tertiam ſpeciem auxilii, quando
nempe officiales capientes delinquen-
13 tes, auxilium à ſubditis implorant,
quod duplici modo poteſt committi,
primo committendo, ſecũdo omittẽdo.

Quo ad primum, & ſic, committendo, nem-
pè, quando inferior pro auxilio requiſi-
tus ſe opponit, vim, & violentiam infe-
rendo, vel vires officialis refrenando, im-
14 pediuit, ita vt inquiſitus captus à manib.
capientis aufugit, Caball. caſ. 8. n. 39. &
ſeq. punitur pœna impoſita per Franch.
deciſ. 442. Garſia dict. 436.

Aut uerò ſecũdo caſu omittendo, nempè,
quando inferior, ue l uaxallus requiſitus
16 ab officiali auxilium præſtare pro inqui
ſito capiendo negligat illud dare, dici-
tur auxilium negare, & conſequenter de
auxilio non præſtito tenetur, l. 1. cod.
de iis, qui latron. ſequitur, Sequitur Reg.
Rouitus ad prag. primam de perſequẽd.
malefactor. n. final. vbi habetur ſubditos
teneri iudici auxilium prȩſtare pro de-
linquentium captura, quam concluſio-
nem intelligas pluribus declarationibus,
17 prima, quando vires officialis capientis,
non ſufficerẽt, ratio eſt, quia hoc auxiliũ
ſubſidialiter a vaxallis poſtulatur, nẽpè,
quando aliter fieri non poteſt, Bal. Sali-
cet. & alii in d. l. 1. Marant. cõſ. 131. n. 1.

Secundo declara, hoc auxilium eſſe implo-
randum à miniſtris Curiæ, quibus cadit
18 mandatum de capiendo, non autem pri
uatis, & probis viris, & officialis aliter
faciens videtur iniurioſè, & iniuſta man-
19 dare, & nedum obedientia non debe-
tur, verùm etiam poteſt ei reſiſti, Maran.
citat. conſ. n. 6. ex Parid. in tract. de ſin-
20 dicat. verbo reſiſtentia, per tex. in l. de-
fenſionis facultas, cod. de iur. fiſcal. lib.
10. hoc enim officium capiendi inquiſi-
tos, vile à doctoribus reputatur, & non
debet committi hominibus bonæ con-
ditionis, & famæ, & ſi imponatur, illis
21 negantibus, nòn dicitur contrauenire,
quia id poſſumus, quod iure, & honeſtè
poſſumus, vulgat. iurib. cauti ſint ergo
iudices inſpicere conditionem, & qua-
litates perſonarum, l. ſemper, §. de iure,
ff. de iur. immunitat. & in hoc conſiſtit
prudentia iudicis in conſiderando ſtatũ
hominum, nec debet eſſe ita promptus
in faciendo mandatum, & verba præce-
22 ptiua inferendo omnibus ſic indifferen-
ter: ſermo enim prius ad limam, quàm
ad linguam venire debet, & qui inconſi-
deratus eſt, & non cogitat diſtinctionem
perſonarum, non facit rem bonam, & ſẽ-
tit mala, Salamon. Prouerb. c. 13.

Tertiò declaratur, vt auxiliũ hoc ſequatur
mediante ſalario: nemo. n. ſuis ſtipendiis
23 militare cogitur, Cãpagn. ad cap. Regn.
ſubditorum n. 168. & ſeq. Maſull. ad Ca-
pic. deciſ. 149. nu. 2. quod, ut uerum fa-
tear, nunquam ſeruatum uidi.

Quo ad quartam, & ultimam ſpeciem auxi-
lij, nempè quòd in delicto præſtatur, di-
24 cit Author hic n. 3. requiri, ut expreſsè,
& deliberatè ſint coadunati ad illud cõ-
mittendum, tu adde Boer. dec. 176. No-
uar. coll. 111. n. 2. præſumitur enim in de-
licto aſsiſtens, caſualiter eſſe, Ricc. deciſ.
34. n. 2. p. prima, & pro inde debet pro-
25 bari deliberatio, & quòd auxilium fuit
cauſa maleficii, Ricc. dec. 40. nu. 9. p. 2.
& hoc eſt illud, quod annuunt Petra hic
nu. 3, & *M*ari hic nu. 4.

Quo ad quartam ſpeciem auxilij, & aſsiſtẽ-
tiæ ad delictum, ſunt diſtinguendi tres
caſus, ut nuper adducit Reg. Rouit. dec.
15. n. 10. primus enim, an auxiliũ, uel aſſi
26 ſtentia ſunt ante delictũ; Secundus an in
ipſo delicto; tertius an poſt delictum.

Primo, & ſecundo caſu, & ſic ante delictũ,
& in ipſo delicto eadem pȩna punitur au
27 xiliator, qua punitur principalis duobus
concurrentibus, prout conſtet ibi aſſiſte-
re deliberatè ex induſtria; & quod ad cõ
mittẽdũ delictũ ſint coadunati, ut *M*ari

hic n.4. cui adde Boer.dec.176.Nouar. coll.111.n.2.Io.Amic.cóſ.53.Foller.ad prag.de duell.n.21.Secundò,quod aſſiſtentia fuit cauſa delicti,Baiard.adClar. q.90.n.15.Ricc.dec.40.nu.9.p.2.Foll. pract.crim. tit. capiat informationem n. 69.& ſeqq. non conſtito enim de deliberatione, præſumitur aſsiſtentia caſualis, Ricc.dec.34.n.2.p.1.hæc enim deliberatio quomodo probetur videndus eſt Gaball.in tract.de homicid.à n.385. ad 388. Et ſi accomodauerit Arma, vel
29 Equos,ut aufugiat,ſi ſcienter, punitur, ſi ignoranter, ſecus Maſcard. concluſ. 1392.n.17.& 18.

Si verò ſumus tertio caſu, & ſic in auxilio
30 dato poſt delictum, eſt diſtinguendum; Aut caſu acceſsit,& non operatus eſt,nó
31 peccauit, neque fugæ cauſa fuit,& tunc non punitur,accedentes,& non peccantes, non puniuntur: Aut uerò aliquid cooperatus eſt,uel in tractatu ante delictum conſcius erat, & tunc punitur ſicut & principalis, Felin.in c. ſicut dignum, de homicid. Menoch.de arbitr.iud. caſ. 349.Maſcard.concluſ.159.Caball.caſ.
32 273.n.3.& præſtantes auxilium duellantibus,tàm in iure,quàm in facto,aut illos quacunq; alia ratione ſuadentes,ſunt ex communicati ex S.C.Trid.Seſſ.25.cap. 19.tit.de reform.Caball.in tract.de ho-
33 micid. n.43. ad cuius declarationem uide modernas remiſſiones factas per dictum S. C. de anno 1631. impreſſas, ex qua magnam Doctorũ cateruã habebis.

Quam conluſionem limita non procedere quotieſcunq;delinquentes abſq; illo au-
34 xilio delictum erant cómiſſuri,& in eorum animo conceptum erat illud cómittendi,tunc adſtantes non tenentur, Caball.de hom. n. 122. Auxilium enim debet eſſe,ut ex eo delinquentes audaciores fiant,Natt.con.458.nu.3.Guid.pap. q.432.& hoc eſt illud, quod annuit Petra hic n.3. licèt non benè ſe explicauerit,quod procedit, etiam ſtante ſtatuto,
35 quòd auxiliantes eadem pæna cũ principalibus teneantur, quod debet intelligi de auxilio, ſiue aſsiſtentia, quod fuit cauſa delicti, & non de quolibet modo auxiliãdi,Marſil.cóſ.30.& doctrina Cabal.pót intelligi quoad pænã ordinariã.

Ad Gramm.n.7.ibi ſemel malus, præſumitur ſemper malus,concordat Olaſc.dec. 88.n.21.& Caroc.tract.de re furtiu. pe-
36 nès tertium repert.q.9.n.3.qui ampliat ſemel malus præſumitur ſemper malus, etiam in diuerſo genere mali; propter
37 connexionem vitiorum, quam natura habet in ſe; quod tu limita niſi probetur illum fuiſſe per tres annos continuos bonæ vitæ,famæ, & conuerſationis; Ant. corſetr.in ſingular. ſuis, verbo Præſumptio. Et licèt Mari hic nu.9. inferat neceſſe eſſe,vt pænitentiam faciat,ad hoc, vt dicatur laudabiliter vixiſſe, nempè; quod religionem ingrediatur, hoc non admitto,quia ſufficit, vt benè viuat, & quietè agat per triennium ex adductis.

Petra hic n.5. teſtatur in practica procedi contra auxiliãtem,non conſtito de prin-
38 cipali delinquente, ex Clar. & Foller. ibi allegatis,ego verò contrarium ſentio nẽpè nó poſſe,nec debere procedi con-
39 tra auxiliatorem,ſi non conſtat de principali delinquente, Farinac.conſ.60.nu. 121.& ſeq.& iterum q.131.n.54.& iterum q.3.n.4. Burg.de mod. procedend. ex abrupt.q.7.n.7.& q.23.n.110. Viu. dec.90. Nou.collect.111.n.3.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXVII.

SVMMARIVM.

Falſitas vt committatur, quæ requiruntur, num. 1.

Falſitas non dicitur,ſi iuuatur primordio veritatis,n.2.& 3.

Neque ſi eſt ſolùm verbis,nu.5.

Non dicitur. ſi apparet de mente contrahentium, quamuis verba contradicant, num. 6.& 7.

Falſitas non dicitur ſi committitur in re leui, num.8.

Falſi pæna an teneatur principalis committẽs, & mandans,à n.22.ad 31.

Iu-

Iudex an poſſit ſcribere acta uti actuarius,& inde uti Iudex firmare, à n. 32. ad 40.

Falſitas non committitur in actu nullo, à n. 9. ad 13.

Contrarium ſubſtinet author, à n. 14. ad 21.

ECcè *illuſiſti mihi, & falſum locutus es, Iudic. c. 16. n. 10.*

Senec. in lib. de tranquillit. animi. cap. 1. n. 258. fol. mihi 685. dicit: *Non induſtria inquietos, & inſanos, ſed falsè rerum imagines agitant.*

Quaſi, quod falſitas cruciat magis corpus, mentéq; peruertit, quàm aliud crimen, nimirum ſi contra falſum committentes leges inſurgūt, prout occurrit huic Ferrantello de ciuitate Auerſæ de falſo inquiſito. qui vt auth. noſter refert in præſenti deciſ. 27. fuit per M. C. V. vltimo ſupplicio condemnatus pro falſitate cōmiſſa, tamen per Sacrum Conſilium fuit reformata ſententia, & moderata pæna ad triremes vita durante, duplici ratione quia falſitas erat commiſſa in actu nullo, Secunda, quia ipſe Ferrantellus non ſcripſit falſitatem, ſed tantùm mandauit ſcribi, vndè ſtatutum pænale non comprehendit mandantem, vt author in præſenti deciſione nos docet, quem ſequitur Thor. ad Reg. Salern. dec. 27. num. 5. ſuper quo Pet. nihil dixit, & Mari hic nu. 7. pauca tetigit, nempè ſi falſitas in actu nullo commiſſa ſit punibilis, vndè ſuper his duabus rationibus, quibus S. C. motum eſt ad ſententiæ reformationem, & pęnæ moderationē diſcurſū fundabo.

Clara eſt concluſio, quòd ad hoc, vt dicatur falſitas, & ſit punibilis, tria requiruntur, dolus, intereſſe Partis, & mutatio ve-
1 ritatis, vno deficiente, non dicitur falſitas, ſed in quaſi falſitate, non requiritur dolus, Pugnatar. ad prag. de falſ. n. 19.

Quod limitatur pluribus modis, primò quādo actus, ſuper quo falſitas eſt commiſſa iuuatur primordio veritatis, non dicitur
2 falſitas, l. cum filius, §. hæres meus, ff. de legat. 2. & ibi Bart. quem ſequitur *Ma*rant. conſ. 38. nu. 5. Farinac. qui multos congerit tom. 5. de falſit. & ſimul. q. 150 par. 3. n. 106. Cabal. caſ. 66. n. 7. qñ enim
3 falſitas habet quid veritatis admixtū nō punitur, Gram. vot. 26. n. 11. Bertaz. cōſ. 168. n. 5. & ibi Claud. lit. 6. Farin. q. 150
4 p. 3. n. 106. Pugnat. ad prag. de falſ. n. 13. Marc. An. Tomat. dec. Macer. 50. n. 425

Secundò, non eſt punibilis falſitas, qñ ſolū in verbis, & non in effectu conſiſtit, Ant.
5 de Butr. in cap. dudum de conuerſ. coniug. Alex. conſ. 70. col. 4. vol. 1. ſequitur Marant. conſ. 38. n. 5.

Tertiò, nō eſt punibilis, qñ actus ſupèr quo prætenditur falsitas commiſſa, apparet
6 de mente contrahentium, quāuis verba contradicant, nō dicitur falsitas, quia ſub
7 ſtantiatur ille actus in radice veritatis, & eius ſubiectum eſt veritas, Farin. q. 150. par. 3. n. 106.

Quartò, non eſt punibilis, quando committitur in re modica, & leui, tunc etiam si
8 tria requiſita concurrant, non pæna falsi ſed leui punitur, Baiard. ad Clar. qui multos allegat in §. falſum, n. 273. & Farinac. citat. loc. nu. 111. leuis autem res, siuè modica, eſt illa, quę non excedit sūmam duorū aureorū, Baiard. ibid. Bertaz con. 8 n. 67. & Farinac. ibid. n. 111.

Quintò, quando committitur in actu nullo, non eſt punibilis, & hec eſt illa ratio,
9 qua motum fuit S. C. ad minorandum pœnam, vt author hic teſtatur, quē articulum, licet ſimpliciter diſputauerit idem Auctor, ego non ſic ſimpliciter intelligo, uarias enim ſcribentium ſententias in hoc inuenio.

Prima eſt illa adducta à Gramm. hic, & ite-
10 rū infra deciſ. 74. n. 20; & vot. 25. n. 12.

Secunda fuit Arnon. in commentar. 56. vbi per multa iura concludit falſitatem
11 commiſſam in actu nullo, non puniri pęna falſi, ſequitur Catalan. de Indult. cap. 43. n. 28.

Baiard. ad Clar. in §. falsum n. 85. dicit Notarium conficientem inſtrumentum
12 falſum, quod nullum eſt, non puniri pęna falſi, ſequendo Gramm. vot, 25. nu. 12; ſed alia pęna

Farinac. tom. 5. de falſit, & ſimulat part. 121 n. 295. infert ex multis, quos ipſe refert
13 non puniri, inde n. 296. contrariū dicit, nempè quod puniatur, & alios DD. adducit

M 2 Vn-

Vnde in tanta DD. varietate, quid iuris
eſſe referam, & dico, quod licet citati
DD. aſſerant falſitatem, commiſſam in
actu nullo non eſſe punibilem, eſt intel-
14 ligendum, vt non puniatur pęna ordi-
naria ſed tamen extraordinaria, Vulpell.
conſ. 129. n. 8. Farinac. quęſt. 150. par.
15 12, n. 36. ea ratione, quia deliquit con-
tra bonos mores, & nedum aures Iudi-
cis ſunt offenſę, verum etiam in quantũ
ad ſe malum animum demonſtrauit, &
delictum conſummauit, & in conſum-
16 matione delicti eſt attendendus non ef-
fectus, ſed affectus. l. ſi quis legatum,
ff. de falſis, Marſil. con. 27. n. 17; quan-
do enim diſpoſitio legis principaliter
conſiderat factum, & animum facientis.
non autem effectum, pro vt in materia
falſitatis, tunc falſitas commiſſa, licet
in actu nullo, punitur, ſic teſtatur Ant.
Gabriel. lib. 7. com. opin. concluſ. 39.
17 & Farinac. quęſt. 150. par. 12. num.
302. ſi aliter diceretur, oriretur mate-
ria delinquendi, & cunctis tribueretur
anſa committendi falſitatem, multoties
enim nullitas, ſuper qua falſitas fundatur
18 non eſt viſibilis, non patens, nec eui-
dens, vnde ſuccedit alia diſpoſitio iuris,
quòd quando falſitas committitur ſuper
ſcriptura nulla, & nullitas non apparet,
nec eſt euidens, tunc falſitas punitur,
19 quamuis ſcriptura ſit nulla, Ant. Gabrie-
le citat. loco qui diſtinguit in hoc pro-
poſito; An nullitas ſit circa ſubſtantiam,
vel formã; Aut in materia aut in cauſſa
efficienti, ſequitur Farinac. cit. quęſt.
150. par. 12. n 303. Caball. caſu 135.
n. 2; & Farinac. num. 304. aſſignat aliã
20 rationẽ, ſiuè limitationẽ, vt non punia-
tur quando ex falſitate in ſcriptura nulla
non oritur pręiudicium parti. & idem
Vulpell. conſ. 129. n. 8.

Vnde contra Gramm. concludo, quod
quamuis falſitas ſit commiſſa in actu nul-
lo, punitur pęna extraordinaria arbitrio
Iudicis, conſiderata qualitate perſonę,
21 & facti, quid vero in teſte faciente fal-
ſam depoſitionem nullam? vide Nouar.
quęſt. forens. 62. tom 2. quia pul-
cra dicit

Secunda cauſa, qua motum fuit S. C. ad
pęnę minorationem fuit illa, quià Fer-
raniellus, non ipſe falſificauit ſeù con-
trafecit manus Iudicum, ſed Notarius
22 Laurentius, cui ipſe commiſit, ea ratio-
ne, quià coſtitutio Regni puniens falſi-
ficantes, non extenditur ad ordinantes,
ſeù mandantes. vt Author aduertit hic,
23 n. 6; & Petr. n. 19. remittit ſe ad Capic.
deciſ. 30. concordat Vinc. Honded.
conſ. 109. n. 66. ad finem lib. 1. cuius
dictum non admitto, nam de iure puni-
tur, nedum ille, qui falſitatem commit-
tit, ſed etiam qui mandat, & ordinat il-
lam fieri, l. 2. ff. de Fals. in fin, & non
ſolum, qui eam ſcribit: ſed qui dictat, vel
24 ab alio ſcribere facit, Bartol. in l. ſi quis
obrepſerit, num 2. & 3. ff. de falſ. nedum
ex illa regula; quod agentes, & conſen-
tientes pari pęna puniuntur, verùm etiã
quia faciens, vel dictans ſcienter rem
illicitam, & falſam, pæna falſi punitur,
Honded. conſ. 100. nu. 66. lib. 1. & adeò
eſt verum, quòd ſi plures interueniunt
in falſitate, nempe vnus ſcripſit, alius ſi-
25 gillauit, alter verò dictauit, omnes pæ-
na falſi tenentur, Azon. in ſumm. ad l.
Corneliam de falſis, num. 7. & quod pari
pæna falſi puniantur, tàm principalis,
quàm tertius committens falſitatem,
dictum reliquit, Franc. March. dec. 7
num. 3. & deciſ. 737. num. 3. & poſt iſtos
omnes refert Farinac. quęſt. 150. part. 3.
num. 3. etiam ſi mandans fuerit idiota,
& literarum ignarus. Mut. deciſ. Sicil.
38. nu. 12.

Vnde concludo contra opinionem Gram-
matici puniendum eſſe pæna falſi, tàm
26 falſitatem committentem, quàm dictan
tem, ſiue illam ordinantem, & man-
dantem.

Reſtat nunc; vt reſpondeam alteri rationi
poſitæ per Grammat. hic num. 7. & Petr.
num. 18. & Mari, nu. 14. quod ſtatutum
27 non comprehendit mandantem, quod
dictum non ſic ſimpliciter intelligo; ſed
cum diſtinctione, quòd: Aut diſpoſitio
facta per ſtatutũ eſt conformis iuri com
28 muni, & tũc recipit omnes limitationes,
interpretationes, & ampliationes, quas

patitur

patitur ius commune, ſiuè loquatur in_
rem,ſiuè in perſonam,verùm quia de iu-
re communi punitur committēs,& man-
dans;ex cit. l. 2. ff. de falſ. ergo mandãs
tenetur.

Aut verò ſtatutum eſt correctorium iuris
29 communis, & ſecus erit dicendum, vt
nuper perbellè nos docet Regens Rouit.
deciſ. 15. qui num.4. ponit alium caſum
ſi ſunt duo mandantes,nempè, ſi Titius
30 mandauerit Seio, & Seius alteri,quòd
ambo mandantes tenentur.

*A*uthor hic no. 9. tangit articulum de falſi-
ficante literas Regias, vel ſigillum Re-
gium,& Petr.num. 19. tangit articulum
31 de falſificante literas Iudicis,de quibus
diſtinctum capitulum faciam, Deo du-
ce; diſcurſus enim hic deſeruit quæſtio-
ni per authorem motæ,& vltra illam non
licet me extendere.

Petr.hic num.6.teſtatur, quòd iudex non_
poteſt ſcribere acta ſua manu, & ſi ſcri-
32 bit,pùnitur,allegat Viu.deciſ.48.& Viu.
aſſignat rationem, non valet enim quis
duplici officio fungi, & idem Viu.dicit,
quòd doctrina Fclin. per eum allegata
re ipſa claudicat, vnde opinionem Viu.
ego impugno,& dictū Petræ nō admitto
33 & diſtinguendos eſſe plures caſus arbi-
tror,primum nempe, Aut ſumus in M.C.
V.& Tribunalibus maioribus Neapolis,
tunc nullatenus poteſt hoc ſubſtineri,ſi-
34 ſunt enim actuarij,ſcribæ,diſtincti, ſepa-
rati,electi,& approbati, & eorum pro-
prium eſt acta conficere.

Aut verò in Regiis *A*udientiis, vel aliis Re-
giis officialibus, in quibus adſunt actua-
rii,& ſcribæ deputati,& idem dicendum
35 eſt,pro vt in M.C.V.dixi,eſt benè verū,
quòd in caſu deficientiæ, veluti mortis,
abſentiæ,infirmitatis, vel alterius caſus,
36 ſolent Regiæ *A*udientiæ, & alij Regii
officiales deputare aliquem virum pro-
bum pro actis conficiendis, & hoc eſt il-
lud,quod annuit Viu.deciſ. 48. n.6.

Aut verò ſumus in aliis Curiis Regni, &
37 tunc eſt ſubdiſtinguendum,quod: *A*ut
ſumus in cauſis minimis, aut verò ma-
gnis,ſi primo caſu,& ſic ſi ſumus in cau-
ſis minimis, poteſt iudex conficere acta
vti actuarius, & firmare vti iudex, Vrſill.
ad Affl.deciſ.3.num.8.Guid. pap. deciſ.
38 564. vbi additio noua dicit, quòd po-
teſt Iudex eſſe Notarius,& Iudex in cau
ſa vbi exercetur voluntaria iuriſdictio,
ſed in contentioſa ſit præſens diſtinctio.

Aut verò ſumus in cauſis non leuibus, ſed
39 magnis,& non poteſt iudex ſcribere.

Sed quæ dicantur cauſæ leues, ſiue mini-
mæ? *M*aranta conſ. 34. num. 4. dicit,
40 quòd cauſa quatuor ducatorum eſt bre-
uis, & minima,tu vèro dicas quod remit-
titur arbitrio iudicis,conſiderata quali-
tate,& conditione perſonarum, vt ipſe
Marant.nu.5.teſtatur, & Guid. pap. per
Marant. non allegatus deciſ. 564. ad
finem.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXVIII.

SVMMARIVM.

Debitiſatiſfactio dulcis eſt, nu.1.

Repetitio teſtium quomodo eſt faciēda remiſ-ſiuè,nu.2.

Teſtis inueriſimile deponens,an faciat fidem, num. 3.

Veritas ſemper eſt amanda,nu.4.

Eſt ipſa iuſtitia,nu.5.

Veritas, Pax, & familiaritas dicuntur tres ſorores,immo tres bona matres,ſed tres peſ-ſimos filios generant,n.6.

Familiaritas inter officialem,& ſubditos, an permittatur,& quomodo,nu.7.

Veritas eſt fortiſſima, & immutabilis,n.8.

Eſt fundamentum omnium virtutum, n.9.

Veritatem qui amat,amat Deum.n.10.

Præfertur cunctis erroribus, nu. 11.

Veriſimilitudo eſt attendenda,quando non poteſt haberi veritas,n.12.

Falſitas, & mendacium ſunt duo impedimen-ta,quæ aduerſantur in probatione delicto-rum,nu. 13.

Veritas ſemper eſt attendenda in impingua-tione informationum,nu.14.

Priuilegium an extendatur de perſona ad per ſonam,vel de re ad rem,n.15.

Procurator an admittatur ad reſpondendum

pro

pro principali, cum mandato generali, & an requiratur ſpeciale mandatum, remiſſiuè, num. 16.

Teſtes mortui, quomodo habentur pro repetitis in odium contumacis remiſſiuè, nu. 17.

Teſtes mortui debent repulſari, nu. 18.

Priuilegium conceſſum Patri duodecim filiorum, an transeat ad filios remiſſiuè, nu. 19.

S*I enim non habes vnde reſtituas, quid cauſa eſt, vt tollat operimentum de cubili tuo, Prouerbior. cap. 22.*

Boet. in tractat. de conſolat. tit. de diſciplina ſcolarium, cap. 4. col. 12. fol. mihi 110
1 àter. & ibi gloſ. lit. I. hæc verba profert:
Creditoribus autem ſumma exhibeatur debiti commendatio, dieique præfixæ ſemper debiti fiat ſolutio, ò quàm dulcis eſt creditoris translatio; quibus verbis nos docet, vt ſolutionem debiti tempore præfixo attendamus.

Verum quia Petra hic in fine occaſionẽ mihi præbet ſermonẽ facere de debito ſoluto, & iterum petito, vel exacto, & ſic de creditore plus petente, vel bis exigẽte: creuit. n. ſic hominũ malitia, vt nõ erubeſcãt plus, vel bis petere, quod p prius ſolutum fuerat, documento Boet. non obſtante, vt præfixo die debiti, fiat ſolutio cuius materiam per ſeparatum titulũ de debito bis petito in meo 3. tom. exaraui, hic pertranſeo, & ibi recurre

Et antequam materiam aggrediar, conſiderandum non relinquo quòd Author hic & Petra n. 4; & ſeq; & *M*ari nu. 14. tractant materiam repetitionis teſtium, quo modo, nempe quando, & in quibus caſibus repetendi ſunt, quam late exaraui per diſtinctum titulum in 2. tom. de mea
2 Pugn. tit. de teſt. repet. hic eã omitto, & ibi, te remitto

Author n. 1; & 2; & Mari hic n. 1; & 2.
3 aſſerunt teſti deponenti, non veriſimile, non eſſe credendũ, tu adde quòd idem dicit Imbrian. in tractat. de repulſ. requiſit. 2. n. 88. par. 2; & eſſe adeo verũ vt in perquirenda veritate nos cogimur veriſimile attendere, inueriſimilitas enim eſt falſitatis imago, Aretin. conſ. 9. n. 2. Franch. deciſ. 153. n. 6; & in inueſtigandis criminibus, delictisque probandis tutores eſſe debemus veritatis, ſic nos docet Iureconſult. in l. 1. C. de latin. libert. toll, & ſuper omnia
4 ſemper eſt amanda veritas, l. cum ita legatum, ff. de condit., & demonſtr. Nouar. de grauamin. Vaſſall; tom 1. grauam. 297. n. 2. veritas enim, triplex eſt, 1. iuſtitiæ, 2. diſciplinę, 3. bonæ uitæ, vt gloſ. affert. in c. 2. de temp. ordin. &
5 in ca. qui ſcandalizauerit, de regul. iur. ſed prima veritas iuſtitię eſt, eadem iuſtitia, quę conſtans, & perpetua voluntas eſt, ius ſuum vnicuique tribuens, & licet
6 iuſtitia, & pax oſculatæ ſint, vt Dauid Pſal. 84. & vnitæ cum familiaritate, dicantur tres bonæ ſorores, immò tres optimæ matres vocantur: tamen tres peſſimos filios generant quæque ſuũ, Veritas Odium parit: Pax Odium generat, Familiaritas nimia Contemptum gignit: hinc Bouadill. lib. 3. politic. cap. 12. n. 5.
7 prohibet familiaritatem inter officialẽ, & ſubditos, ne contemptio ſequatur, & Iureconſult. in l. ob. ſecundam, ff. de offic. Præſid. prohibet ne Præſides familiaritatem in Prouincia habeant, ne cõtemptio oriatur, in illis verbis: Nam ex conuerſatione ęquali contemptio dignitatis naſcatur, tamen eſt confitendum,
8 quòd veritas eſt res fortiſſima, & propoſitio immutabilis, & qui eam non tuetur, proditor veritatis eſt. & expedit potius pro tuenda veritate ſupplicium pati, quàm pro adulatione, ſimulationeque beneficium obtinere, Palm. diuerſ. iur. par. prima gloſ. 4. num. 6. 7. & 8. & licèt veritas poſſit vulnerari, ſimulari, & obumbrari, Marc. Anton. Tomat. deciſ. Macerat. 50, num. 336. tamen occultari nequit, Carauit. ad prag. 2. de falsis à n. 1. ad 12. & ſignanter eſt præ oculis habenda, tuenda in probandis delictis, etiã fauore publico exiſtente, Nouar. tom. 2.
9 de grauamin. grauam. 164. nu. 6. eſtque baſis, fundamentumque omnium virtutum, Nouar. cit. grauam. 297. nu. 3. & qui veritatem amat, & ſequitur, Deum amat
10 & ſequi dici poteſt, cap. quiſquis 11. quæſt. 3. annuit Nouar. cit. tom. 2. præ-

11 lud.

11 Idd.10.num.20.qui grauam.200. num.
71. affert errorem non obſtare veritati
ſed cunctis erroribus vniuerſis præferri,
ſicuti neque opinio falſa veritati præiu-
dicat, Tomat cit. deciſ. 50. n. 337. &
n. 447.

Et quando veritas probari non poteſt, &
concurrit veriſimilitudo, ipſa eſt atten-
denda, eſtque tantę potentię, vt pro
12 veritate habeatur, Oltrad; conſ. 13.
Franch. deciſ. 153. n. 6.

Verum ſi in eodem ſubiecto concurrunt
veritas, fictio, & ad eundem finem, ve-
13 ritas præualet, affirmat Conſ. Carleual.
in tractat. de Iudic. diſputat. 2. n. 328.
Quando enim de dilucidandis, proban-
diſque delictis tractatur pro puniendis
14 delinquentibus, ſtatim aduerſantur, &
inſurgunt illa duo impedimenta, quæ cō
traria ſunt veritati, nempè falſitas, & mē-
dacium, vt perbellè conſiderat Carleual
in eod. tract. de iudic. prima, n. vnde cau
ti debent eſſe Iudices prudentes, & cir-
cumſpecti, vt in criminum probatione
veritatem attendant, quæ quando per
ampliores Homines diſcutiuntur, perfe-
ctiſſima reuelatur, Tomat. deciſ. *Macer.*
47. num. 9. & deciſ. 57. num. 31. & ego in
2. tom. ſeparatum ſermonem larga manu
imprimendum curaui in tit. de corpore
delicti.

Author hic num. 31. affert priuilegium non
extendi de perſona, ad perſonā, tu adde,
15 neque de caſu ad caſum, nec de re, ad
rem, vt plenius dixi in eod. tom. tit. de
priuileg. & eorum prioritate, cap. primo,
per totum.

Petra hic num. 11. teſtatur procuratorem
non poſſe reſpōdere poſitionibus abſq;
16 ſpeciali mandato, tu adde, quòd man-
datum debet eſſe ſpecialiſsimum, & in-
diuiduum, cum ſpecialiſsimis verbis ad
ſic, & ſic reſpondendum, vt nuper fuit
deciſum per Regium Collat. Conſilium
in cauſa Duciſſæ Naſcheræ, & *M*arche-
dæ, prout latius hanc materiam exaraui,
& deciſionem adduxi in eod. tom. 2. tit.
de procur. c. 1. per tot.

Petra hic n. 20. affert illud cōmune dictū;
teſtes mortuos pro repetitis haberi in
17 odium delinquentiū contumacium, ex
Regia Prag; quam non adducit. ſcias tù
eſſe Prag. nuncupatam delli 89. capi,
quę in noua cōpilatione hodie eſt prag.
x. de offic. vbi in S. 83. eſt cautum, vt
reo, cōtumace, & in contumacia perſi-
18 ſtente, non eſſe neceſſe repetere teſtes
mortuos, ne contumax ex ſua pertina-
cia in non comparendo commodum ſen
tiat, beneficiumque conſequatur; eſt ta-
men verum, quòd reus tenetur teſtes
mortuos repulſare, & de utroque ſepa-
ratum ſermonem feci in eod. tom. 2. tit.
de teſt. repet. cap. 4. n. 8. 9. 10; & 11.

Idem Petra hic n. 26. & Mari hic n. 29. &
30. diſputant articulum, an priuilegium
19 conceſſum patri duodecim filiorum
tranſeat ad filios, eo mortuo, cuius ma-
teriam pleniori calamo tractaui in eod.
tom. 2. tit. de patre onuſto cap. 1. per
tot. & aliqua adduxi ſupra ad deciſ. 1.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXIX.

SVMMARIVM.

Clericus contumax, an mulctari poſſit pro con tumacia, & ſi fuerit mulctatus recuperat mulctam, n. 1.

Contumacia an ſit delictum, n 2. & 3. *à nu.* 7. *ad* 11.

Bannitus in manibus curiæ aſſiſtens, an poſſit occidi, & an proditoriè, nu. 3.

Contumax pro pluribus delictis, an omnes contumacias purgare teneatur, num. 14. & 15.

Contumacia vnde dicatur, nu. 5.

Quomodo contrahatur, nu. 6.

Contumax non eſt ſine dolo, immò malitia, num. 10.

Contumacia arguit veritatem delicti, nu. 11.

Contumax non petit remiſſionem cauſa, n. 12.

Secus comparente Barone, nu. 13. 14.

Contumax quid ſoluere tenetur, quando purgat contumaciam, n. 15.

Contumax in citatione ad deponendum, vti principalis, an purget contumaciam, num. 16. & 17.

Con;

Contumax in vno tribunali, non auditur in alio, etiam inferiori, neque coram Principe nu. 18. & 19.

Contumax in Statu Eccleſiaſtico, non auditur, niſi ex gratia Papæ, n. 19.

Non opponit exceptiones dilatorias, n. 20.

Neque exceptionem litis pendentiæ, nu. 21.

Neque appellare poteſt, nu. 23.

Domus contumacis ſigillatur, nu. 22.

Ipſius bona in alienis domibus abſcondita capiuntur, nu. 24.

An habeatur pro confeſſo, nu. 25. & 26.

In eius odium teſtes habentur pro repetitis, num. 26.

Contumax ſi eſt Baro, ſuſpẽditur Iuriſdictio, num. 27.

An poſſit priuari cognitione, & in quibus caſibus, nu. 28.

Baro, ſi eſt officialis, & delinquat, an priuetur officio, n. 29. & 30.

Amittit nominationem, & electionem officialis, n. 30.

Inquiſitus, vel contumax non creatur miles, nu. 31.

An habeatur pro confeſſo, num. 32.

Contumacia ſola, quid operatur, num. 33. 34. & 35.

Contumax ex ſola contumacia poteſt torqueri, num. 36.

Perſona priuilegiata, etiam quòd ſit contumax, non amittit priuilegium fori, nu. 37.

Contumax an dicatur ex ſententia nulla, num. 38.

An poſſit condemnari ad expenſas, num. 39. 40. 41. & 42.

Contumacia an intelligatur purgata propter ſpontaneam comparitionem, & quomodo intelligatur, nu. 43. 44. & 45.

Si fuerit quis inquiſitus pro vna cauſa, & pro alia citatus, an audiatur aduerſus exceptiones propoſitas, nu. 47.

QVi ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, & decreto iudicis, morietur, Deutoron. cap. 17. num. 18.

Senec. in Epiſt. 14. n. 14. tria conſulit euitanda, *odium, inuidiam, & contemptũ*. & Epiſt. 105. n. 1. dicit, *ex omnibus iſtis adeo grauiſſimum eſt contemptus; At in*obedientia, & contenptu idem ſunt ſicut contumacia; ergo qui mandato Iudicis parere non curat, & contumax eſt effectus, puniri debet; contumacia enim delictum eſt, pro vt occurrit in pręſenti dec. 29. in qua tria tractantur; primum, an receptans bannitum non ſubditum, puniatur, de quo latius dixi in 2. tom. tit. de armat. per Campan. cap. 7.

Secundo, an Clericus ſubijciatur ſtatutis laicorum, & ſi contumax effectus fuerit mulctatus; inde recuperat pęnam ſolutã
2 pro contumacia, de quo, vt tangit hic Petr. n. 3. plenius diſſerui in primo tom. de pugn. doct. tit. de contumac. poſt quę ibi ſcripta, vide Thor. tom 1. comp. decis. verb. Contumacia fol. 126. col. 1; & poſt eum De Angel. ad Foller. practic. crimin. tit. Audiantur excuſatores, n. 25. & idem Author tangit infra decil. 61. num. 5.

Tertium, an contumacia ſit delictum, de quo, & circa materiam contumacię, & contumacium ſeparatum, ac diſtinctum ſermonem facere libet. ex viſis, & perpenſis poſt ſcripta in dict. tom. 1. tit. de contumace.

Sed antequam materiam attingam, eſt aduertendum, quòd Mari hic num. 4. & 5.
3 tangit articulum, an liceat occidere bannitum in manibus curiæ exiſtentem, & an proditoriè? de quo plenius dixi in 2. tom. tit. de armat. per Campan. c. 7. vbi materiam habes, & quid ſi bannitus fuerit occiſus odio particulari, Author hic nu. 2. & ſeq. ſequitur Foller. in conſt. de perſonis, num. 7. & Mari num. 14. infert, an receptans bannitum incidat in pęnã ſtatuti prohibentis receptationem, quod ſcripſi tom. 1. tit. de receptator.

Deuenio ad materiam, & pro eius explanatione, & terminorum intelligentia ſunt
4 plura videnda; Primum quid ſit contumacia, & vnde dicatur; Secundum, quibus modis contrahatur: Tertium, an ſit delictum, & quomodo intelligatur illa regula; quod contumacia eſt delictum. Quartum, quæ damna patiatur cõtumax & quos malos effectus producat; Quintum, qui excuſantur, & quibuſdẽ cauſis; Sextum, alia miſcellanea eandem ma-

materiam concernentia.
Quo ad primum,contumacia dicitur à con,
& tumeo, quaſi quod contumax tumet,
5 & ſic ſuperbus,non parens mandatis Iu-
dicij,Galter.in tract. de liquid. inſtr. tit.
perſonaliter in curia cõparens,rubric.3.
n.2.quæ triplex eſt,prima cõtumacialis;
ſecunda calumnioſa;tertia temeraria , vt
per Marcheſan.tract.de commiſſ.par.pri.
cap.24.num.76.fol.mihi 266.licèt Reg.
Rouit.prag.1.de contumac. nu. 2. dicat
contumaciam eſſe triplicem, euidentem
ideſt veram,præſumtam,ideſt fictam , &
interpetratiuam.
Quo ad ſecundum , quomodo contrahatur
6 eſt recurrendum ad Sfort. Od.de reſt. in
integr. par. 2. quæſt. 82. artic. 7. num.
79.& ſeq.
Quo ad tertium,an contumacia ſit delictũ,
& quomodo intelligatur illud;vt contu-
7 macia ſit delictum,eſt ſciendum DD.cir
ca hunc punctum variè locutos fuiſſe,
Grammat.n.author noſter hic n.4.indi-
ſtinctè dicit,quòd contumacia delictum
eſt, ſed non affert rationem ; tu ſcias
quòd eſt diſpoſitio tex. in l. omne deli-
ctum,ff.de re militar.tu adde Maſull. ad
Capic.dec.141.n.3. *M*erlin. contr. for.
cap.60.nu. Reg. Salernit.deciſ.9. nu.9.
Thor.vot.16. n.69. & ante eos Farinac.
q.18.n.26.
Pro contraria opinione facit alia regula ,
quod contumacia non eſt propriè deli-
8 ctum,Farinac.cit.loc.nu.28.nec contu-
macia probat delictum, idem Farinac.
cit.loc.nu.73.& hoc eſt illud,quod Ma-
ri hic annuit, vt non dicatur propriè de-
lictum, licèt Farinac. non alleget.
Ego verò dico, quòd contumacia eſt deli-
ctum grauiſſimũ,l.ſancimus,C.de iudic,
9 l.contumacia,ff.de re iudic.& tam in fo-
ro fori,quàm in foro conſcientiæ contu-
max mortaliter peccat ; ex quo præcep-
tum ſibi à Iudice factum adimplere con-
temnit,& comparere recuſat; ſed etiam
pro infideli habetur, & ratio rationis eſt
quia non comparere , non eſt ſine dolo,
10 ſeu culpa,immò malitia, vt latè diſcur-
rit Catalan de indult.cap. 12. num. 14.
& ſequen. & plenius Viu.deciſ.138. per
tot.& contumax dicitur doloſus, Thor.
vot.16.num.71.ſed de per ſe ſecundum
magis communem opinionem non ca-
dit delictum, Gratian. diſcept. forenſ.
cap.217. num. 21. nec contumacia ſola
facere poteſt delictum vbi non eſt , Ca-
ball.caſ.256. num.2.nec ex ſola contu-
macia poteſt quis torqueri, Ciazz. di-
ſcept. crimin. 135. num. 3. eſt verum,
quòd arguit veritatem delicti, Intrignol.
deciſ. Sicil.49. num.82.Farinac. quæſt.
18.num. nec de per ſe ſola facit quem
delinquentem, ſed tantùm contuma-
11 cem, vt non poſſit audiri, niſi purga-
ta contumacia , vt infra dicam; verun-
tamen cum aliis adminiculis coadiuua-
ta, & dicitur ferè offenſio in conſequen-
tia , exemplo eorum,quæ dicit de Fran-
chis deciſ.679.
Quo ad quartum, quas pænas patiatur,
quæque damna ſubſtineat contumax ,
12 quas numerat Foller.pract.crim.tit.ban
niantur, Mut. tom. quarto, cap.97. nu-
mer. 31. & ſequent. Nouar. collect. 69.
Catalan. de indult. cap. 12. numer. 17.
& plura ſunt ; vt contumax primo non
poſſit petere remiſſionem ſuç cauſæ ad
ſuum iudicem, quia per contumaciam
cenſetur tacitè renunciaſſe ſuo foro,
etiam ſi contumaciam purgauerit, ad
huc non opponit declinatoriam fori,
Nouar. de elect. for. ſett. 2. quæſt. 22.
num. 3. Merlin. controuer. forenſ. cap.
81.num.13. Thor. vot. 20. numer. 25.
Afflict.deciſ.135. Mut. tom. 4. cap. Si-
cil. cap. 97. num. 41. Catalan. cit. cap.
12.num.21.Reg.Tap. deciſ. 13. numer.
28. contumacia enim non debet con-
tumaci patrocinari , Caball. caſ. 162.
num.5.
Secus verò ſi comparet ſuus Baro , tunc,
contumacia vaxalli non obſtante , po-
teſt petere remiſſionem ſui vaxalli , qui
per contumaciam non poteſt præiudi-
care ſuo Domino , Franch. deciſ. 541.
num. ſecundo , & iterum deciſio 722.
num. decimo , Merlin. citato capit. 81.
num. 15.
Et quando Baro comparet , tenetur purga-
re contumaciam, Garauit.Rit. 205. & ſi

plures contumaciæ eſſent,ideſt eſſet cō-
14 tumax pro pluribus cauſis, omnes con-
tumacias purgare tenetur, ex Mari hic
num.12.& ante eum *Maſull.* ad Capic.
deciſ.139.Baiard.ad Clar.quæſt.52.nu.
24. Carauit.ad Rit.205.nu. 10. & reſo-
luta contumacia, reſoluitur & pœna,
15 Farinacc. quæſt.31.num. 90.pro cuius
purgatione dixi in tom.primo titul.de
contumac. cap. 1. num. 6. non excedi
ſummam triginta duorum carolenorum
pro qualibet contumacia, poſt quæ ibi
ſcripta, vidi *M*auſon. de cauſ. exequut.
in tract. de contrabann.queſt. 13. num.
18. qui teſtatur in Tribunali contraban-
norum ſolui carolenos triginta duos pro
contumacia.

Sed hęc quo ad contumaciam cotractam
per citationem ad informandum, vel ad
capitula.

Quid autem dicendum in contumacia cō-
tracta pro citatione ad deponendum
tanquàm principalis?

Non mulctatur,& ſic, vt audiatur, non te-
netur ipſam purgare, nec aliquid ſolue-
16 re, tùm quia dicitur contumacia ferè
ciuilis, & in ſimilibus non datur mulcta,
argento eorum, quæ dicit Thor. tom.1.
comp.dec.verb.contumax fol. 126.col.
2.& Reg. Rouit. deciſ. 85.num.6. cùm
etiam quia quando quis citatur ad depo
nendum tanquam principalis,in vltima
contumacia non apponitur aliqua pœ-
na, ſed apponitur qualitas aggrauans,
nempè, vt citetur ad informandum, at
quando citatur ad informandum, vel ad
capitula, in vltima contumacia, quæ in-
cuſatur, ſtatim apponitur pœna nedùm
contumaciæ, quæ delictum eſt, vt ſupra
17 dixi,& iterum adduxi in tom.1. tit. de
contumac.num.6. ad med. & ex delicto
proueniens ex Reg.Rouit.rubr.de appel
lat. nu. 36. verum etiam imponitur alia
pœna,nempè amiſſionis tertiæ partis bo
norum mobilium, ex Carauit. Rit. 211.
in princ.& Conſil.Carleual. citat. tract.
de iudic.n. 849. & ad redimēdā d.tertiā
partē bonorū contumax ſoluit pro mul-
cta,& ſic pro contumacia purgata.

Secundò, contumax in vno Tribunali pro
vna cauſa poterit pro eadē in alio contu
maciari, quia neutri obtēperat immò ſi
18 eſt contumax in vna cauſa, poteſt Iudex
denegare audientiā in alia cauſa, & aliis
Iudicibus mandare, vt illū non audiant,
Carauit.ad Rit.231.n.1.& ſeq. Marant.
in pract.ciuil.p.6.mēb.2.nu.17.Franch.
dec.271.Viu.dec.11. Coſt.de ſcient. &
ign.iur.& fact.cent.1.diſtin.12.nu.24.&
25.& nouiſſimè Merlin.cit. tract. contr.
foren.c.48.n.9.Et ſi eſt cōtumax in vno
Tribunali, non auditur coram alio infe-
riori Iudice, neq; ēt corā Principe,Stai-
ban.Sen.cōſ.14.n.35.& 36.immò dicit
19 Taſſon.de anteſ.verſ.3.obſer.4.n. 165.
ad fin.quòd cōtumax per totū Regnū,&
in Statu Eccleſiaſtico nō auditur,niſi ex
gratia Papæ, Marchiſ. de commiſſ. part.
prima,c.25. num.15. fol. mihi 273.

Tertiò,contumax non poteſt opponere ex-
20 ceptiones dilatorias,Catalan. cit. c. 12.
n.47.Merlin.cit.cap.47.n.6.

Quartò,non pōt opponere exceptionē litis
pendētiæ per tex.in l.vbi cæptū,ff.de iu
dic.Marant.cit.loc.n.16.&.22. idē Ma-
rant.in conſ. 22. Felin.in c.ex tenore de
reſcrip.n.26.Tiraq.de retrac.§.8.gloſ.2.
n.8.Franch.dec.551.n.7.Thor.vot. 20.
n.19.*Mut*.cit.to.4.c.97.n.39.Catalan.
cit.c.12.22,Ger.Spin.con.68.n.16.Mū
tan, de regalib. tit. poteſtas conſtituen-
dorum magiſtratuum,nu. 36. ad med.fol.
mihi 148.Gratian.diſcept. Forenſ. cap.
555.n.17.Caball.caſ.162. nu: 16.

Quintò,contumacia operantur,vt poſſit iu-
22 dex ſigillare, & claudere domum con-
tumacis,Iaſ.in l.ſi fideiuſſor,§.ſi ſatiſdat.
nu.19. ff.qui ſatiſdar.cogant.

Sextò cōtumax nō pōt appellare, nec ſup-
plicare,Catal.cit.12.n.62. & 63.ad no-
23 tata ad *Mut*.cit.to.4.c.98.lit. N. quod
quomodo procedat,vide Reg.Rouit.ru-
bri:de appell:n.3. verū quòd de æquita-
te canonica appellat,docet Grat.diſcep.
for.c.364.n.5.vide Cabal.caſ.110.cēt.1.

Septimò,bona cōtumacis traſportata, ſiuè
abſcōdita in alienis domibus,vel vicino
24 rū,poſſūt exequi, cōſtito ore tenus talia
eſſe,Reg.Tap.to.1.de iur.regn. prag.39.
§.itē per euitare,de offic.magiſ. Iuſtitiar.

Octa-

Octauò habetur pro confeſſo, Mut. tom.4.
25 capit.97.nu.40. veruntamen, quòd ſictè habeatur confeſſos teſtatur Vincent. Honded.conſ.87.nu.145.

Nonò, in odium contumacis, teſtes, etiam
26 non repetiti habentur pro repetitis, vt tetigi ſupra dec.28.nu.2. ſed fuſius hanc materiã tractaui in tom. 2. tit. de repet. teſt.

Decimò, ſi contumax eſt *Baro*, priuatur feudo, & ſupẽditur eius iuriſdictio, Staib.
27 conſ.37.num.36.& 38.Cap.deciſ.131. Foller.pract.crim.tit.annotentur bona contumacis, nu.2.*Apont*.de poteſt. Proreg. tit.de prouiſ. fier. ſol. §. 1. & Staib. ibid. nu.38. ampliat non poſſe pendente contumacia alienare bona feudalia, neque allodialia, ſequitur Catalan. cit. c. 12.num.26.& 27.Affl.deciſ.265. immò poteſt Baro propter enormitatem delictorum, & mali exempli priuari cogni-
38 tione talium delinquentium, citra priuilegiorum præiudicium, & hoc fauore publico, ne delicta remaneant impunita, Reg.de Pont.de poteſt.proreg. titul. de elect.official.§.1.num.116.& ſeq.& nouiſſimè Thor.tom.1.comp. verb. remiſſio, fol.458.col.1. Amplia poſſe Iuriſdictionem ſequeſtrari pro debito Baronis cum aſſenſu, Capoblanc.cap.26.nu. 3. tom. 2.

Et ſi Baro delinquens, ſit officialis, an priuetur officio per contumaciam, ſicut Baro
29 feudo? Reg.Rouit.conſ.85. to. 1. affert fuiſſe ſuperſeſſum, tu eum vide quia veritas apparet.

Vndecimò, contumax nec agere, nec ſe tueri poteſt, Thor.tom.2.compend.dec.
30 verb. contumax, col. 1. fol.108.& amittit nominationem, & electionem officialis, Franch.dec.213.n.9.*Molfeſ*.in conſuetud.Neap.par.4.quæſt.47.n.31.

Duodecimò, contumax, immò ſi ſimplici-
31 ter eſt inquiſitus, non creatur miles cãpaneæ, Prag.x. §.6.de offic.Iudic.

Decimotertiò, habetur pro conſentiente,
32 quod quomodo hoc intelligatur, vide Giurb.dec.Sicil.14. nu.9. & 12. Scacc. de ſentent.& re iudic. gloſ. 7.q.2.nu.9. & 11.

Deſcendo ad quintum, nempè, qui ſunt
33 qui excuſantur, quos recenſet Ricc.coll. 723.Farinacc.q.11.à n.40.ad 61.& iterũ q.18.n.40.& 42.& nouiſſimè Ciazz. diſcept.foren.135.ſed ego aliquos particulares caſus enarrabo magis practicabiles, & frequentes, quorum primus eſt, vt cõtumax ex cõtumacia non debet puniri vltrà, quod eſſet puniendus pro delicto, Mut. dec.49.nu.49.& ſeq.

Secundus, ex ſola contumacia non poteſt
35 corporaliter puniri, Reg. Tap. in conſt. pænale quodam, nu. 7. ſed pecunialiter tantũ, Reg.Rouit.conſ.85. tom. 1.

Tertius, ex ſola nontumacia quis torqueri
36 non poteſt, Ciazz. diſcept.135.nu.8.vt dixi ſupra.

Quartus, perſona priuilegiata, quamuis cõ-
37 tumax, non perdit priuilegium, Nouar. de elect.for.ſett.2.q.72.nu. 1. Carleual de iudiciis, n.600.

Quintus, non dicitur contumax ex citatio-
38 ne nulla, Reg. Tap. dec. Neapol. 16. num. 4.

Nota inſuper, quod quando quis eſt inquiſitus, et contumax, ſententia præſumitur
39 lata potius propter contumaciã, quàm propter delictũ, Marc.Ant.Tomat.dec. macerat.99.n.46.Merlin.*Auditor* Rotæ dec.Lucenſ.76.nu.3.ſed Scacc.de ſent. re iudic.gloſ.14.q.12.n.45.dicit potius propter contumaciam, quàm propter iuſtitiam latam eſſe.

Et ſi in omnibus ſententiis apponitur illa
40 clauſula; Condemnetur ad intereſſe partis, fallit in contumace, contra quem huiuſmodi clauſula apponi non poteſt, et ſic contumax ad intereſſe cõdemnari nõ pôt; ratio eſt quia condẽnatio, quæ re-
41 ſultat ex contumacia, dicitur ex ficta cõ feſſione, & pro inde non cadit condem-
42 natio ad intereſſe, Scacc.de ſenten.& re iudic.gloſ.14.q.19.n.64.& 65.

Nota vnum ſingulare, quòd omnis contumacia purgatur per ſpontaneam com-
43 paritionem, quod declara procedere in contumacia, id eſt ſi contumax ſit ſimpliciter contumax, ſecus verò ſi eſſet contumax, & bannitus, Reg. Rouit. in
44 rubr.de appellat.nu.24.quod intellige,

N 2 vt

vt ex ſpontanea compatitione redimitur ex tertia parte bonorum mobilium fiſco acquiſita propter cõtumaciam, pro qua ſtante ſpontanea comparitione,non poteſt moleſtari, quod nunquam ſeruatum vidi, & etiam à ſponte comparente fuit purgata contumacia.

Dixi ſupra quòd contumax habetur pro confeſſo,tamen fictè, ex Mut. tom. 4. c. 46.97.num.22. & 40.Vinc.Honded.conſ. 87.nu.145.vol. 1.licèt contrarium ſubſtineat Balb.dec.370.num.9. nunc quęritur, quid, ſi quis eſt tantum inquiſitus pro homicidio, vel alia cauſa criminali, & detinetur in carceribus, à quibus aufugit,an ex fuga habeatur pro confeſſo? Accidit Bartholomeo Broſco de Submonte pro homicidio carcerato in carceribus Regiæ Audientiæ, à quibus aufugit,cùm inuenit oſtium apertum incuria carcererii,& fuit citatus ad dicẽdum cauſam quare non debet haberi pro cõfeſſo, & tempore vltimæ contumaciæ fuit allegata abſentia, noluerunt admittere, eò quia ex fuga ſequuta à carceribus habebatur pro confeſſo, dicebam ego eſſe intelligendum, haberi pro confeſſo fictè, & eſſe concedendam abſentiã,& quia hæc citatio dependet à fuga à carceribus, eſt ſeparata, & diuerſa ab alia,pro qua detinebatur,& ſic diuerſum delictum, & debet audiri, argumento eorum,quę nos docuit Reg.Rouit. conſil.85.nu.6. tom.1.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXX.

SVMMARIVM.

An Iuriſdictio conceſſa, cenſeatur priuatiuè, an verò cumulatiuè,n.1.

Iuriſditio quando capit inter homines,n.2.

Quotuplex ſit, nu.3.

Conceditur à lege,& à Rege,n.4.

Acquiritur conceſſione,& conſuetudine,nu.5.

Si ſimpliciter eſt conceſſa, an cenſeatur cumulatiuè, vel priuatiuè impertita, num. a 6. ad 9.

In crimine læſæ Maieſtatis,an cenſeatur inter Regem, & Baronem cumulatiua,n.10.

Iuriſdictio an poſſit diuidi, & eſſe in vno loco duo Iudices,n. 11.12.& 13.

Coloni,& affictatores introituum Baronalis an ſint exempti à gabellis,hoſpitijs, & cæteris oneribus,n.14.

Actuarius ordinarius curiæ conficit acta,quæ fiunt per Erarium, ſiuè alium deputatum à Barone, nu.15.

Baro eligens duos Iudices in vna, eademque Terra,quis præferatur,nu. 16.

Iuriſdictio eſt iuncta mero,& mixto imperio, & ea conceſſa,cenſetur merum, & mixtũ imperium conceſſum,n. 17.

Merum imperium conſiſtit in quatuor elemẽtis,& quomodo,nu.18.& 19.

Exercens iuriſdictionem,quam non habet,punitur pæna criminis læſæ maieſtatis, num. 20.

Iuriſdictionis exercitium ſi in vno capite retinetur,reſpectu omnium eſt integra, num. 21.

Iuriſdictio criminalis,quæ contineat, & quæ ciuilis, n.22.& 23.

Duo Barones exiſtentes in vna Terra, vnus criminalis alter ciuilis, quis teneatur ad onera feudi,nu.24.

Baro habens iuriſdictionem criminalem, an cognoſcat de offenſa facta ſuæ familiæ, numer.25.

Baro exercens ſecundas cauſas,vel iuriſdictionem, quam non habet,an puniatur,& quia pœna,nu. 26.

Quot tempus currere debet, vt præſcribatur, num. 27.

Iuriſdictio an tribuatur ex narratis in libello,& iudex narratus dicatur competens, num. 28.

Iuriſdictio an poſſit vendi, ſequeſtrari, ſiuè pignorari, ſiuè ingabellari, n.29.

Negligentia quomodo debet eſſe, vt Iudex negligens dicatur, nu. 33.

Officialis propter negligentiam priuatus, amplius non reſtituitur,nu.34.

Baro an poſſit impedire vaſſallos, ne adeant Regia Tribunalia, & in quibus caſibus, num. 35.

Barones an cognoſcat de contrauentione Bannorum,vel pragmaticarum,nu.36.

Ba-

Baro an cognoſcat de cauſis cum vaſſallis ſuis num. 37.

An cognoſcat delinquẽtes in eius perſona, ibid.

An cognoſcat delinquẽtes in eius dignitate, ib.

An poſſit prouideri de alio, dato ſuo officiali ſuſpecto, ibid.

Territorium poſt quoddam ſpatium Terræ munitum, & armatum iuriſdictione, numer. 38.

I*Vſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos, Dauid Pſalm. 84.*

Conſtituit Omnipotens Deus iuſtitiam in Terra, quę de cœlo proſpexit, vt cantat pſalmiſta, quę eſt ipſamet Iuriſdictio, cum ex Sacra Pagina *Exod.* cap. 18. prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderit auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios & Decanos, qui Iudicent populum omni tempore, & proinde eſt cõmunicata Iuriſdictio Officialibus, vt iuſtitiam adminiſtrent; conſtituit enim alios ſuper terram, Iob. cap. 34. & dum de Iuriſdictione, quæ à iuſtitia prouenit; incidit ſermo in præſenti de-
1 ciſ. 30. de duobus in ea tractabo. Primũ, an Iuriſdictio cõceſa, cẽſeatur priuatiuè, an verò cumulatiuè. *S*ecundum de præuentione; Verùm antequam eorum declarationem aggrediar de pluribus eſt videndum; Primò quid ſit Iuriſdictio. Secundò quis fuit primus de ea ſcriptor. Tertiò quando cæpit inter homines. Quartò quomodo eſt inuenta. Quintò quotuplex ſit; Sextò à quo concedatur, & an cenſeatur conceſſa cumulatiuè; vel priuatiuè, Septimò à quo modo acquiratur; inde alia materiam concernentia explanabo, cum de iſtis quatuor nullam mentionem fecerunt, nec Petra, nec Mari hic.

Quò ad primum, Iuriſdictio eſt facultas ius dicendi, vel explicandi quid iuris ſit in eo negotio, de quo diſceptatur, Ant. Merend. controu. iur. lib. 5. cap. 1. num. 1. Reg. Valenzuel. conſ. 185. num. 21. tom. 2.

Quò ad ſecundum ſciendum, quod primus ſcriptor de Iuriſdictione fuit Offilius amiciſsimus Iulij Cæſaris, vt refert Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſeruar. 3. nu. 15.
2 Quò ad tertium, quando Iuriſdictio cæpit inter homines; licèt hoc ignoraſſet Innocentius, vt refert in c. quod ſuper, verſ. Iuriſdictione; tamen tu dicas, quod Deus dedit aliquos, qui iuſtitiam facerent ſuper delinquentes; conſtituit enim Deus alium ſuper terram; aut quę poſuit ſuper Orbem, quem fabricatus eſt, Iob cap. 34. vel quod fuit introducta iure naturæ, Deo inſpirante, vt adeſſet qui præeſſet, & gubernaret, vt teſtatur Scaccia de re iudic. cap. 1. gloſ. 1. quęſt. 1. num. 81. & 94. ex quo ſequitur declaratio quarti quæſiti, vt ſit conſtituta propter curſum, & viam vitæ humanæ, non autem è contra, vt adducit Conſil. Carleual. de Iudic. diſput. 2. quæſt. 6. num. 427. ad med.

Quò ad quintum iuriſdictio duplex eſt, acti-
3 ua, & paſsiua, actiua reſpectu ipſius Domini, vel ſuperioris; paſsiua reſpectu perſonarum, aduerſus, quas Dominus ea vtitur. *M*ar. Giurb. deciſ. Sicil. 96. num. 20. Mar. Cutill. deciſ. Sicil. 20. num. 30. & actiuè conceſſa, differt ab exemptione à Iuriſdictione alterius, Cutill. deciſ. 1. num. 112. & illa regula: quòd ſubditus prorogat iuriſdictionem, intelligitur de actiua, Giurb. & Cutill. ibid. licèt triplicem eſſe, aggregatiuam nempè, cumulatiuam, & priuatiuam aſſerat Scacc. cit. tract. gloſ. 7. quæſt. 3. limit. 2. num. 46.

Quò ad ſextum, à quo concedatur, & ſcias,
4 quòd conceditur à lege, & à Rege, à lege inquam, quando lex dat Iuriſdictioné alicui Iudici cognoſcendi aliquam cauſam, vel perſonam, vt in l. nullum, C. de Iudic. in hoc caſu quando Iuriſdictio datur à lege, dicitur priuatiuè alijs Iudicibus conceſſa, ex l. fin. C. de iuriſd. omn. Iudic. Franch. dec. 147. licèt *M*ontan. in tract. de regalib. tit. *P*oteſtas conſtituendorum Magiſtratum nu. 35. ponderando allegatum tex. aſſerat denegari facultatem conuentis declinandi iuriſdictionem, quod quomodo procedat hodie in Regno, infra dicam; Secundo loco conceditur

ceditur Iuriſdictio à Rege, qui duplici
modo concedit in officium, ſiuè admini-
ſtrationẽ, nempe ac in titulum, ſiuè do-
minium, *M*ontan.ibid.num. 14.& ſeq.

Septimo, & vltimo quomodo acquiratur,
5 eſt ſciendum, quod acquiritur ne dum
conceſsione à lege, vel à Principe, vt in-
fra dicam, verùm etiam conſuetudine,
quæ fortior eſt; lege Cancer. var. reſol.
par.2.cap.2 num.63.quę an priuatiua,
vel cumulatiua ſit, recurre ad Montan.
cit.loc.num.45. quomodo verò decida-
tur ſpectare, vel non ſpectare Iuriſdictio-
nem ab eo, de cuius Iuriſdictione diſce-
ptatur, vide Theodot.alleg.51.num.42.
ſed ſi duo Iudices de Iuriſdictione con-
tenderent, debet aditi Superior, Valen-
zuel. conſ. 200.num.57. tom.2.

Deſcendo ad illud quæſitum, de quo Au-
6 thor noſter hic à num. 1. vſque ad 6.
Petr.num.1.& Mari à num.1.ad 4.valdè
contendunt, ſi Iuriſdictio conceſſa, cen-
ſeatur impartita cumulatiuè, vel priua-
tiuè, & ego in tom. 1. de pugn. doct. tit.
de præhem.cap.vnic.num.46.& iterum,
in tit.de poteſt.ad mod.bell.cap.3.num.
1.pauliſper tetigi, nunc materiam expla-
nando, omnes legum interpetres dubi-
tant, ſi Iuriſdictione conceſſa, cenſeatur
data cumulatiuè, vel priuatiuè, vt author
hic, Reg.Rouit.conſ.60. num. 1. tom. 1.
Carleual cit.loc.n.794. & 1100. Thor.
vot.25.num.3.Sed in dubio cumulatiua
cenſetur, dicit *M*areſcott. var.reſol. lib.
1.cap.54.num.1.Coccin.dec.Rot.316.
num. 2.Lanar.conſ.66. num.1. Ioſ. Lu-
dou. com.concluſ. concluſ. 20. Maſull.
ad Capic.dec.9.n.19.

Tu autem diſtingue tres caſus; primum, aut
7 eſt conceſſa taxatiuè, nempè cum clau-
ſula: tu ſolus procedas, & tunc priuatiuè
tributa cenſetur, Mut. tom. 3. cap. ſicil.
cap. 10.num.25. contra Bart. per autho-
rem allegatum hic n. 2.

Secũdum; aut verò eſt conceſſa in certum
8 genus perſonarum, vel cauſarum, & tunc
priuatiuè ad alios Iudices data dicitur,
Montan. cit. loc. num. 21. & num. 38.
Alex.Trentacinq; conſ.74.nũ.5.Franch.
dec.458. Affl. dec. 41. Carleual. citat.
loc.num.1185.Thor. vot.25. num.4. &
iterum vot.99. num.43. & hoc caſu non
poteſt prorogari, Seacc.gloſ.7. quæſt.3.
limit.1.num.5.Ger.Spin.conſ.67. num.
9.Ant.de amat. var. reſol. tom. 1. reſol.
33.num.16.

Tertium, vel eſt cõceſſa ſimpliciter, & tunc
9 cumulatiua cenſetur, & hoc caſu habet
locum præuẽtio, Franch.dec.147. Thor.
cit.vot.25.num. 61. Cancer. var. reſol.
cap. 2. de iuriſd. omn. Iudic. num.139.
& ſeqq.aut verò conceditur fauore per-
ſonæ, in quam exerceri debeat, & fauor
ſit, vt non exerceatur per alios, tunc pri-
uatiuè cenſetur, ſic Mareſcott. var. reſo-
lut.citat.lib.1.cap.54.n.324.

Sed in crimine lęſę maieſtatis, an cenſeatur
10 cumulatiua inter Regem, & Baronem,
vide Montan. cit. tract. verb. monetæ,
ſub num.4.

Sed vnum quæritur, an Iuriſdictio poſſit di-
11 uidi, & in vno loco eſſe duos Iudices?
tangit Petra hic num. 10.& remictit ſe
ad ea, quæ dixit ad Capic.dec.27. num.
1. quo in loco etiam remiſſiuè loquitur;
tu verò ſcias quòd hęc quæſtio paſſim
occurrit, nam Barones conſtituunt eo-
rum Erarium, Iudicem Colonorum, &
affictatorum introituum Baronalium ab-
dicatiuè ab Officiali ordinario, & in dies
in controuerſiam venit, & non poſſe di-
uidi aſſerunt multi, quia Iuriſdictio eſt
incorporalis, & indiuidua, Montan.citat.
tract.cap.1.num.16.& 17. Thor. citat.
vot.25.num.31. Fontanell.tom.1. de
pact.nupt.clauſul.4.gloſ.9. par. 2.num.
20. & proinde introductum eſt, vt per
vnum adminiſtretur; melius enim regi-
tur per vnum, quàm per plures, Oltrad.
conſ.54. Natt.conſ.505.num.33.& no-
uiſſimè Mart. tom. 1. de Succeſſ. legal.
par.1.quæſt. 23. artic. 3. num. 4. Curt.
Senior.conſ.66.num. 13. Staiban. conſ.
74.num.10.& iterum conſ.3.num.1. La-
nar. conſ.59. num.27.

Alij aſſerunt, poſſe diuidi, aſsignant ratio-
nem; licèt enim iuriſdictio ſit indiuidua,
ſubiectum tamen eſt diuiduum, & exer-
citium diuidi poteſt, Montan. cit. cap.1.
num.16.& 17.Marzar.conſ.48 num.10.

Taſſon.

Taſſon.verſ.3.obſeru.4:num.179.poteſt
enim eſſe apud duos in eod. loc. Io: Iac.
de Martin.conſ.7. nu.38. par. 2. & con-
ferunt, quæ affert Fontanell. de pact.
nupt.tom.1.gloſ.10.num.14.par.2. vbi,
an dicantur diuerſæ cauſæ huiuſmodi
conceſsionis.

Hæc quæſtio fuit diſputata in Sacro Con-
13 ſilio cum Erario Atripalli à Principe
Abelleni eius Domino Electo, & fuit
prouiſum, vt *Erarius* cognoſcat de quæ-
ſtionibus ciuilibus occurrentibus inter
perſonas præelectas, vt refert doctiſsi-
mus Io: Bapt. de Thor. tom. 2. comp.
deciſ.verb.iuriſdictio, fol. mihi 316. col.
2. & præter Thor. dixit Bouadill. lib. 2.
politic. cap. 56. num.205. tamen *Baro-*
nes contrarium ſeruant, & malè.

Coloni autem, affictatores introituum Ba-
14 ronalium non eſſe exemptos à gabellis,
Hoſpitijs, & cæteris oneribus vniuerſali-
bus affirmat Thor.cit.loc.

Et acta, quæ fiunt per Erarium, Camera-
15 rium, ſiuè alium à Barone deputatum,
debent fieri per ordinarium actuarium
penes officialem ordinarium, ſic proui-
15 ſum per S.C.affert.Thor. cit. loc. ſed ſi
Baro elegerit duos Iudices in eadem
terra vno eodemq; tempore, quis præ-
fertur, Maſull.ad Capic.dec. 125. num.
9.tangit articulum, & cõcludit eum præ-
ferri, qui prius poſſeſsionem cæpit, licèt
alter eſſet anterior in data commiſ-
ſionis.

Inſuper ſciendum, quòd iuriſdictio eſt iun-
17 cta mero, & mixto imperio, vnde dubi-
tari contingit de eo, quòd Petra hic nu.
9.dubitat, ſi conceſſa iuriſdictione, cen-
ſetur conceſſum merum, & miſtum impe-
rium, & Petr. hic num. 9. remictit ſe ad
Couar. & *Boer.* tu vero pro affirmatiua
concludas ex Coſt. conſ. 49. num. 17.
Thor.vot.25.num 7.Taſſ. citat. loc. nu.
33.& 34.Fontanell.de pact.nupt. tom.1.
clauſ.4.gloſ.14.num.8.& Reg.Tap.dec.
Neap.9.num.13.Reg.Rouit. ad prag.2.
de Iuriſd.num.101.& 104.

Quod merum imperium conſiſtit in qua-
18 tuor elementis; elemẽta enim ſunt qua-
tuor, Aer. Ignis, *A*qua, & Terra. Aer veri-
ficatur in eis, qui furcis ſuſpenduntur, cũ
in illis pendeant; vnde exortum eſt illud
adagium; pendet in Aere.

Ignis verificatur in eis, qui comburuntur;
19 Aqua in illis, qui ponuntur in culeo, &
proijciuntur in flumen; Terra in illis, qui
ſuffocantur, vel proſternuntur, vel deca-
pitantur, vt ſcribit Muta tom. 4. cap. Si-
cil. cap.34.num.7. & 8. & hinc ſolet di-
ci, quòd iuriſdictio eſt ſicut ſeruitus in
fundo, ſicut nebula ſupra paludem, Muta
tom.5.cap.355.num. 237. Taſſon. verſ.
4.obſeruat.5.num.59 Io:Iacob.de Mar-
tin.conſ.1.num.4.par.1.Thor.vot.16.n.
12.Mar.Cutill.deciſ. Sicil.20. num.23.
30. 57. 58. & 59. Montan. de regalib.
cap.1.num.14.

Tu ſcis illam regulam; quòd adminiſtrans,
20 vel exercens Iuriſdictionem, quam non
habet, punitur pæna criminis læſæ Maie-
ſtatis; Reg. Valenzuel.conſ.176. nu.28.
tom. 2.& Viſcont. infra citandus; quod
procedit etiam ſi tentauerit vſurpare,
licèt non ſequuto effectu, Mut. tom.3.
cap.48.num.32. Nouar. tom. 1. de gra-
uam. vaſſall. grauam. 376. num. 3. Hic
illam limito non procedere, quãdo quis
facit actum Iuriſdictionis, licèt non ha-
bet, ad euitandas rixas, violentias, ſcan-
dala, ſiuè ad alium bonum finem, tunc
non punitur, Maſtrill. de Magiſtr. lib.6.
cap.8.n.104. verùm Iuriſdictionis exer-
citium ſi in vno articulo Iuriſdictionem
denotat, retinetur reſpectu omniũ, & in-
tegra, Theodor.allegat.51.nu.43.

Sed inſurgit quæſtio, quæ in dies occurrit;
22 adſunt multoties enim in vno, eodem-
que loco duo Barones, quorum vnus ha-
bet Iuriſdictionem criminalem, alter ve-
ro ciuilem, & vnus præoccupat poteſta-
tem alterius, alter vſurpare iuriſdictionẽ
illius conatur, & in dies contendunt, &
etiam ad arma deueniunt; quæritur, quæ
ſpectent ad iuriſdictionem ciuilem, quæ
verò ad criminalem, quod tetigi in pri-
mo meo tomo tit. de official. in gener.
cap. 8. per tot. & in alio caſu occurſo
poſt ibi ſcripta, dicebam Ego eſſe recur-
rendum ad prag.2. de iuriſdict. ad inuic.
non turb. per quam eſt ſedata illa quæ-
ſtio,

ſtio, & declaratũ, quòd ad vnumquem-
que ſpectat In cauſa inter Ducem Sancti
Petri in galatina in Prouincia Hydrunti,
& Hoſpitale Sanctæ Catherinę Ordinis
Sancti Benedicti Montis Oliueti in Ca-
ſalibus Turris Padulaci Ara Dei, & Bal-
neoli, per quam fuit diſtinctio facta inter
Tribunal Ciuile, & Criminale in hunc
modum, vt verba formalia pręcitatę Re-
giæ Pragmaticæ ſonant, & ſunt videlicet
vt omnes caſus, culpas, & crimina, prò
quibus pæna mortis naturalis, ſeù ciuilis,
vel membri mutilatio principaliter in-
fligenda non venit, pertinere ad iuriſdi-
ctionem ciuilem. In quibus verò mortis
23 naturalis, aut ciuilis, ſeù membri mutila-
tio principaliter veniret imponenda, ad
iuriſdictionem criminalem ſpectare, &
pertinere.

Ex qua declaratione omnis contentio ceſ-
ſauit, & in quolibet caſu ceſſare debet, &
diſtinctio prædicta ſeruari, prout ſemper
ſeruatam vidi, & licèt hãc pragmaticam
adduxerit Arnon. ſolil. 24. tamen non
declarat, quam pragmaticam; ſed aſſerit
originalem ipſius reperiri in Venerabili
*M*onaſterio Montis Oliueti Ciuitatis
Neapolis; tu autem ſcias, quod eſt Prag-
matica quam ſupra citaui 2. de iuriſdict,
ad inuic. non turb.

Et quis ex iſtis duobus *B*aronibus teneatur
24 ad onera iniuncta feudo dicas, vt Baro
ciuilis teneatur, ea ratione, quia crimi-
nalis habet iuriſdictionem in officio, &
ſic perſonarum, ex quo poteſtatem ha-
bet coercendi perſonas, non autem in
rebus feudi, in quas ciuilis iuriſdictionẽ
ſubſtinet, Capoblanc. tom. 1. de auth.
Baron. prag. 1. num. 64. & iterum prag.
12. num. 39. Capan. de iur. adog. quæſt.
48. à num. 1. ad num. 5.

Et, ſi Baro vtitur ſecundis cauſis, vel tertijs
25 cauſis, vel alia iuriſdictione, quam non
habet, an punitur, & qua pæna? Cam-
pagn. in cap. Regn. Quia de Vicarijs nu.
6. aſſerit pæna mortis, & bonorum pu-
blicationis, ſi propria authoritate, &
abſque ordine fecerit, verùm in alio cap.
contra Ineffrenatas, num. 8. diſtinguit;
aut quis vſurpauit iuriſdictionem cum
officio, & tunc, l. Iul. Maieſt. aut verò
ſine officio, & pęna mortis; Reg. Vero de
Ponte de poteſt. prof. tit. de elect. offi-
cial. §. 1. num. 46. pæna capitis puniri aſ-
ſerit, Marant. verò conſ. 154. num. 1. in
terminis *B*aroni immiſcenti ſe in cauſis,
non in priuilegio conceſſis, pænam cri-
minis læſæ Maieſtatis imponi aſſerit.

Et, ſi ſecundis cauſis, vel alia Iuriſdictione
27 non ſibi conceſſa vſus fuerit, vt præſcri-
batur, requiritur ſpatium centum anno-
rum, non enim minori tempore præſcri-
buntur huiuſmodi iura fiſcalia, quæ re-
galia ſunt, & à ſolo Rege conceduntur,
28 Marant. conſ. 116. num. 5. Et *B*aro ha-
bens iuriſdictionem criminalem, an co-
gnoſcat de offenſa facta ſuæ familiæ?
pro affirmatiuà concludit Mari hic num.
3. tu vide Thor. tom. 2. comp. deciſ. ver-
bo, iuriſdictio, fol. mihi 318. col. 2.

Petra hic num. 7. dicit poſſe *B*aronem dato
29 ſuo officiali ſuſpecto, de alio prouidere,
tu adde, quòd non poteſt cognoſcere de
cauſis, cum ſujs vaſſallis, nec alijs com-
mittere, Capic. dec. 124. num. 2. & 3. nec
cognoſcere delinquentes in eorum per-
ſonas ex codẽ Capic. in alia deciſ. 137.
tamen cognoſcit delinquentes in eorum
dignitatem, Capic. cit. dec. 137. qui am-
pliat procedere etiam in officiali Baro-
num Par. de Put. in tract. de ſindic. §. an
ſi officialis fol. mihi 56.

Petra hic num. 2. prohibet Barones impe-
30 dientes vaſſallos adire Tribunalia Regia,
tu vero diſtingue; aut impedit ex priuile-
gio ſibi prohibitiuè conceſſo, nempè, vt
cauſæ non extrahantur à ſua Curia, vel
ſi ſecundas cauſas habeat, & tunc Impe-
dire valet; aut verò non habet ſecundas
cauſas, nec aliud priuilegium prohibi-
tiuum, & tunc prohibere non valet, &
prohibens punitur pęna l. Iul. *M*aieſt.
imò ſi impedit adire Regem ad quære-
landum, tenetur crimine læſę Maieſtatis,
Capic. deciſ. 130. Marant. conſ. 114.
num. 4. *A*nn. ſing. 621. Videas Thorum
in prima parte, ſui Compend. deciſ. Re-
gni, Verbo Baro, & Verbo Vaxallus, vbi
deciſiones apparent.

Mari hic num. 4. dicit, quòd ſi eſt conceſſa
iuriſ-

iuriſdictio circumſcripto territorio, priuatiua cenſetur, ex Minad. dec. 18. tu adde, quia territorium eſt quoddam Terræ ſpatium munitum, & armatũ iuriſdictione, Boer. dec. 227. num. 7.

An verò tribuatur iuriſdictio ex narratis in
32 libello, & Iudex narratus dicatur competens? vide Scacc. cap. 1. gloſ. 4. quæſt. 6. num. 55. & 58.

Sed vnum inſurgit dubium, an Iuriſdictio
33 poſſit vendi, vel ſequeſtrari? Ioſeph Seſſ. dec. Aragon. 79. num. 44. dicit non poſſe vendi, quia non eſt in commercio, Taſſon. verſ. 3. obſeruat. 4. num. 32. aſſerit, quòd per prius non vendebatur, idem affirmat Maſtrill. de magiſtr. à Taſſon. nõ allegatus lib. 1. cap. 18. num. 58. qui aſſignat rationem, quia publici iuris ſunt, concordat Valenzuela conſ. 176. num. 29. tom. 2. limitat verò Taſſon. loco citato, niſi aliter cauſa neceſsitatis expoſtularet, vel conſuetudine eſſet cautum; tu verò dicas, quòd poteſt vendi, pignorari in gabellari, Mut. tom. 4. cap. 34. nu. 5. & iterum tom. 5. cap. 355. à nu. 235. ad 239. & inſuper ſequeſtrari in terminis traditis per Reg. Rouit. conſ. 77. num. 5. tom. 2.

Congruum eſſet deſcendere ad ſecundum præmiſſum, nempè de præuentione, quã
34 author hic allegat, & in ea valdè ſe fundat, de qua, cum pleniori manu tractatum feci in 2. tom. de pugn. doct. tit. de armat. per Campan. cap. 12. & in meo 3. tom. tit. de præuentione, & ad ibi ſcripta recurre.

Author hic num. 9. dicit conceſſo caſtro, vt
35 cauſæ per Vicarium ibi imponendum agitentur, dicitur iuriſdictio priuatiuè conceſſa, tu adde Ricc. coll. 220. & Viſcont. cit. loc. ad med. eod. num. 9. in verbo, Reg. Prag. Reg. Ferdin. ſed au-
36 thor non dicit quæ Prag. eſt, vbi eſt ſituata, tu ſcias, quòd hodie in noua impreſsione eſt prag. 2. tit. vbi de delict. quis conuen. deb.

N. 10. in verbo primis cauſis, quod confir-
37 mat Petra. hic nu. 1. tu adde quòd idem dicit Viſcont. cit. loco, & Mut. tom. 3. cap. ſicil. cap. 10. num. 35.

N. 12. in verbo: negligentia, quæritur quo-
38 modo debet eſſe negligẽtia, diſtingue, Aut in cauſis criminalibus, aut verò in cauſis ciuilibus tractatur; ſi primo caſu, cauſa abdicatur, & auocatur, & inſuper quãdo negligentia eſt magna, Iudex officio priuatur; negligentia enim æquiparatur dolo, & negligens inhabilitatur ad officium; aut verò ſecundo caſu ſumus in ciuilibus, & tunc eſt remittenda ad ſindicatum; veruntamen, vt negligentia dicatur, & officialis negligens appelletur, debet ter moniri, & requiri; ſumus enim in præiudicialibus, in quibus ſemper trina monitio requiritur, Capoblanc. hæc omnia congerit tom. 1. prag. 3. nu. 157. Nouar. grauamin. 175 n. 8. tom. 2. vel ſi delictum eſt notorium, ſiuè officiali denunciatũ, & ſi negligens eſt in inquirendo, vel puniendo, dicitur conſtare de negligentia, dicitur officialis fautor delinquentium. Nouar. grauam. 175. n. 3. tom. 1. Et officialis propter negligentiam priuatus, nõ reſtituitur, nec amplius admittitur ad officium, etiam ex reſcripto Principis, niſi ſit facta expreſſa mentio, Conſil. De Giorg alleg. 42. n. 10. & 11. prout in ſimili dicimus, vt ſi Iudex delegatus, negligit in cauſa procedere, poteſt Iudex Ordinarius eam cognoſcere, Felin. docet in capitulo paſtoralis, num. 5. de offic. ordin. ſimiliter ſi quis fuerit negligens in collatione beneficij intra tempus debitum, collatio ſpectat ad Summum Pontificem, cap. licèt de ſupplẽda negligentia Prælatorum, & ex cap. negligentiæ amittitur ius eligendi, cap. final. de elect. cap final. de ſupplẽda negligent. prælat. & negligens adeò à iure conſideratur, vt ſi capitulum ſit negligens corrigere Canonicos, poterit Epiſcopus in eos procedere, tit. cap. irrefragabili, & ſi ad quem pertinet præſentatio beneficij infrà tempus aliquod, & non præſentauerit, ex iſto capite negligentiæ poterit Epiſcopus conferre beneficium, cap. nulla de conceſſ. præben. cap. quia diuerſitatem de cõceſſ. prçben. & vltimo ſi Dominus feudi fuerit negligens, poterit ſuperior

O ter-

terminū pręfigere, vt cauſam expediat, & eo elapſo, poterit cauſam auocare, in ſe aſſumere, & iudicare, Abb. in C. cæterum de Iudic. 3. not. Roman. conſ. 393. & Felin. cit. loco; multos alios effectus malos parit negligentia, quos hic breuitatis cauſa omitto; debent ideò omnes Iudices, eſſe diligentes, & vigilantes; vigilantibus enim, & non dormientibus iura ſubueniunt, eſt antiquum legale dictum.

Petra hic num. 4. tangit illam quæſtionem,
39 quę in dies controuertitur, an Barones hodie in Regno cognoſcant de contrauentione bānorum, vel pragmaticarum? quam tetigi in 1. tom. de pugn. Doct. rit. de pot. ad mod. Bell. cap. 3. num. 3. & ſequentib. quo in loco abunde articulum declaraui, etiam cùm proſpexerim dictum per Petr. hic num. 4. ad quem te remitto, ne idem repetere videar, & poſt ibi ſcripta, vide Carau. conſ. 117. inter conſ. crim. diuerſ. & nuper Baldax. de Angel. ad Foller. pract. crim. tit. audiantur excuſatores num. 133.

Heliſæus Danza.

AD GRAMATIC. DECIS. XXXI.

SVMMARIVM.

Adulterio nil impius, num. 1.
Author errauit circa duo, & quæ, num. 2.
Adulterij pœna quæ ſit, à num. 3. ad 6.
An detur pœna obtruncationis naſus, num. 3.
Mulier adultera, an detrudatur in Monaſterium, num. 3.
Vir adulter an pœna mortis puniatur, n. 4.
Pœnæ adulterij, quæ imponuntur in alijs Regnis à num. 8. ad num. 20.
In adulterio quæ pœna imponatur in Statu Eccleſiaſtico, num. 9.
Quæ in Regno Aragonum, num. 10.
Quæ in Regno Burdegalenſi, num. 9.
Quid in Regno Flandriæ, num. 12.
Quid in Germ nia, num. 13.
Quid in Senatu Sabaudiæ, num. 14.
Quid in Regno Siciliæ, num. 15.
Quid in Francia, num. 16.
In Regno Cataloniæ traditur uxor ſuo viro ad eam immurandum cum qualitatibus à num. 17. ad num. 20.
In adulterio an poſſit procedi ex officio, num. 20. 22. & num. 23.
Maritus diſſimulans adulterium, an cenſeatur remiſſum, num. 24.
Huius accuſandi actio quibus competit, num. 25. & 26.
Mulier bannita, an poſſit adulterari, numer. 27.
Filia adultera, an poſſit exhæredari, numer. 28.
Clericus adulter, an poſſit impune occidi, nu. 29.
An priuetur beneficio propter adulterium, numer. 30.
An dicatur irregularis, ſi eius occaſione fuerit vxor occiſa, num. 31.
Adulteri, an gaudeant Eccleſiaſtica immunitate, num. 32.
Tranſactio, an ſit licita in crimine adulterij, num. 33.
Adultero abſoluto, an cenſeatur adultera etiam abſoluta, & quid ſi fuerit condemnandus, num. 34.
Adulterium, an probetur, ſi in vno lecto dormiunt, num. 35.
Adulterium quomodo probetur, num. 36. 37. & 38.
An probetur per literas amatorias, num. 40.
An teſtes ſingulares ſufficiant, num. 39.
Vxor, an impunè occidat virum ſuum, in adulterio repertum, num. 41.
Filius natus in adulterio, an præſumatur illegitimus, num. 42.
Maritus occultans, vel tacens adulterium, dicitur amator turpitudinis, num. 43.
Conqueſtus maritus quomodo debet eſſe, numer. 44.
Adulterium præſcribitur quinquennio, & dicitur tempus continuum, numer. 45. & 46.
Maritus recipiens vxorem adulteram, an poſſit quærelare, vel quærelam expoſitam proſequi, num. 47.

SI quis tetigerit hominis vxorem, mor-
te morietur, Geneſ. cap. 26. Et in alio
cap. 20. Geneſ. ſimiliter prohibetur re-
tētio vxoris proximi, in illis verbis: Red-
de vxorem viro ſuo, ſi autem nolueris
reddere, ſcito, quòd morte morieris tu,
& omnia, quæ tua ſunt, & D. Auguſtin.
de Serm. Domin. in Monte, quæſt. 6. di-
cit, quòd nihil iniquius eſt, quàm cauſa
fornicationis, & vnuſquiſque ab ea ab-
ſtinere debet, & vas ſuum poſsidere in
ſanctificatione, & honore; Quid igitur
mirum ſi in hac deciſ. 31. cum rigore
proceditur, dum de adulterio tractatur,
per quod violatur matrimonium, & ſpe-
cies ſacrilegij eſt. Reg. Valenzuel. conſ.
144. num. 31. vol. 2. in qua plura eſſent
videnda, primum circa pænam; Secun-
dum an procedatur ex officio; Tertium,
an maritus accuſet vxorem de adulterio,
& è contra, quæ omnia cum alijs ad ma-
teriam ſpectantibus latè diſſerui in tom.
1. de pug. doct. tit. de adulterio, cui te re
mitto; ſed tantum ero contentus de alijs
per authorem non adductis, & per Petr.
& Mari non additis.

Verùm audeo dicere, Grammaticum au-
2 thorem noſtrum erraſſe circa duo; primò
circa conſtitutionem Regni, quam alle-
gat; dicit enim incipere aſperitate, & re
vera incipit legum aſperitate, Secundò
dicit pęnam dari fuſtigationis, & ex cita-
ta conſt. imponitur pęna truncationis
naſus, & viro recuſante publicè flagel-
landam ſtatuit, quam pænam abſciſſionis
naſus obſeruauit quidam maritus, vt eius
vxorem turpem, & deformem effectam
amantes derelinquerēt, vt refert Baiard.
ad Clar. §. adulterium num. 47.

Tu vero ſcias quòd in hoc Regno Neapo-
3 litano neutrum ſeruatur, non obtrunca-
tio naſus, neque fuſtigatio; ſed in muliere
detruſionis tantùm in Monaſterium, vt
author aduertit hic, ſequitur Taſſon. de
antefat. verſ. 8. obſeruat. 2. nu. 29. & iterū
verſ. 12. obſeru. 1. n. 57. Caball. reſol. crim.
caſ. 112. n. 2. & 3. & iterū caſ. 200. n. 18.

Reſpectu verò viri adulteri imponi pænam
4 mortis Author aſſerit n. 3. verſ. Sed in vi-
ro, ſequitur Franch. dec. 240. n. 5. Taſſon.
verſ. 8. obſeru. 2. num. 29. & iterum verſ.
12. obſeru. 12. num. 57. Vulpell. conſ. 42.
num. 3. Caball. caſ. 98. num. 27. Fonta-
nell. tom. 2. de pact. nupt. clauſul. 7. gloſ.
3. par. 12. num. 29.

Quam pænam mortis hodie non dari, & re-
ceſsiſſe dicit *Baiard.* ad Clar. §. adulte-
rium num. 50. vbi affirmat habere locum
pænam pecuniariam, ſi commiſſum ſit
cum conſenſu vxoris, ſecus verò ſi vio-
lentia præceſſit; quando enim violentia
deeſt; non habet locum pæna mortis,
Ciazz. diſceptat. crimin. 24. nu. 44. *Mut.*
dec. Sicil. 89. num. 8. Vulpell. conſ. 42.
num. 4. De conſuetudine enim totius
Italiæ pæna mortis receſsit ab aula; ſed
imponitur extraordinaria; huiuſmodi
enim crimina Deum habent in vltorem,
deficiente violentia, vel alia qualitate
grauante, Vulpell. conſ. 94. num. 8. & 9.
& nouiſsimè Thor. tom. 1. comp. deciſ.
verbo Adulteri, fol. mihi 20.

Sed pænam detruſionis in Monaſterium
non conuenientem iudicat Baiard. ad
Clar. §. adulterium num 50. ea ratio-
ne; quia ſacræ ibi exiſtentes corrumpe-
rentur.

Si ſcire velis quæ pænæ imponuntur in
8 alijs Regnis pro crimine adulterij, licèt
quatuor aſſerat Ludouic. Roman. ſing.
674. & diuerſas eſſe in alijs locis enarrat
Petr. Greg. Tholoſan. Syntax. lib. 36. ca.
6. num. 64. & Taſſon. referat illam rigo-
roſam pænam impoſitam per Seleucum
legislatorem, qui pro exequutione edi-
cti emanati iuſſit proprio filio oculum
erui, vt in verſ. 1. obſeru. 3. num. 4. tamen
ego aliquales referam.

In ſtatu, inquam, Eccleſiaſtico Iudices erāt
9 miſericordes, ex quo in iſtis venereis
criminibus incidunt etiam integerrimi
viri, & religioſiſsimi; hoc enim vitium eſt
continuum Bellū, & ratò victoria, & ex-
ceptis paruulis, pauci ſaluātur ex *B.* Paul.
Apoſtolo, & mitius agebatur, & aderat
pæna tātū pecuniaria, hodie uerò motu
Sixti V, eſt impoſita pæna mortis, ut re-
fert Baiard. ad Clar. §. adulterium n. 46.

In Regno Aragoniæ refert Martin. *Mon-*
10 ter. deciſ. 15.

In Regno Burdegalens, & in loco Pariſij
11 refert Boer. deciſ. 279.
In Regno Flandriæ ſeruari obtruncationem naſus refert Baiard. ad Clar. §. adulterium num. 47. vt mulicre deformem euala, ab amantibus derelinquatur, vt ſupra dixi num. 2.
In Germania ſeruari, vt mulier nudata co-
13 ram propinquis, marito permittente, publicè percuti, refert Taſſon. verſ. 8, obſeru. 2. n. 115. ad finem.
In Senatu Sabaudię Ant. Fab. deciſ. 12. tit.
14 de adulter. praxim adducit.
In Regno Siciliæ eſt arbitraria pæna, refert
15 Mut. tom. 4. cap. 167. num. 1. & 2.
In Regno Franciæ eſt pæna mortis, vt te-
16 ſtatur Papon. lib. 2. tit. 9. arreſt. 5.
In Regno Catalonix homines rarò publicè
17 conqueruntur de adulterio, ne lædant eorum æſtimationem, & de hoc reportatur magnum decus, & ornamētum Prouinciæ, refert Fontanell. tom. 2. de pact. nuptial. clauſul. 7. gloſ. 3. par. 12. nu. 30. & quando conquerūtur, & maritus eam accuſat, tunc pæna vxoris eſt, vt tradatur marito ad eam immurandam, præſti-
18 ta cautione per virum de ea tenendo in domo propria, quæ habeat lōgitudinem duodecim palmorum, & latitudinem ſex, & altitudinem ſexdecim palmorum, & dare habeat vnum ſaccum ſtramenti, vbi dormiat, & vnum copertorium, vt ſe cooperiat, adhibito foramine, vt euacuatio naturalis locum habeat, & alia feneſtrella, per quam, ne dum recipiatur aer, verùm etiam cibus conſiſtens in vncijs decem, & octo panis cocti quolibet die, & aquam, quam voluerit, & nihil aliud, vt refert ſic fuiſſe practicatum, & practicari Peguer deciſ. 92. num. 9. quem ſequitur Fontanell. cit. loc. num. 29. Adulter verò pæna mortis punitur, Peguer, &
20 Fontanell. ibid. à quo diſſentit Taſſon. verſ. 8. obſeru. 2. num. 29. qui negat, conſignationem marito, ſed potius matri.
Author num. 3. ex officio, & ſic per inquiſi-
21 tionem procedi poſſe aſſerit, ea ratione, quia publicum crimen eſt, licèt contrarium aſſerat Mari hic num. 7. tu adde Marant. conſ. 117. & 114. Caball. caſ. 114. num. 5. & hac occaſione ſumpta, non inane eſſet declarare caſus, in qui-
22 bus poteſt procedi ex officio; ſed omitto, ne prolixus videar cùm hodie ex generali conſuetudine, tàm in Italia, quàm in Frācia, & Hiſpania licet pro quocumque crimine procedere ex officio, & ſic per inquiſitionem refert Caball. caſ. cit. 114. num. 15. cui adde Foller. ad Marant. ad pract. ciuil. diſtinct. 1. n. 12.
In eod. num. 3. in verbo; Etiam ſi maritus
24 ſibi parcat, eſt ſciendum, quòd ſi maritus diſſimulauerit adulterium, cenſetur remiſiſſe, vt dixi in citat. tom. 1. de pugn. doct. tit. de adulter. num. 51. ad quod adde Marſil. in l. 1. nu. 88. C. de rapt. virg. Franch. dec. 184. num. 5.
Author num. 5. in verb. deſtiterit, dicit, quòd deſiſtente viro, poterit alter accuſare; tu ſcias, quòd hoc ius accuſandi cōpetit principaliter marito contra vxorē; quia ei principaliter irrogatur iniuria, D. Franc. Merlin. Neap. controu. Forenſ. cap. 58. num. 1. Bouadill. lib. 5. politicor. cap. 3. num. 123. fol. mihi 725. & è con-
26 tra vxori aduerſus maritum, ac etiam patri, & fratri mulieris, ſocero, & cognato, & ſic ipſius viri fratri, & patri, Franch. dec. 94. Caball. citat. caſ. 114. verùm ſi maritus eſt cōqueſtus, hoc ius accuſandi tranſit ad hæredes, Franch. dec. 240. & dec. 184. num. 5. 6. & 7. quòd nota ad declarationem eorum, quæ Petra hic num. 11. tangit.
Sed quæritur id, quòd in dies euenit; An adulterans mulierem bannitam, puniatur? diceres tu quòd ſic, ex eo, quia
27 poteſt impunè occidi; tamen dicas, quòd non, etiam ſi eius maritus eſſet bannitus, Clar. §. homicidium, num. 225. quem ſequitur, Thor. vot. 98. num. 27.
Et eſt adulterium adcò legibus exoſum,
28 vt filia propter adulterium commiſſum, tàm in domo patris, quàm mariti poſsit exhæredari, Muta tom. 4. cit. cap. 167. num. 3.
Clericus licèt poſſit occidi, ſi fuerit reper-
29 tus in adulterio, occidens non incidit in excommunicationem, vt dixi in tom.

tom,1.de pugn. *Doct*.cit. de adult. cap.
1. num. 18. tamen non priuatur benefi-
30 cio ipſo iure propter adulterium com-
miſſum,ſed requiritur ſententia , Ludou.
*B*elli. conſ. 62.nu.4. vide Menocch. de
arbitr.iudic. caſ.418.

Et, an adulter , cuiusoccaſione fuit occiſa
31 vxor, dicatur irregularis ? vide Guttier.
lib.2.can.quæſt,cap.6.num.39.& ſeq.

Et , an gaudeant adulteri immunitate Ec-
32 cleſiaſtica, vide *B*ouadill.lib. 2. politic.
cap.4.nu.24.fol.mihi 543.

An pro crimine adulterii cadat tranſactio?
longa eſt quæſtio , cùm de iure repe-
33 riatur prohibita, ex l. Tranſigere, C. de
tranſact.& pro negatiua Boer. deciſ. 91.
Caball.caſ.244.num.12.tu autem dicas
quòd ſic, Cùm hodie de generali con-
ſuetudine totius Italiæ in omni delicto
tranſactio fieri poteſt, vt refert Reg. Ro-
uit.in rubr.de compoſit.num.6. & in ca-
ſu, quo eſſet habenda remiſſio, debet
haberi à marito,cui fuit iniuria, non au-
tem à muliere,quæ conſentiit Bart.con.
175.vol. 1, & , ſi eſt abſolutus adulter,
34 cenſetur etiam abſoluta adultera,Bajar.
ad Clar.S. adulterium, num. 94. ex quo
ſumitur regula : quòd abſolutio adulteri
prodeſt adulteræ, ſed condemnatio non
nocet, Bajard. ibid.ex Crauett. conſil.
206.nu. 2. *A*mendol, ad Franch. deciſ,
184.num. fin.

Petra hic num.4. aſſerit adulterium proba-
ri,ſi vir,& mulier vno in loco dormiant,
35 vnde quæri poteſt, an probetur , ſi fue-
rint vir, & vxor inuenti in lecto iacen-
tes ? pro affirmatiua teſtatur Viu. deciſ.
241.num.26. Crauett. conſ. 321. num.
1.Mut.deciſ.Sicil.61.num.5.ea ratione,
quia cum ſecreto fiunt , coniecturis pro-
batur,Reg.Valenzuel.con.109.num.20
tom.2.Menoch.conſ.31. Baiar.ad Clar.
S.adulterium,num.39. pro negatiua te-
net Crauett. conſ.205. num. 21. Franc.
Marc.de.514.num.14.Caball.reſol.cri-
min caſ.293. num.31. Ciazz. diſceptat.
crim.192.num. 16.& conſ. 2. num.52.
& iterum conſ.3.num.45. *M*ut.cit.dec.
61.num.3.Fontanel. verò de pact.nupt.
clauſul.7.gloſ.3.par.12.num.12.tom.2.
aſſerit non poſſe dari veram regulam,
nec veram formam.

Tu verò diſtingue, Aut tractatur de proban
do adulterio pro ſeparatione thori , &
37 tunc ſolus cum ſola,nudus cum nuda re-
pertus, probant adulterium , & fit ſepa-
ratio thori,Crauett.cit.conſ.25.nn. 20.
ex *M*atthesilan.ſing.119.quia adulteriũ
vnius ex coniugibus eſt ſufficiens ad ſe-
parationem thori,Ant.Raguce.Beneuẽ.
in lucer.paroch.q.39.n. 1.

Aut verò tractatur de occidendis adulte-
37 ro, & adultera infraganti repertis , &
tunc oſculum, tactus turpis , ſiuè vene-
reus, vel alii inhoneſti actus ſufficit
ad occidendum impunem ex l.Graccus,
ſic Mut.cit.deciſ.61.à num. 4. ad 7. An-
gelis ad Foller. tit. de forma capitulorũ
in pluribus delictis,nu.11.& 12.

Aut verò tractatur de puniendis adultero,
& adultera , & tunc requiritur ſpecialis
38 probatio, nec ſufficit oſculum , & mam-
millarum tactus,Rolan. à Vall. conſ. 50.
vol.1,num.2.& conſ.34. num. 6. vol. 2.
quem ſequitur Amend.ad Franch. dec.
184.num.15. etiam ſi teſtis dixerit, vi-
diſſe hominem ſupra fœminam , non eſt
adulterium probatum , vt puniatur, po-
teſt eſſe, quod rem ſecum non habeat,
Rol. à Vall.conſ.7.nu.19. vol. 1. quem
ſequitur *A*mend.ad Franch. cit. loc.

Et,an teſtes ſingulares ſufficiãt, vide Boer.
39 dec. 23.num.44. Bertazol. conſ. 20. &
de requiſitis ad probationem adulterii
larè Foller. pract. crim. tit. capiat infor-
mationem, num.81.

An probetur adulterium per literas ama-
40 torias ? uide Sanchez de matrimon.
lib.x.tit.de diuerſ. diſput.12.q.3.nu.48.
Nicol.Gen.in tract.de ſcript. priuat. tit.
de liter.amat.lib.3.fol.mihi 158.

Petra hic num.6. ad finem quærit , quæ eſt
ratio,ut maritus poſſit impunè occidere
41 uxorem in adulterio repertam , nõ autẽ
è contra,quam ego adduxi , & tu uide
cit.tom.1.de pugn.Doct.tit.de adulter.
c.vnic.num.39. & poſt ibi ſcripta , uide
Sayr.Clau.Reg. tom. 1. lib. 7. cap.x.de
homicid. alter.nu.6. fol.mihi 477.

Idem Petra num. 8. unum filius præſuma-
tur

42 tur natus à marito, vel adultero? tù ad
declarationem ſcias, quòd ſi fuerit pro-
batum adulterium, tàm ante conceptio-
nem, quà tempore conceptionis, non di-
citur partus illegitimus, Petr. de Lun.
conſ. 1. nu. 47. & conſ. 8. n. 113.

Mari hic n. 3. infert maritum Lenonem di-
ci, ſi non conqueritur: tu ſcias rationem,
43 quia maritus occultans, vel tacens deli-
ctum, vel adulterium vxoris, vel tolerat
mulierem adulteram, dicitur nedum
amator, ſed patronus illius turpitudinis,
Franc. Marc. dec. 513. nn. 3. Boer. deciſ.
388. niſi conqueſtus eſſet, vt ſupra dixi.

Sed quomodo hic conqueſtus debet eſſe?
44 vide Monoch. de arbitr. caſ. 482.

Mari hic num. 8. remiſſiuè loquitur, ſi mu-
lieri eſt remittenda pœna adulterii, ſi
obtinuerit reconciliationem à viro, tu
45 ſcias, quòd ſi maritus vxorem adulte-
ram receperit, non poteſt amplius illam
accuſare, & ſi accuſauerit, quærelam
expoſitam amplius ſuſcitare non valet,
annotata ad Mut. tom. 4. cap. 167. ad
finem.

Mari hic num. 6. tangit à quo die currat
tempus præſcriptionis in crimine adul-
terii; tu verò ſcias, quòd hoc tempus præ
45 ſcribitur quinquennio, Baiard. ad Clar.
S. adulterium, num. 124. quem ſequitur
Fontanell. cit. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 12. nu.
16. & iterum eod. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 5.
par. 2. num. 81. Mut. tom. 4. cap. 167.
num. 2.

Et an hoc tempus quinquennij ſit vtile,
46 vel continuum, ex l. Mariti, C. ad l. Iul.
de adulter. quòd ſit continuum teſtatur
Thoming. deciſ. Rot. Lipſienſ. 39.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXXII.

SVMMARIVM.

*Animalia venenoſa, quæ damna inferant, nu-
mer. 2.*

*Animalia adſunt in partibus Hyſpaniarum,
quæ odore herbarum aluntur, & amittunt
cibum, & potum, nu. 6.*

Locuſtæ quæ, nu. 4.

*Condemnatio ad triremes, quo iure ſucceſſit,
num. 10.*

*Exiſtens in triremibus, ab illis aufugiens ad
Eccleſiam, an gaudeat immunitatem i nu-
mer. 12.*

*Pœnas ſfractus, de quo iure eſt introducta,
num. 13.*

*Latronibus famoſibus, an ſint deneganda de-
fenſiones, nu. 14.*

1 D*Edi vobis poteſtatem calcandi ſupra
ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper om-
nem virtutem inimici, & nil vobis noce-
bit, Luc. cap. 6.*

Iſta ſunt verba poſita ex ſacra pagina, vt
per Luc. cap. 6. *Quibus colligitur, à Deo
permitti animalia nedum venenoſa, ſed*
2 *alia damnum dantia, & ſunt bruci, mures,
lymates, locuſtæ*, & alia, quæ Petra in hac
deciſ. 32. num. 7. & 8. enarrat, de quibus
aliqua ego addendo, omiſſa materia no-
bilitatis per Auth. hic tacta, quæ eſt iuſta
cauſa minorandi pœnam in nobili, vt ipſe
Auth. teſtatur, Petra, & Mari hic confir-
mant, & addendo cumulant, quam latè
ego exoraui ſupra deciſ. 23.

Sunt inquam animalia prædicta damnum
dantia à natura creata Dei permiſſu, ne-
5 dùm ad nocendum, ſed etiam damnum
inferendum, vt teſtatur Nauarr. con. 52.
de ſentent. excommunic. lib. 5. par. 2. ut
ſunt bruci, lymates, & locuſtæ, quæ ha-
bent alas infirmas, ut potius ſaltare, quã
uolare uidentur in Africa, & Syria na-
ſcuntur maiora corpore, & firmioribus
alis, & ſunt in materia copioſa, ut meſſes,
fruges, & herbas erodant.

In India naſcuntur monſtruoſæ, longitudi-
5 nem enim trium pedum excedunt, Plin.
de natur. animal. lib. 9. cap. 25.

Adſunt in partibus Scytiæ, ut affirmat Plin.
aliquæ, herbæ, quę poſitæ in ore anima-
6 lium, ipſarum odore paſcuntur, & ferè
cibantur, adeò, ut animalia ex ipſarum
odore amittant cibum, & potum, & ex-
tinguere uidentur famem, & ſitim, ut re-
fert Bouadill. lib. 3. politic. cap. 4. nu. 2.
fol. mihi 56. qui refert adeſſe inſuper aliã
herbam nuncupatam la yerua hypice,

quæ

quæ tollit cibum, & ſic ſatiat duodecim
dierum ſpatio, quorum generationem
latè enarrat Matth.lib.2,cap.53. perſe-
cutio pluribus modis fit, ita ut ad euitan-
dum damnum ad mortem deueniant, &
eſtinguantur, plura remedia adhibet Na-
uarr.conſ.52.de ſentent.excomm.lib.5.
& in Regno Neapolilano ſalutare præ-
ſidium fuit ordinatum per pragmaticam
primam, tit.de Bruchis, quorum copia
eſt in multis Regni Neapolitani parti-
bus, & ſignanter in partibus Apuleæ,
quæ, vti calida regio, hæc animalia ge-
nerat, licèt *Matthiol*.cit.loc. aſſerat na-
ſci in hortis, & herbis viridis.

Adſunt inſuper in partibus *Apuleæ* quædã
animalia à natura creata, pluribus verò
nominibus nuncupata, latino ſermone
Phalãghe, alio vocabulo, Stellio, de quo
Didacus ximenes in lexicon Eccleſiaſti-
co hæc verba profert;

Stellio, vn anemal como la gartia aunque de
mas plana cabeça, y mas corta cola, que ſe
8 *halla en la Campaña de Roma, y en todas*
las regiones heruientes en eſtremo veneno-
ſo llamado en griego, aſcalabotes, en caſte-
llano ſalamanqueſa, y en Italia Tarantola,
muy diuerſa de la otra tarantola phalangie
dixe cale, que ay dos eſpecies de ſtellio.

Noſtro vero vulgato, & communi plura
nomina habent, quæ recitat idem *Mat-*
9 thiol.cit.lib.2.cap.56. ſed nos vtimur
eo communi Tarantola, ex eo, quia in ci-
uitate Tarenti, & aliis partibus Apuleæ
naſcuntur, quorum morſus inſtinctu na-
turæ cruciat quotannis percuſſos diuer-
ſis doloribus, & vexationibus, multi.n.
10 ſingulo anno in eadem die, & hora, quæ
fuerunt percuſſi crucientur per triduum
continuum, ita vt cogantur cantare, alii
ridere, alii plangere, alii dormire, alij cõ-
tremorem habent, alii clamant, & alii
ſaltant, ſed hiſce oculis vidi quemdam
pauperrimum per triduum ſaltantem, ita
ut deficiente vix ſono cytharæ in terram
proiectus, mortuus videbatur.

Petra hic num.13.& Mari hic num.7.infert
pænam damnationis non ſeruari; eius
tamen loco imponi pænam triremium,
11 quæ quomodo fuit introducta, & impo-
natur, latè dixi in tom.de Pugn.Doctor.
tit.de condemnatis pro delictis. Tu au-
tem adde, quod condemnatus ad perpe-
tuas triremes efficitur in ſucceſſibus, Ma-
ſtrill.deciſ.167.

Et, ſi condemnatus ad triremes in illis exi-
12 ſtens, ab eis aufugerit, & ad Eccleſiam
confugerit, an gaudeat Eccleſiæ immu-
nitate? pro negatiua concludit Gamm.
deciſ.362.

Petra hic tangit materiam exfractus, cuius
13 pœna in odium armantium campaneam
fuit introducta in Regno virtute pragma
ticæ 8.de exulib.cuius materiã late exa
raui in tom.2.de Pugn.Doctor.tit.de ar-
mat.per Campan.cap.6. vbi plures ra-
tiones cumulaui; Tu autem poſt ibi ſcri-
pta, ſcias aliam rationem quare pœna
exfractus datur coniunctis bannitorum,
ea eſt, quia ſicuti coniuncti bannitorum,
releuantur, & audiuntur pro bannitis for
iudicatis, etiam ipſis extra carceres exi-
ſtentibus, vt dixi eod.tom.1.de foriudic.
cap.11. ita aggrauantur, & exfractare
tenentur, regula iuris enim eſt, vt ſi
in vno fuit grauatus, in alio releuari de-
bet.

Petra hic num.1. infert famoſis latronibus
14 eſſe denegandas defenſiones, & con-
tra eos procedendum per horas, quam
materiam latè tractaui in eodem tom.1.
de Pugn. Doctor. titul. de poteſtat. ad
modum Belli per tot. & ſignanter in
cap.6. vbi adſunt limitationes hunc
modum impediri, ſi reus offerat in prom
ptu probare de innocentia, & poſt
ibi ſcripta pluries obtinui, &
ſignanter in cauſa Ca-
milli Bruni de
Monte
fredano,
de qua dico infra
deciſ. 34.

Heliſaus Danza.

AD-

ADDITIO AD DECIS. XXXIII

SVMMARIVM.

Nobili poteſt aſſignari palatium, nu. 2.

Venenum quomodo porrigatur, & eius pœna, num. 3.

Mulieres an poſſint carcerari, nu. 4.

Inimicitia, quid ſit, num. 6.

Inimicus eſt ille, qui ſolitus erat ſalutare, vel loqui, & non loquitur, nec ſalutat, numer. 7.

Inimicus mei affinis, meus eſt inimicus, numer. 9.

Amicitia ex frequenti conuerſatione conſideratur, nu, 8

Vaſſallus amicus inimicorum Domini, inimicus ipſius Domini eſt, nu, 10.

Inimicus inimico malum cogitat, numer. 11. & 24.

Inimicus an admittatur ad teſtimonium, & quæ requirantur, vt repellatur, num. 13. ad 18.

Inimicus de prætorio, an præſumatur ad præſens inimicus, n. 14.

Amicus reconciliatus, admittatur ſuſpectus, n. 15. & 16.

Inimicitia an cenſeatur ſublata per reconciliationem, & quomodo, nu. 17. in fin.

Inimicus non admittitur, neque in crimine læſæ Maieſtatis, nec contra foraſcitum publicum, aut latronem, nec in cauſis difficilis probationis, nu. 18.

Inimicitia an ſufficiat in delicto, & qualis eſſe debet, nu. 19.

Teſtis domeſticus, ſocius, vel familiaris mei inimici. non eſt idoneus teſtis contra me, & quare, nu. 20.

Inimicos plures habens quale inditium facit, num. 21.

Inimici plures, ex pluribus cauſis, quæ cauſa attenditur, num. 22.

Inimici duo ſe obuiam facientes, & vnius alterum offendit, an dicatur delictum doloſum, nu. 20.

Inimicitia inter legatarium, & teſtatorem, an reuocet legatum, & quinq; teſtes requiruntur, nu. 25.

Inimicitia qualis eſſe debet, ad hoc, vt repellat iudicem, n. 26.

Aduocatus fiſcalis, an poſſit recuſari, vel ſuſpectus dari, diſtingue, nu. 27.

Si de fiſcali efficiatur Iudex, poterit ſuſpectus dari, & quare, nu. 28.

Inimicitia contrahitur cum Aduocato, n. 29.

Inimicitia nouem modis contrahitur, à n. 30. ad 40.

Oritur inter accuſatorem, & accuſatum, n. 32

Ex vulnere illato in faciem, num. 33. & 34.

Per porrectionem querelæ criminalis, nu. 35.

Oritur inter litigantes, quomodo debet eſſe hæc lis, num. 36.

Inimicus dicitur nedùm qui nocuit, ſed qui poſſe ſuum fecit, vt noceret, quamuis non nocuiſſet, nu. 38.

Inimicitia inducitur inter iudicem, & reum, num. 39.

Inducitur ex declaratione odij, n. 40.

Inimicitia producit multos males effectus, n. 41. & 42.

Iudices tenentur extinguere inimicitias, & ſubditos pacificos ſeruare, nu. 41. & 42.

Cogunt conſanguineos ad pacem, nu. 46.

Amplia in Epiſcopo, ibid.

Sindici vniuerſitatum poſſunt cogere ciues inimicos ad concordiam, num. 43. 44. 45. & 46.

Inimicus admittitur ad emptionem feudi, nu. 47.

Secus ad ius congrui, nu. 48.

Inimicitia an dicatur inter virum, & vxorẽ ex verberibus ſequutis, vel porrectione querelæ, num. 49.

Inimicitia procurata, nõ dicitur inimicitia, num. 51.

Inimicitia operatur, vt ſi quis tenetur aſſiſtere in loco, non cogitur reſidere ex inimicitia, nu. 50.

Senes, an poſſit carcerari, remiſſiuè, nu. 52.

Q*Vi tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt, Dauid Pſal. 26.*

De quatuor in præſenti deciſ. 33. eſſet tractandum. Primò de nobilitate. 2. de venenatione. 3. an mulier poſſit pro debito ciuili carcerari, & quid pro criminali. 4. de inimicitia, & eius effectibus. 11

Quo

Quo ad primum, & ſic de nobilitate non
me extendam; latè enim materiam no-
2 bilitatis exaraui ſupra dec. 23. ſed tan-
tum dicam id, quod infert Author hic
num. 13. vt poſſit aſſignari palatium no-
bili, idem dixi ſupra deciſ. 14. nu. deci-
motertio, & teſtatur Mari hic num. 7. &
Petra hic num. 14.

Quo ad ſecundum, circa venenationem, &
veneni materiam, in hac deciſ. Author
noſter hoc tangit, cùm diſceptàbatur,
3 an hæc Lucretia Scaglione inquiſita de
venenatione poterat carcerari, refert
fuiſſe aſſignatam domum coniuncti, loco
carceris; tamen, ne dum materiam, ſed
cauſam prædictam proſequendo infra
deciſ. 38. tractauit de pæna porrigentis
venenum, vbi refert fuiſſe Lucretiam ip-
ſam ad exilium condemnatam per trien
nium; verùm quia materiam venenatio-
nis ego latè tractaui in mea Pugn. Do-
ctor. tit. de Venenation. tom. 2. ibi per-
lege.

Quo ad tertium, non eſt opus elaborare,
cùm hodie mulieres nobiles, vel hone-
4 ſtæ in domo ſeparata detinentur, vt
Gramm. hic aſſerit, nu. 10. Petr. n. 5. &
Mari n. 10. tā in ciuilibus, quā in crimi-
nalibus, & aſſertum priuilegium non car-
cerandi non ſeruatur, licèt plures reci-
piat limitationes, vt per Scaglion. & Ro
uit. ad prag. Velleian.

Reſtat igitur, vt de quarto; & ſic de inimi-
citia elocutionem faciam, hæc enim
5 materia frequens eſt, & in dies occurrit;
priſcis enim noſtris temporibus Inimi-
cus ne dum inimicum accuſat, verum
etiam contra eùm teſtimonium præbet,
& ò vtinam verum; ſed Dei permiſſione
inde cōperitur falſo accuſaſſe, falſumq;
præbuiſſe teſtimonium, & quandoque
puniri, & caſtigari; vnde cum Dauid in
Pſal. 26. exclamare valeo. *Qui tribulant
me inimici mei infirmati ſunt, & cecide-
runt*; vnde de pluribus videndum puto.
Primò, quid ſit inimicitia. Secundò,
quomodò debeat eſſe, vt accuſator ab
accuſando repellatur, & teſtis à teſti-
monio reiiciatur. Tertiò, quibus
modis contrahatur. Quartò, quos
effectus producat.

Quoad primum, Inimicitia eſt tempus ob-
ſeruans ita vlciſcendi, ſecundùm Cicer.
lib. 4. quæſt. tuſcul. & Inimicus dicitur
6 ille, qui alteri mortem minatur, vel eum
de crimine capitali accuſat, gloſ. in l. li-
cet. ff. de arbitr. vt Author hic refert, nu.
5. vel eſt ille, qui ſolitus erat me ſalutare
7 vel mecum loqui, & propter aliquā cau-
ſam præcedentem non me ſalutat, vel
nō loquitur, vel ſi habitat, vel continuò
conuerſatur cum inimicis meis; ſicut
enim præſumitur amicitia ex frequenti
conuerſatione cum amicis meis, ita & ex
8 non conuerſatione; hæc omnia conge-
rit Fælin. in c. repellantur num. 1. de ac-
cuſat. vel ſi eſt inimicus affinis mei, eſt
meus inimicus, Intrignol. deciſ. 40. num.
9 18. Mut. deciſ. 5. nu. 3. ea ratione, quia
inimicitia cum vno de familia contra-
cta, omnes de eadem familia comprehē-
dit D. Franc. Caſtill. deciſ. 210. num. 14.
& dec. 231. nu. 1. Affl. dec. 289. num. 19.
Craſſ. except. 14. nu. 28. Ciazz. conſ. 1.
num. 212. impreſſo poſt diſcept. forenſ.
10 ſecus autem in vaſſallo amico inimico-
rum ſui Domini, Thor. tom. 1. compend.
deciſion. verb. Inimicitia, fol. 268. vo-
lum. 2.

Inimicus inimico malum cogitat, & quærit
& ſemper habet animum nocendi, Io. Ia-
11 cob. de Martin. conſ. 10. num. 28. & 34.
Mut. tom. 3. cap. 51. num. 48. & tom. 6. c.
34. num. 93. Catalan. de indult. cap. 31.
num. 9. Valenzuel. conſil. 161. num. 6.
tom. 2.

Deuenio ad ſecundum, An Inimicus
12 admittatur ad teſtimonium perhiben-
dum, & quam fidem faciat? Et dicas,
quòd repellitur à teſtimonio, etiam ſi
fuerit minus probabilis inimicitia, etiam
13 ſi fuerit præſumptus, vel ignotus, aut
occultus, Ciazz. diſcept. 34. num. 12. 13.
& 14. & ſi fuerit capitalis inimicitia,
etiam in notoriis repellitur, Ciazz. ibid.
num. 14. Craſſ. except. 24. Reg. Valen-
zuel. conſil. 161. nu. 57. tom. 2. etiam ſi
fuerit de præſenti reconciliatus, Ciazz.
ibid. num. decimoquinto, & ratio du-
plex eſt; Prima, quia Inimicus de

14 præterito præſumitur talis, ad præsẽs
niſi cõtrarium apparet, Theodor. alle. 31
n. 2. cum etiam, quia ſi eſſet reconcilia-
tus, non dicitur idoneus teſtis propter
reliquias prioris voluntatis, & reliquiæ
ſunt; quando ex præcedenti natura rema
net aliqua diſpoſitio in ſubiacenti ſub-
15 ſtantia, vt in infirmo, cui remanent reli-
quiæ ipſius morbi, ideſt quoddam impe-
dimentum ad operandum, Affl. in conſt.
ad legitima pondera, nu. 2. vnde amicus
reconciliatus adhuc ſuſpectus remanet,
& à teſtimonio recuſatur, Abb. in c. cum
oportet de accuſ. Ciazz. diſcept. 24. nu.
15. etiam ſi ſedata fuerit rixa, Maſtrill.
16 dec. 278. n. 41. etiam ſi ſequantur ſalu-
tationes, Mainard. dec. 68. lib. 3. vide
Alexan. Roman. ad prag. 1. de blasfemia
num. 107. Viu. dec. 107. num. 24. & ſeq.
17 licèt contrarium aſſerat Ant. Fab.
deciſ. 22. tit. de teſtib. Caball. caſ. 272. n.
7. ea ratione, quia cenſetur inimicitia ſu-
blata propter reconciliationem, ſed quò
modo hæc reconciliatio cognoſcatur,
18 Viu. dec. 330. Amplia inimicum nõ ad-
mitti, etiam in crimine læſæ Maieſtatis,
neq; contra foraſcitum, aut latronem pu
blicum, nec in cauſis difficilis probatio-
nis, Valenzuel. conſ. 161. nu. 10. 58. 59.
& 66. tom. 2.

Sed, an ſola inimicitia ſufficiat in delicto?
19 vide Ciazz. diſcept. 34. num. 3. & quod
debeat eſſe capitalis, vt faciat inditium,
ſcriptum reliquit Bouadill. lib. 5. politic.
cap. 2. num. 50. Intrignol. deciſ. 12. nu-
mer. 16.

Verùm ſi teſtis eſt domeſticus, vel ſocius,
ſiuè familiaris inimici mei, non eſt con-
tra me idoneus teſtis, ſeù omni excep-
tione maior, Vupell. conſ. 106. num. 3.
20 ſecus ſi fuerit familiaris, vel domeſticus
meus, & inimicus, tunc eo nulla maior
peſtis ad nocendum Palm. diuerſ. Iur.
p. 2. gloſ. 17. n. 34.

Et ſi offenſus habet plures inimicos, eius
21 depoſitio non facit inditium, Intrignol.
deciſ. 38. num. 17. & debet in ſpecie
probari, adiecta qualitate, & cauſa, non
autem in genere, Auth. noſter vot. 34.
num. 4. & ſi plures inimici ſunt, & con-
ſtat de vero delinquente, non attendi-
tur inimicitia contra alium, Intrign. de-
ciſ. 40. num. 7. & è contra ſi non conſtat
22 de delinquente, & reperitur quis occi-
ſus, & ignoratur à quo, poteſt Inimicus
torqueri, quia ex coniecturis, & inimici-
tia oritur præſumptio, quæ ad torturam
ſufficit, Natta conſ. 422. num. vndeci-
mo, & 20. Cranetta conſ. 32. num. 3.
Marc. quæſt. 766. par. ſecunda, & iterũ
dec. 131. nu. 10. par. 2. dummodo ini-
micitia ſit adminiculata.

Si duo ſunt inimici, & ſe obuiam faciunt, &
23 vnus alterum offendit, dicitur deli-
ctum, ſiue homicidium doloſum, etiã ſi
leuiter eſſet prouocatus, quia cenſetur
in eius corde cogitatum, & propterea
malum animum habuiſſe cenſetur, &
24 ratio rationis eſt, quia inimicus ſem-
per mortem inimici deſiderat, Caball.
tract. de de omn. gener. homicid. num.
115. & ſeqq. contrarium ego affirmo
quòd cenſetur hoc non fuiſſe animi ma-
lignitate, ſed potius prouocatione li-
cèt prouocatus non eſſet natura iracun-
dus, ſed repentè prouocatione, præ-
cedente, ex Caball. citato loc. n. 138.

Et, ſi inter teſtatorem, & legatarium ſu-
peruenit Inimicitia, an cenſeatur re-
25 nocatum legatum, & quomodo de-
bet eſſe inimicitia? vide Muta tom. 4.
cap. Sicil. cap. 160. num. 31. iterum to.
quinto, cap. 258. num. 6. & requirun-
tur quinque teſtes, Imbrian. de repulſ.
requiſ. 10. numer. 397. Surd. deciſ. 128.
num. 4.

Et inimicitia ad hoc, vt repellat Iudicem
à iudicando, ſufficit etiam non capita-
26 lis, etiam leuis, Maſtrill. deciſ. 151.
num. 46. de Marin. cit. cap. 211. num.
11. & 12. & attenditur ad recuſandum
Iudicem ad conſanguineos, & cognatos
vſque ad ſeptimum gradum, Craſſ. cit.
except. 24. n. 27. ſed ad decimum gradũ
aſcendit inimicitia Reg. Capic. Galeot.
controu. 60. n. 21. tom. 1. & etiam præ-
ſumpta inimicitia, etiam ex leui cauſa,
etiam diſſimulata ſufficit ad recuſandum
Iudicem, idem Galeot. controuer.
39. num. 43. 44. 45. volum. 1. verùm

quo

quo ad conſanguineos, & cognatos de-
bet eſſe capitalis,vel ſaltim grauis, Ca-
ſtill.deciſ.a 31.n.13.& deciſ.173.n.13.
quod quomodo procedatur in Regno
Hiſpaniarum, vide Bouadill.lib.2. cap.
21 num.118.& lib.5.cap. primo, num.
203.ſed in hoc Regno Neapolitano ad-
eſt prag.15.de ſuperſt.official.§.15.&
16.& Camill.de Larat.conſ. 32. nu. 10.
& conſ.105.n.12.13.

Quid in Aduocato fiſcali,an poſſit recuſari,
27 vel ſuſpectus dari? diſtingue,aut recuſa-
tur,vti fiſcalis, & fiſci partes defendens,
& tunc ſubdiſtingue;aut tractatur in cau
ſis fiſcalibus, vel criminalibus, & non
poteſt recuſari, vt fuit mandatum per
Regiam Maieſtatem virtute literarum,
quas Reg.Rouit.inſerit in prag.5. de ſu
ſpict.official.quē ſequitur Maſtrill.deciſ.
314.nu.12.& 13. aut verò in cauſis cri-
minalibus,& indiſtinctè recuſari non po
teſt, vt eadem Sacra Maieſtas per eaſdē
literas iuſſit.

Aut verò 2.caſu, ſi fiſcalis in aliqua cauſa
fuit, & inde in eadem cauſa efficitur Iu-
28 dex,& tunc poteſt recuſari, & ſuſpectus
dari; partes enim Fiſci tuendo, efficitur
alteri parti inimicus, quo caſu recuſatur,
& ſuſpectus redditur, Maſtrill.deciſ.151
n.49.& ſeq. uide quæ dixi in 2. tom. de
pug.doct.tit.de offic.fiſci c.unic. ad finē.

Mari hic n. 5. dicit induci inimicitiam cum
aduocato;tu adde, quod idem dicit Bal-
29 daxar de Angel. ad Prat. Codic. in l.
quiſquis, C. de poſtul.n.9.uide ad mate
riam Galeot. controu.60. per tot. to.1.

Deſcēdo ad tertium, quibus nempè modis
inimicitia contrahatur, uel inducatur,&
30 eſt ſciendum,quòd inducitur infraſcrip-
tis modis.Primò ex uerbis iniurioſis, &
altercatoriis, ſi inter magnos uiros, &
graues perſonas fuerit,D. Franc.Merlin.
Pignatell.controu.forenſ.cap.98. n. 11,
& 17.Ciazz.cōſ.1.num,132. & etiam ſi
perueniat ex facto honeſto, uel inhone-
ſto,Ciazz.diſcept.forenſ.34.nu. 11. Ar-
31 non.cōment.51,Secundò, oritur ob te-
ſtimonium latum cōtra aliquem in cau-
ſa criminali, etiam ſi coactè depoſuerit,
ut aduertit Petr.hic nu. 2.ad fin.quem
ſequitur Ciazz.diſcep.177.n.2.Donat.
Ant.de Marin.reſol.quotid.c.211.nu.5.
& hoc teſtimonium non valet etiam ſi ſe
quatur reconciliatio,Reg.Rouit.prag.1.
de teſt,refrænat.n.9.

Tertio oritur inter accuſatorem,& accuſa-
32 tum,Caſtill.dec.161. nu.7

Quarto ex vulnere illato in faciē alicuius,
33 cui remanet deformitas vultus,tunc re-
manet vera inimicitia inter offenſum, &
offendentem,Caſtill.dec.174.nu.2.quæ
non tollitur per reconciliationem; perpe
34 tua enim eſt deformitas,& perpetuam
habet memoriam,argumēto eorum,quæ
dicit Reg.Rou.prag.1.de teſt.refræn.n.9

Quintò inducitur inimicitia capitalis per
35 porrectionem querelæ criminalis gloſ.
in l.licèt,ff.de arbit.vt refert aut.hic n.5

Sextò,Inducitur capitalis,ſi quis mouit litē
36 contra aliū,& ſic inter litigantes, vt au-
thor hic nu.6.quē ſequitur Carau. rit.4.
n.289.n.30.& ſeq,Ciazz.con.1.n.118.&
con.3.n.63.ſed non declarat quomodo
debeat eſſe omniū bonorū controuerſia
ex adductis per eū,ſed Ciazz.diſcep.26.
n.6.dicit non contrahi inimicitiā qn̄ au
37 fertur modica res;Tu dicas,quod debet
eſſe omniū bonorum, ſeu maioris partis
eorū Palm.diuer.iur.gloſ.7. nu.2.pat.2,
Natt.conſ.499.n.6.Oſaſc.dec.79.n.6.ſi
eſt enim cauſa bonoꝝ,non cōſideratur,
Vulpell. conſ.5.nu.23.Quarant.verò in
in ſum. bullar.

Septimò, inimicus non ſolū dicitur ille,qui
38 in aliquo alteri nocumentū dederit, ſed
qui ſuū poſſe fecit,vt noceret,quāuis nō
nouiſſet,Martin. c. 209. nu. 10.

Octauò, contrahitur inimicitia ex admini-
39 ſtratione iuſtitiæ,& ſic inter iudicē,& re
ū,q dicitur friuola,Caſtil.dec.231.n.14.

Nono, ex odii declaratione cōtrahitur ini-
40 micitia,Galeot.controu.60.nu.19.to.1.

Deuenio ad quartū, circa effectus malos,
41 quos producit inimicitia, & ſunt cauſæ
perditionis animæ,& corporis,& bono-
rū diſſipationis,& proinde non ſunt ma-
nutenēdæ,& tā Epiſcopus, quā quilibet
42 iudex tenetur eas extinguere, & inimi-
cos ad concordiā reducere,vt oēs in pa-
ce viuāt,Nouar,de grauam. vaſſall.to.1.

P 2 gra-

grauamin. 239. num. 1. 3. & 4.

Verùm etiam ſindici vniuerſitatum pro pa
43. cifico ſtatu Vniuerſitatis, publicaque quiete cogere ciues rixantes, vel ad inuicem inimicos ad concordiam reddu-
44 cere, & ad pacem faciendam: in hoc .n. æquiparantur Rectori Prouinciæ, qui Inimicos inuicem ad pacem cogere po-
45 teſt, & antiquitus vocabatur Irenarca, Montanar. ad prag. 2. de admin. Vniuer. n. 48. & 49. & multoties Iudex cogit ini-
46 micos, etiam conſanguineos inimici ad præſtandum cautionem de non offendẽdo, & hoc eſt remedium, quod paſſim ſumit *M.* C. V. vt refert Gizzarell. deciſ. 19. n. 24. ſed quomodo, & quando, vide Gratian dec. March. 133.

Inimicus admittitur ad emptionem feudi,
47 Thor. tom. 2, cõp. deciſ. Regn. verb. Inimicus, fol. 268. col. 2.

Verùm non admittitur ad ius congrui, Ma-
48 ſtrill. dec. 4. nu. 5.

Inimicitia an dicatur inter virum, & vxorẽ
49 ex accuſatione quærelæ, uel ex uerberibus, aut uulneribus, uide *M*aſtrill. deciſ. 278. nu. 29.

Inimicitia operatur, ut ſi quis teneretur aſ-
50 ſiſtere, uel in aliquo loco ſtante inimicitia, non cogitur reſidere, nec aſſiſtere, Affl. dec. 289. nu. 19.

Mari hic n. 6. ex Creſcent. dec. 3. de teſtib.
51 aduertit, quòd inimicitia procurata, nõ dicitur inimicitia. Tu adde, quòd idem affirmat Mainard. dec. 81. Farinac. q. 55. no. 18. & 64. Gizzarell. dec. 19. nu. 24. & Reg. Valenz. conſ. 171. tom. 2.

Mari hic n. 13. ad med. perfunctoriè, & in-
52 cidenter tractat illum articulum, An ſenex annorum ſeptuaginta poſsit carcerari, de quo amplum, & ſeparatum capitulum feci de ſenibus, in meo tertio tom. ibi paſcas.

Pro complemento Mari hic nu. 8. dicit Inimicitiæ inditium non ad omnia delicta adaptari, ſed ad ea, quæ ad alterius contumeliam cõmittitur, ut ſunt homicidia, uulnera, uerbera, & ſimilia, non autem ad ea, quæ ad commodum proprium committuntur, ut ſunt furtum, falſum, adulterium, & ſimilia; Tu adde, quod idem dicit Baldax. de Angel. ad Foller. pract. crim. tit. recipiantur defenſiones reorum, num. 4. et Ciazz. diſcept. forenſ. 34. numer. tertio, quod nota, quia in dies euenit,

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXXIV.

SVMMARIVM.

Ira cadit in eos, qui læſerunt, qui læſuri ſunt, & qui cogitatione lædunt, ex Senec. nu. 1.

Tortura an inferatur ex proceſſu informatiuo, n. 2. 10. 11. 12. & 13.

Non poteſt irrogari cum dicto vnius teſtis tantum, etiam ſi ſit omni exceptione maior, num. 3.

Teſtis ad inferendum torturam debet deponere de maleficio, nõ autem de inditia ad maleficium, n. 4.

Tortura infertur quando inditia ſunt talia, quæ factum aliter haberi non poſſunt, nu. 5.

Singula ſi non proſunt, vnita iuuant, & quomodo intelligatur, nu. 6.

Tortura repetita ex proceſſu informatiuo, non dicitur noua, ſed continuatio prima, nu. 7.

Non poteſt irrogari, quando pęna delicti eſt arbitraria, nu. 8.

Eſt inuenta in ſubſidium, ideſt in defectum teſtium, n. 8.

Requiruntur duo teſtes pro inditio ad torturam inferendam, n. 9,

Torturam inferre, an ſit arbitrarium Iudici, nu. 10. & 11.

Ad eam inferendam eſt diſcutienda grauitas delicti, qualitas perſonarum, & ſufficiẽtia inditiorum, n. 12.

Tortus, & confeſſus modo non poſito, non probat, nu. 13.

Tortura exceſſũ allegãs, probare tenetur, n. 14

Donatus Antonius de Marinis laudatur, numer. 14.

Torqueri non poſſunt ex proceſſu informatiuo Barones habentes feuda in Regno, numer. 15.

Torquere non poſſunt officiales Baronis eius vaſallos ex proceſſu informatiuo, ſine licentia Domini Proregis, num. 16. & ſi infe-

rant

runt eſt nulla,num.18.& 19.
Quomodo hæc licentia concedatur, num.17.
Præheminentia conceſſa Audientijs Prouincialibus Regni torquendi ex proceſſu informatiuo quomodo eſt eis conceſſa,nu.20.
Aetas decrepita qua ſit,& eius effectus, n.21.
Tortura eſt ĩuētas ad ueritatē ĩueniēdā,n.22.
Veritatis effectus qui,num.22.& 23.
Comparatio literarum quomodo fiat in criminalibus,& quæ requirãtur,à nu.24.ad 34.
Teſti aſſerenti habere notam manum, an credatur,num.25.
Tortura, an poſſit inferri propter comparationem literarum,num.27.
Cõparatio literarum non admittitur in literis groſsis,nũcupatis,maiuſcole,et quare,n.28.
Comparatio, vt fiat requiruntur duo ſcripturæ,vna,ad quam,alia,à qua, n.29.
Et quæ requirantur in his duabus ſcripturis, & quomodo teſtes debent deponere ſuper ea. num.31.32.33.
Comparatio debet fieri per principalem, non per procuratorem,n.34.
Vxor,an teneatur deponere contra virum; & è contra,num.35.
Maritus,an poſſit caſtigare vxorem,& quomodo,num.36.
Carceratus teſtis, an admittatur in cauſa alterius carcerati,n.37.
Canonicus, an admittatur in cauſa alterius Canonici, num. 37.
Teſtis Carceratus,an faciat fidem, n.39.
Odij cauſa qualibet ſufficit ad repellendum teſtem,num.41.
Inimicitia,an debeat eſſe grauis, vt teſtis repellatur,num.41.
Inditia ad torturam inferẽdam quomodo probari debent, n.42.
Tortura, vt inferatur duo teſtes conteſtes requiruntur pro inditio, num. 42.
Vita in diſcrimine conſtitutus quam fidem faciat,& an præſumatur mentiri,n.43.
Virgo ſtuprata in vita diſcrimine conſtituta, quam fidem faciat,num.43.
Mãdatũ datũ Caio de occidẽdo Titiũ,ſi occiderit ex cauſa priuata,et inimicitia particulari,an mandatarius puniatur,n.44.et 80.
Limita,niſi alia coniectura nõ cõcurrãt,n.45.
Iudex pro veritate indaganda, an poſſit vti fictionibus,& ſimulationibus,& quomodo à num. 46. ad 48.
Auctor conſulit eſſe cauendum ab huiuſmodi fictionibus, vti deceptorijs, n.49.
Teſtes non repulſati faciunt probationē,n.50.
Teſtium repetitio eſt neceſſaria, etiam ſi procedatur ex præeminentia, ad modum Belli, vel ex delegatione, n. 53.& 54.
Iudicium cæptum ordinariè,an poſsit fieri extraordinarium,n.54.
Reus offerens in promptu innocẽtiam demonſtrare, an euitabit torturam ex proceſſu informatiuo,n.55.56.& 57.
Teſtes examinati ad defenſam, an debeãt eſſe omni exceptione maiores, ſicut, & teſtes ad offenſam,n.58.& 59.
Mulieres examinatæ ad defenſam præferũtur maſculis examinatis ad offēſā,n.59.et 60.
Teſtis minor, an factus maior,poſſit deponere de eo,quod vidit tẽpore minoris ætatis,n.61
Obliuio quanto tempore datur in principali,et quanto in teſte, n.62.& 63.
Obliuio præſumitur modico tempore in Papa, Principe, uel alio grauato negotiorum congerie,num.64.
Modicum tempus quomodo conſideratur in obliuione, num.65.
Obliuio in quibus caſibus nõ cadit,n.65.et 66
Obliuio quanto tẽpore currat in teſte ex facto alieno,et ĩ principali ex facto proprio,n.66
Ciuis, an dicatur illius loci quis, cuius mater illuc tranſijt,n.68.
Exilij fines frangens,qua pœna punitur,n.67.
Præſes,an poſſit expendere pecuniã fiſci,n.69.
Locumtenens, an poſsit eſſe in propria patria, num. 70.
Iudex, an poſſit in eadem cauſa firmare vti Iudex,& ſcribere uti actuarius, num. 71. 72.& 73.
Tormẽtũ fidicularũ eſt prohibitũ in Reg.n.74
Appellatio, an admittatur à geminata tortura num.75.& 76.
An admittatur in Regno Siciliæ, nu.77.
An procedat ex regula Cancellariæ, num.78.
Iudex inhibitus procedens, nulliter procedit poſt inhibitionem,num.79.

TVrbatus eſt à furore oculus meus, et anima mea turbata eſt valde; Dauid Pſ.6. S...l.1.de ira n.19.fol.mihi 541.dicit;I ſcim. ſępè nõ illis,qui lęſerũt,et his qui læſu-

læſuri ſunt,ſed his,qui ipſa cogitatione nos lædunt.

Vnde Grammatic. auth. noſter dedignatus his, qui ipſum læſerunt, & torturam ex proceſſu informatiuo illatam Proſpero Caſtiglione increparunt, quaſi quòd minus iuridicè fuiſſet illata,iratus eſt, & contra eos inſurgens, fortior euaſit in ſubſtinendo fuiſſe iuridicè illatam, & eidem cóueniunt verba eiuſdem Senec. eod. loc. Non debet quis iraſcendo eſſe fortior, niſi ſit fortis ſine ira.

Et,ſi in omnibus operibus fortem ſe oſtendit,in hac dec.34. fortiorem ſe demonſtrauit pro reuiſione decreti ſuper tortura prædicta illata,excuſandus eſt, cũ iuſta ſit cauſa perturbationis,& rationabilis ſit ira, Almont. Giaz. Ariminenſ. Magnus Criminaliſta diſcept.forenſ. 65. n. 6. Vnde conueniunt præcitata verba Dauid; Turbatus eſt oculus meus,& anima mea turbata eſt valdè.

Et,licèt hanc materiam de tortura inferenda ex proceſſu informatiuo latè Author. noſter tractauerit, & latius Proſper Petra,& Didacus de Mari magni Additionatores delucidauerint, & nõ eſſet opus alia quærere, tamen ne ſilentio pertranſeam, & contra morem; pauca poſt eos ſcripta adducere libet, vt inde occurſa innoteſcant.

Tractat, inquam Author. ſi tortura infertur
2 ex proceſſu informatiuo,& Petr. & Mari hic varia dixerunt,tu ſcias, quòd tortura eſt de mixto imperio, Capobl. tom. 2. cap.36.num. 10. & nõ datur niſi inditijs præcedentibus, Bouadill. lib.2. politic. cap.21.num.154.& lib.5. cap.3. nu.12.
3 Salernit.deciſ.57.num.3, Mauſon. in tract.de contraban. quæſt.10. num.38. neque irrogari poteſt, cum dicto vnius teſtis tantum, etiam ſi ſit omni exceptione maior, Mauſon. cit.tract.quæſt. 11.n. 10. quicquid alij contrarium ſenſerint, ſecus ſi eſſet teſtis de viſu, Mauſon.ibid, num.16, Ciazz.diſcept.2.num.37. & te-
4 ſtis deponat de eodem maleficio directè,& immediatè, non autem de inditio ad maleficium, Ciazz. diſcept.2. nu. 40.

Verùm quando inditia ſunt talia, quæ factũ
5 aliter haberi non poteſt,tortura infertur ex proceſſu informatiuo, Iacob. Gail. conſ. 115. quem ſequitur Thor. comp. deciſ. par.2. verb. tortura fol.mihi 697. col.2, & quòd omninò delictũ ſit commiſſum ab eo, Ciazz.diſcept.2.num.32. dummodò ſint inditia perfecta in gene-
6 re ſuo, & illa ratio; ſi ſingula non proſunt, vnita iuuant, non operatur; cum plura imperfecta nõ poſſunt vnum perfectum facere, Ciazz. cit. loc. num. 41. pro vt ſimiliter irrogatur de ordine Principis, *M*auſon. cit. tract. quæſt. 13. qui quæſt. 10.num. 11.& 12. affert, quòd ſi fuit moderatè data,poteſt repeti ex pro-
7 ceſſu informatiuo, & tunc non dicitur noua, ſed continuatio primæ, *M*aur. *B*urg. de mod,proced.ex abrupt. q. 24. num.7.8.& 9.

Sed hæſitatur quando, & in quibus caſibus poſſit inferri, *B*aldax.de Angel.eruditus vir, & magni nominis ad Foller. pract. Crim. tit. rei Indurati torqueantur, ad-
8 uertit non poſſe irrogari quando pœna delicti eſt arbitraria, & neque conſuetudine poſſe induci,vt inferatur; fuit enim inuenta in ſubſidium, & ſic indefectum teſtium, Ciazz.cit.loc.2.21.& ſeq.Burg. cit.tract.q.4.num. 27. & quæſt.100. nu. 34. Carrab. ſing. 245. multa affert. Io:
9 *M*ar.Nouar.inſignis vir.collect. 197. & iterum tom. 1. de grauaminibus vaſſall. grauam. 181.& 182. & tom. 2.grauam. 200. & Taſſon. de antefat. verſic. 12, obſetu, 1,num.51, inferunt ad torturam irrogandam requiri inditia, ſiuè argumenta, vel ſemiplena probatio, nempè ad inditij ad torturam ſufficientiam requiri duos conteſtes.

Alij verò aſſerunt eſſe in pectore Iudicis,
10 & ſic arbitrarium torquere, & ſunt Taſſon. cit. loc. Camill. de larata conſ.114. num.80.quod arbitrium quomodo procedat,vide Ciazz. diſcept.8. num. 1. & ſeq. quod dicas tu, vt eſſe debeat regulatum,& iuri conſonum,& ſecundum leges diſcernere quantum poſſit ſe extendere, alias Iudex crimen committit,
11 Bouadill.lib.2.politic.cap.10,num.20. & iter. eod. lib. cap.21. num. 154. Io.

Iacob.

Iacob. de Martin. acuti ingenij, conſ. 26.
num. 51. Camill. de Larat. cit. conſ. 114.
num. 80.

Reg. verò Tap. dec. 22. conſ. Neapol. num.
2. & 3. dicit hodie in irrogatione tortu-
12 ræ ex proceſſu informatiuo diſcutiendã
eſſe grauitatem delictorum, ſufficien-
tiam inditiorum, & qualitatem per-
ſonæ.

Et quando aliter infertur, licèt tortus con-
13 fiteatur, non probat, nec contra ſe, nec
contra alios, Reg. Valenz. conſ. 163. nu.
22 tom. 2. Ciaz. diſcept. 2. num. 56. Cã-
pagn. in cap. Regn. Si cum ſceleratis,
num. 44.

Et, ſi fuerit exceſſum in tortura, illam alle-
14 gans probare tenetur, Donat. Ant. de
Marin. eruditus vir reſol. quotid. 205.
num. 11, & quando tortura purgat indi-
tia, vide Viſcont. in ſingulat. verb. tortu-
ra fol. mihi 276.

Limita tamen, vt torqueri non poſſint ex
15 proceſſu informatiuo Barones, tàm ex-
teri, quàm Regnicolę, feuda in Regno
poſſidentes, Taſſon. cit. tract. verſ. 3. ob-
ſeru. 4. n. 157.

Et è contra *Barones* ipſi, & eius officiales
16 non poſſunt torquere ex proceſſu infor-
matiuo eius vaſſallos, niſi præcedente
licentia Domini Proregis, qui commit-
tit alicui ex officialibus, ſibi viſo, vt in
Collaterali referat, & audita relatione,
17 & qualitate inquiſitorũ, & meritis cau-
ſæ, ac inditijs exiſtentibus, concedit, vt
refert Taſſon. tit. loc. n. 162.

Et, ſi officialis Baronalis torturam ex pro-
18 ceſſu informatiuo irrogaret, quãuis con-
feſſio ſequeretur, eſſet nulla, prout fuit
declarata in caſu occurſo *Regenti* de
Tapia, quando in hac Prouincia Audi-
tor præerat, nunc autem Regiæ Cancel-
lariæ Decanus imperat, prout ipſe addu-
cit Deciſ. 22. qui num. 5. dicit hunc mo-
19 dum torquendi ex proceſſu informatiuo
ſeruari in Etruria, in Ciuitate Lucana, &
in Regno Hiſpaniarum, vt affert hic Pe-
tra, num. final.

Sed Regiæ Prouinciales Audientiæ Regni,
20 quibus olim hæc præheminentia con-
cedebatur, de ſemeſtre in ſemeſtrem bo-
die ea vtuntur, & torquent ex proceſſu
informatiuo, Carau. Rit. 259. nu... 10.
idem Tap. num. 6. & Petr. hic num. 4. &
num. final.

Author hic num. 3. & Mari num. 6. & ſeq.
tangunt, cuius effectus ſit ætas, & quæ
21 dicatur decrepita? tu vide quæ ego tetti-
gi ſupra dec. 33. num. & de ſenibus,
eorum priuilegio, & requiſitis dixi per
ſermonem ſeparatum tit. de ſenib. in
meo 3. tom.

Author hic num. 2. dicit Iudicem eſſe in-
22 uentum, vt veritatem inueniat, & Mari
num. 1. addit, vt potius ſcandalum tole-
rari debeat, quàm veritatem omitti; tu
adde quòd veritas eſt tantæ vis, quæ
omnia ingenia, aſtutias, & calliditates
ſeipſam defendit, l. vnic. Cod. de latin.
liber. toll. & in perquirendis delictis ve-
ritatis tutores eſſe debemus dicta l. vnic.
Aretin. conſ. 9. n. 2.

Author num. 15. quærit, ſi comparatio lite-
24 rarum faciat plenam, vel ſemiplenam
probationem, quod idem tangit Petr.
hic num. 9. & Mari, num. 42. tu diſtin-
gue; aut ſumus in ciuilibus, & procedunt
iura allegata per Mari hic num. 42. cui
adde Affl. dec. 181. dicentem non cre-
25 dendum eſſe aſſerẽti habere notam ma-
num, niſi teſtes dicant vidiſſe ſcribere, &
ſubſcribere; tempore enim mutantur ma-
nus ſcribentium, Ciazz. diſcept. forens.
28. n. 5. Mart. vot. 45.

Aut verò ſumus in criminalibus, & compa-
26 ratio fit cum ſimilitudine literarum, quę
in omnibus literis ſubſcriptionis eſt fa-
cienda, & non aliquibus tantùm, Curt.
Senior. in l. admonendi. ff. de iur. iur. n.
118. & hoc caſu comparatio ſola nõ
operatur; poſſunt enim de facili decipi ex
ſimilitudine literarum, cùm quis manus
alienas contrafacere poſſit; tamen quo
vis modo comparatio fiat, etiam ſi legi-
timè non poteſt ex ea deueniri ad tor-
turam, Ciazz. qui multos adducit cit.
diſcept. 28. n. 3. & ſeq.

Et quando admittitur, non eſt admittenda
28 in literis maiuſcolis, ea ratione, quia non
ſolum debent inſpici corpora literarum,
verùm etiam tractus, ſigna, accentus, &

ſimilia,

ſimilia, quæ in literis groſſis, vulgariter
nuncupatis maiuſculis, & diſligatis con-
ſiderari non poſſunt, Ciazz. cit. diſcept.
28.n.17.18.& 19.
Comparatio autem, vt legitimè fiat requi-
29 runtur duę ſcripturæ, vna ad quam, alte-
ra à qua Rol. à Vall. conſ. 26. num. 2. vol.
1. Ludouic. dec. peruſin. 7.
Quod intellige quando comparatio fit, vt
30 inducatur plena probatio, Rol. ibidem
num. 17.
Et in hac comparatione facienda de ſcri-
31 ptura ad ſcripturam requiritur, quod Iu-
dex eligat duos peritos, qui cõmpara-
tionem faciant coram ipſo Iudice cum
ijs duabus ſcripturis, & deponere debẽt
cum iuramento de eorum credulitate,
nempè quòd examinatis diligenter ca-
racteribus, conſideratis corporibus, &
viſis elementis ſcripturarum, eorum iu-
dicio ſcriptura, ad quam fuit ſcripta ma-
nu illius, qui ſcripſit ſcripturam, à qua, &
quòd iſtud deponũt, remoto odio, amo-
re, gratia precibus, & ſine corruptione;
primùm probatur ex Alex. conſ. 58. col.
2. vol. 7. Rol. dict. conſ. 26. num. 25. vol.
1. Secundum ex L. comparationes, ſupra
allegata Ludouic. deciſ. peruſ. 7. Affl. de-
ciſ. 181. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ.
114. Bald. conſ. 218. par. 1. Curr. con-
ſil. 118.
Et in caſu comparationis faciendę, debet
34 per principalem fieri, non autem per
procuratorem, imò procurator tenetur
comparere facere ſuum principalem, ad
finem ſcribendi ſcripturas ſui principa-
lis, ex Magon. deciſ. Florentin. 17.
num. 2.
Author num. 17. & Petr. num. 11, & Mari
35 nu. 43. conantur dilucidare illam quę-
ſtionem, an vxor teneatur deponere cõ-
tra vitum, & è contra.
Auth. eod. num. 17. quem ſequitur Petr. nu.
11. & Mari num. 45. aſſerit poſſe maritum
36 modicè caſtigare vxorem ſuam; tu vide
quæ ego dixi in tom. 1. tit. de adulter.
cap. vnic. à num. 52. ad 59. vbi articulum
reſolutum habes.
Auth. num. 19. prohibet carceratos admit-
37 ti in teſtes, tu limita, niſi depoſuerit in
cauſa alterius cõncarcerati, Ricc. deciſ.
180. par. 1. pro ut in ſimili Canonicus
poteſt eſſe teſtis in cauſa alterius Con-
canonici, Farinac. quæſt. 69. illat. 17.
num. 461.
Quod contrarium videtur illis, quæ idem
38 author infert infra num. 29. vbi conclu-
dit teſtes pro fiſco examinatos pro cri-
minibus inquiſitos probare, niſi appareãt
cõfeſſi, aut condemnati, quo caſu repel-
luntur, tu adde, quod non refert, vt teſtis
39 ſit inquiſitus, vel in vinculis detentus,
vel fideiuſſionibus relaxatus, non pro-
bato maleficio, & probat etiam ſi fuerit
tortus, & neque infamiam irrogat per ea,
quę affert Doctiſſimus D. Franc. Mal-
zar. Vicentinus conſ. 22. n. 14. & 15.
Auth. num. 22. in verbo: Qualitas particu-
laris inimico, dicas tu quod quælibet
40 cauſa odij ſufficit, licet odium nõ oſten-
dat, vt idem Auth. affert ſupra deciſ. 33.
num. 4.
Auth. nu. 30. dicit, quòd inditia probantur
41 per teſtes ſingulares, & ſufficiunt ad tor-
turam, tu dicas duos teſtes conteſtes re-
quiri ad probandum inditium, vt induca-
42 tur tortura, vt ſupra dixi ex Taſſon. verſ.
12. obſer. 1. n. 51. & conteſtes de loco, &
tempore, vel ſaltim de tempore, Clar.
quæſt. 22. in princip. & poſt eum Ciazz.
diſcept. 2. n. 22. & 23.
Auth. nu. 37. & Mari n. 54. tangunt illum
43 articulum, an in diſcrimine vitæ conſti-
tutus præſumatur mentiri, quòd idem
tangit infrà dec. 56. n. 15. & vot. 3. n. 15.
& vot. 11. num. 18. de quo nec Petr. nec
Mari nil addunt, tu vide diſtinctionem
latè per me tractatam in meo ſecundo
tom. de pugn. doct. tit. de condemn. pro
delict. cap. 3. per tot. vbi te remitto, qui-
bus addo nunc hoc procedere etiam in
virgine ſtuprata, cuius aſſertioni eſſe ſtu-
pratã non creditur, etiam ſi eſſet in mor-
tis articulo, Ciaz. diſcept. 24. n. 3.
Auth. n. 40. amplectitur illã aliam quæſtio-
44 nem, ſi quis habuerit mandatum à Tino
de occidendo Caium ſuũ inimicũ, quem
tamẽ proprio odio, & particulari inimi-
citia occidit, tunc mandatum non erat in
conſideratione, & mandans ad nihilum
tenetur,

tectetur,& Petr.hic n.20.addit grandi ſa-lis,nempè ſi aliæ coniecturæ concurrāt, ſi occidens afferat non occidiſſe ex mādato ſibi dato; ſed potius proprio odio, eſſe credendū ſi aliç coniecturæ nō concurrant, quā quæſtionem latè diſſerui in meo 2.tom. de pug. doct. tit.de aſſaſſin. cap.3.à num.10.ad 16.

Auth.nu.43.affert,quod Iudex ad veritatē
46 indagandā poteſt vti ſimulationibus, tu adde;quod poteſt fingere ſe velle facere quod re vera facere nō intendit pro perquirēda veritate delicti,imò verbis mellifluis vti,& oſtendere in inquiſitū ſigna humanitatis,& si ſit inquiſita mulier, ſigna amoris demōſtrare,& fingere ſe ſci-
47 re totū factū, quamuis re vera illud neſciat,& alijs fictionibus vti,imò ſimulare ſe ſuo amore perire, adhoc, vt citra torturam veritatem à delinquente, habeat.

Quod limita,dummodò nō vtatur falſitati-
48 bus,et mēdacijs,ne oriatur aliquod magnum præiudicium,& dūmodò fictiones & ſimulationes prædittas in actis apparere faciat, hæc omnia cumulat Farin. q. 81,à nu.304.ad 314.Mancin.de confeſſ. cap.3.artic.3.num.32.& ſeqq.

Ego verò dico eſſe cauendum ab huiuſmo-
49 di fictionibus,quæ ſūt deceptoriæ,& directæ ad malum finem, & eas improbat, Carr.in practic.interrog.reor.lib.2. cap. 1.nu.18.conferunt adducta per Mancin. de conf.ſſ. cap. 3. artic.3. n.34.& ſeqq.

Auth.nu.54.verbo: aliqui teſtes repulſati, & idem auth.ſupradicta dec. 11.nu. 10.
50 dicit,quod ſi ſunt aliqui teſtes repulſati, & aliqui non,illi nō repulſati faciunt prç ſumptionē,& cū eis proceditur, ꝑ nota.

Petra hic nu.4.& nu.fin. & Mari hic nu.20.
50 tangunt articulū præheminentiæ,quam reliquis Audiētijs Prouincialibus Regni conceſsā eſſe aſſerunt,& non autem alijs Iudicibus inferioribus, de cuius præheminentiæ viribus, & effectu latè tractaui in 1.tom.de pugn.doct.tit. de præheminentia cap. vnic. vbi enucleaui quā præheminentiam habeat hæc noſtra Audientia;Quā verò aliæ Regni,vbi te remitto.

Petr.hic num.5. affert, an ex præheminentia,procedendo poſſit repetere teſtes,tu adde, quod in omnibus cauſis, etiam in illis,in quibus proceditur ex præheminētia,ex abrupto,ex proceſſu informatiuo, ſiuè alio modo inuſitato, ſiuè ad modum
53 Belli, ſiuè ex delegatione, ſemper ſunt repetendi teſtes, cuius materiam per ſeparatum capitulum, & diſtinctè tractaui in tomo 2. tit. de teſt. repetition. cap.5.

Petr. num. 6. infert, quod quando eſt cæptum Iudicium ordinariè, non poteſt
54 poſtmodum procedi extraordinariè, & ſic ex proceſſu informatiuo,ex Io:Grād. & Campan. per eum citatis, cuius doctrinam amplector non ſic ſimpliciter; ſed cum diſtinctione in meo ſecundo tom.tit.de poteſt.ad mod.bell. cap. 6. à num.6.ad 14.

Petr.num. 7. tangit illam declaratam quæ-
55 ſtionem, ſi reus offerat in promptu docere de ſua innocentia,an euitabit torturam ex proceſſu informatiuo? & motus tantùm opinionis Grammatic. vot. 3. num.33.& Oſaſc.deciſ.79. pro negatiua teſtatur, & ſic obtineri non poſſe,tu autem contrarium teneas, vt in omnibus
56 criminibus,etiam in illis,in quibus proceditur ad modum *Belli*, quando reus offert in promptu demonſtrare de ſua innocentia, vel talem promptuariam defenſionem offert,ita vt ea probata, non eſſet deueniendum ad torturam, tunc Iudex tenetur ſuperſedere in tortura, & reum ſuper oppoſita, ſiuè oblata defenſione audire, quam quæſtionem non pauco calamo diſſerui in eodem meo primo tom cit. de poteſt. ad mod. Belli, cap. 6. per tot. vbi plura exempla adduxi, & poſt ibi ſcripta pluries in hac R. Audientia,obtinui, & ſignanter in cauſa Camilli Bruni, Auelleni cōmorantis qui inquirebatur de furto cōmiſſo in loco detto, lo Stretto di Barba, & Auditores erant in voto torquendi ex abrupto, procedendo ad modum Belli, & ego, qui eius partes tuebar, per fidem teſtium, licèt priuatam, opponebam hora commiſsi criminis inquiſitum fuiſſe in Terra Montisfredani diſtanti per ſex miliaria à delicti loco, &

Q petebam

petebam hac negatiua oblata ſuperſedẽ-
dum eſſe in tortura;tamen poſt multa di-
ſcuſa, Auditor della Cueua, & Galte-
rius fuerũt in pari voto,nã Auditor del-
la Cueua, & Galterius votauerũt, quòd
infra dies duos doceret de allegatis, &
interim ſuperſedeatur ĩ tortura. Auditor
verò Lionetto votauit oppoſita,ſiue obla
ta defenſione non obſtãte,torqueatur,&
interpoſita fuit appel.quæ nõ fuit proſe-
quta,quia de ordine Dñi Proregis inqui
ſitus fuit aſportatus ad Commiſſarium
Campaneæ, coram quo fuit verificata
fides in hac R.A.producta, & inquiſitus,
liberatus, tu adde Nouar. de grauam.
vaſs.tom.1. grauam.372.

Petr. hic num. 12. ibi teſtes inhabiles ad-
58 mittuntur, tu adde ex illa regula, vt te-
ſtes in criminalibus debeant eſſe omni
exceptione maiores;Hæſitatum fuit, an
teſtes ad defenſam examinati debeant
eſſe ſimiliter omni exceptione maiores;
& in meo tom.1.de pugn. doct. tit. de
falſ.monet.cap.2.num.20.& ſeqq.& ite-
rum eod.tom.tit.de teſtib.cap.1.num 6.
ſubſtinui teſtes ad defenſam minus ido-
neos admitti; tractatur enim de vita ho-
minis,quæ pretioſior cæteris eſt, & ad-
mittitur ad defenſam ſemiplena proba-
tio,etiam dubia,nunc adde,quod ſi con-
tra inquiſitos, & ſic pro fiſco ad offenſã
ſunt examinati viri, inde contra fiſcum,
& ſic pro inquiſito ad defenſam sũt exa-
minatæ mulieres,præferuntur viris,& ſic
maſculis,Rol.à Vall. conſ. 93. num. 19.
vol.4.Borrell.2.par.deciſ.tit.14. num.3.
Baldax. de Angel. ad Foller.pract.crim.
tit.recipiant.defenſ. reor. num.44.

Petr. num. 15. diſputat. an pupillus factus
61 maior teſtimonium ferre valeat de eo,
quod tẽpore minoris ętatis vidit,& con-
cludit poſſe:in illis tamen, in quibus ad-
mittitur, tu vero diſtingue; aut interro-
gatur de ætate, aut de aliquo facto, quã
diſtinctionem latè narraui eod. tom. 1.
tit.de teſtib.cap.1.nu.12. & ſeq. & poſt
ibi ſcripta vide Fęlin. in cap. cum nobis
de præſcript.Farinac.quæſt.58.nu.3. &
ſeq. prout in ſimili Papa eſt idoneus te-
ſtis de eo,quod vidit, quãdo Cardinalis
erat Roman. ſingul. 127.

Petr. num.19.affirmat obliuionem in teſte
62 dari per decennium,tu adde, quòd licèt
obliuio ſit præteritorum,& eam tulerunt
Romani,& Athenienſes,vt refert Faber.
ad Senec.controuerſ.32.verb.optima
fol.mihi 210. tamen obliuio præſumitur
verbi,aut facti tranſeuntis, Reg. Valenz.
conſ.161.nu.45. tom.2. & licèt in facto
proprio præſumatur obliuio, etiam
poſt biennium, ex illa regula generali,
quòd memoria hominis labilis eſt, vt
docet Ciazz. diſcept. Forenſ.171.nu.2.
tamen eadẽ ratione obliuio in teſte con-
ſideratur,ne dum per annos;ſed per mẽ-
ſes,Ciazz.cit.loc.num.18. per conſ. Fa-
rinac.44.nu.5.in Fæmina verò ob fragi-
litatem ſexus memoria facilius labitur,
& in ea obliuio cadit minori tempore,
quàm in maſculo,Rip.in l. quod iuſſit,ff.
de re iudic. n.47.Menoch.de arbitr.Iu-
dic.caſ.26.num.4.

In Sũmo Pontifice cadit obliuio, etiã mo-
64 dico tempore propter multitudinẽ ne-
gotiorum;Pariſ.conſ.1.num.132.lib. 1.
Corn.conſ.135.vol.4.verb.Et eſt ratio,
quòd ampliatur procedere in Principe,
vel alio negotiorũ grauato, & obſeſſo.

Sed Maſcard.concluſ.1127. nu.18. decla-
65 rat hoc modicum tẽpus eſſe biennium
in Principe,Sũmo Pontifice, & fæmina,
& in facto proprio,qui n.ſeq.limitat obli
uionem non dari in infraſcriptis caſibus
Primò,in facto firmato iuramẽto, Secũ-
dò in facto implicato, etiam de recenti.
Tertiò in facto, in quo etiã veriſimiliter
nõ põt dari obliuio. Quartò in caſibus
ſucceſſiuis, & continuatis, etiam longo
tempore intercedente; cõtinuatio enim
66 actuum ſucceſſiua efficit rem magis no-
toriam, & ceſſat obliuionis pręſumptio.
Quintò in facto proprio alteri obligato-
riũ, et multas alias limitationes affert,
quas vide in dies enim deſeruiũt, tàm in
principali non recordãte factũ propriũ,
quàm in teſte factum alienum, vide quæ
dicam infra dec.40.num.36.

Petr.hic num.25. affert non dici ciuem il-
69 lius loci eum,quem mater grauida tran-
ſiens peperit, quem articulum perfun-
ctorie

ctorie tetigi in tom. 2. tit. de Immun.
Neap. cap. 1. num. 8. poſt ibi ſcri-
pta ſcias ad illud, an efficiatur Ciuis lo-
ci,in quo naſcitur; quod hæc quæſtio eſt
terminata per Reg.Moles dec.59. quem
ad pennã habeo, nempe,quod quamuis
efficiatur ciuis loci,in quo eſt natus, ta-
men gaudet immunitatibus loci, in quo
habitabat pater,ſi ibi eſſet ortus.

Petr. numer. 26. ibi Præſes pecuniam fiſci
non expendet, tu adde procedere ne-
dum ex iuribus per Petram adductis,ve-
rum etiam ex inſtructionibus Regiæ Ca-
meræ ſummariæ, vt dixi eod. tom. 1.
tit.de offic.Præſid.ca. 1.num. 23 & ſeq.

Petr.n.29.& 30.ibi Locumtenentem poſſe
70 eſſe in propria patria,ſi parua ſit tu ſcias,
quod huiuſmodi materiam latè deduxi
in eod tom. 1.tit.de offic. in gen. cap.6.
& poſt ibi ſcripta, vide Bouadill. lib. 1.
politic.cap.12.num.26.Palm.diuerſ.Iu-
rium gloſ. 15.num.45.

Eod.n.30.ex Petr. ibi in parua terra poteſt
71 quis officio Iudicis,& actuarij ſimul fũgi.
Ex quo dubitari contingit, ſi in vno, & eo-
72 dem loco poſſit Iudex in cauſis minimis
ſcribere vti actuarius, inde decidere, &
firmare vti Iudex,Vrſill. ad Affl. dec. 3.
num. 8 pro affirmatiua concludit, con-
trarium ſubſtinet Viu. dec. 48. num. 6.
Verum practica,& obſeruãtia eſt,vt non
73 poſſit Iudex vtrumque officium exer-
cere, etiam in minimis; ſed quæ dican-
tur cauſæ minimę,vide Marant.conſ.34.
vide quę dixi ſupra dec.27.n.32.& ſeqq.

Petr.nu.34. ſimpliciter dicit fidiculas eſſe
74 genus tormenti, tu adde quod fidicula-
rum tormentum eſt prohibitum in ferri
teſtibus per Regium Collaterale Con-
ſilium, cuius ordinẽ inſerui in eod. tom.
1. tit. de teſtibus cap.3. nu. 16. ſequitur
Nouar.de grauam. vaſſall. tom. 1. grau.
324. & noui habetur in prag. 1. 3. & 4.
de quæſtionibus.

Petra nu.38.ex Carau. Campan. & Thor.
ibi allegatis infert appellationem admit-
75 ti,ne dum à decreto torturæ;ſed à com-
minata tortura, etiam ſi procedatur ex
abrupto,ſiuè ex præheminentia,tu adde
& idem dicit Taſſ.de antefat.verſ.3.ob-
ſeru.3.num. 111. ad fin. & ſtatim inter-
poſita appellatione à comminata tortu-
76 ra, nedum ligantur manus Iudicis mi-
nantis torquere,verùm etiam inquiſitus
appellans,ab eius eximitur Iuriſdictione,
ſic ex multis affert. Nou.tom.1. de gra-
uam.372.nu.9. & 10.concordat D. Al-
fons. Villagut.pract.crimin.canonic.lib.
7.tit.de tortur. cap. 10. concluſ. vnica.

Et in Regno noſtro Neapolitano ſic ſerua-
tur, & ſeruatum vidi, vt admittatur ap-
pellatio à comminata tortura, facit di-
ſpoſitio Capituli Regni: ſi iuſtè quis,vbi
licèt adſit grauã talis,vt iuſtè appellaue-
rit,tamen indiſtinctè admittitur appella-
tio à comminata tortura.

Sed in Regno Siciliæ non admitti, neque
77 dari appellationem à comminata tortu-
ra,refert Mut.tom.6.cap.Sicil. cap.49.
num.33.35.& 36.

Quod non procedit ex regula Cancellariç.
78 refert Quarant. in ſumm. Bullar. tit. re-
gul.Cancell. regul. 37. & nouiſsimè re-
miſſiones ad Sac.Concil. Trid. ſeſſ. 13.
de reform.cap.1.verſ.cum à grauamine,
conferunt dicta per Baldax.de Angel.ad
Prat.in l.ſi clericus, C. de Epiſcop. au-
dient.num.1.& ſeq.

Eod.num.38. Petr. in verb.non exiſtente
79 inhibitione,tu adde, quod ſi Iudex fue-
rit inhibitus, etiam ab incompetenti, &
non obſtante inhibitione,procedit, nul-
liter agit,Gamm.dec.Luſit.219.Maſtril.
dec.127. & conferunt dicta per Caroc.
de except.except.21.quæſt.7. & except.
22.quæſt.11.

Mari hic num.61.verbo:ſi odium,& inimi-
80 citia eſſent,cum mandatario, & occiſo,
tu ſcias, quod hanc quæſtionem plenè
deduxi in meo ſecundo tom. tit. de ho-
micid.cap.4.nu.22.& ſeq.

Heliſæus Danza.

AD GRAMMATIC. DEC. XXXV.

SVMMARIVM.

Appellatio eſt de iure naturæ,num. 1.

*Non poteſt tolli in totum; ſed alterari, & di-
ſpenſari,num.2.& 3.*

Q 2 *Par.*

Partes poſſunt appellationem tollere, & quomodo, num.4.
Appellatio.& recuſatio, an idem ſint, n.5.
Appellatione remota, an cenſeatur remota in ſententia diffinitiua tantum, vel etiam in interlocutoria, à n.6. ad 10.
Auctor diſtinguit, an grauamen reparari poſſit in diffinitiua, num. 11. & 12.
Appellatio ab interlocutoria debet exprimere cauſas grauaminis, aliàs non admittitur, num.13.& 14.
An currant in appellatione ab interlocutoria eadem tempora ſicut, & in diffinitiua, nu. 15.16.17.& 18.
Appellatio ab interlocutoria, an ſtatim liget manus Iudici appellati abſq; inhibitione, n. 19.20.21.& 22.
Appellatio ab interlocutoria non datur in Regno Siciliæ, num.23.
Appellatio ſi debebat interponi ad vnum Tribunal, & fuit interpoſita ad alìud, an proſit appellanti, num. 24.
Si eſt deſerta per modicum tēpus, an reuideatur ex eiſdem actis à num.25. ad 29.
Tempus modicum quomodo intelligitur à nu. 30. ad 32.
Reuiſio ex eiſdem actis in quo Tribunali datur, à num.30. ad 32.
In Curijs Regni loco reuiſionis datur terminus ad non poſita ponendum, n.33.
Appellatio an detur, à decreto deſertæ appellationis, num.34.
Deſerta cauſa appellationis, non dicitur deſerta cauſa nullitatis, & quare, à num. 35. ad 64.
Appellatio an detur ab indebita citatione, vel à decreto, quod expediatur citatio ſuper tenore inſtrumenti à n.36. ad 40.
Baldaxar de Angelis Neapolitanus laudatur.
Appellatio an admittatur à decreto, quòd quis vtatur arte ſua, n. 41.42.& 43.
Vicinus an poſſit impedire vicinum, ne vtatur arte ſua, n.41,42,& 43.
Quid, ſi vicini ſomnus impediatur, numer. 43.
Limita, niſi fiat ad æmulationem, & alter vicinus non ſit priuilegiatus, n.43,
Quid in clerico, num.44.
Vicinus an poſſit in ſuo ignem facere, ſi alter vicinus lædatur, num.43.
Appellatio à decretis magiſtri nundinarum, ſiuè feriarum ad quos Iudices interponatur, à num. 45. ad 50.
In Curijs nundinarum proceditur per horas, num. 51.
Si in cauſa in prima inſtantia, & ſic in Curia Magiſtri nundinarum ſummariè proceditur, ſimiliter ſummariè in cauſa appellationis procedendum eſt, numer. 52.53. & 54.
Nundinis finitis, cauſæ ad ordinarium loci deuoluuntur, & ordinariè proceditur n.55.
Nundinarum Magiſter an poſſit cauſas ab Ordinario loci auocare durantibus nundinis, num. 56.
Appellatio à decreto Notorij facti alicui, an admittatur, num.57.& 58.
Teſtes duo ſufficiunt in notorio, n.62.
Recuſatio Iudicis an cadat in decreto notorij, num. 59.
Notorium non debet fieri ruſticis, & quare, num. 60.
In notorio faciendo verſatur arbitrium Iudicis; conſiderata qualitate perſonæ, loci, temporis, & modi, num. 61.
Appellatio an admittatur à decreto Iudicis exequutoris, num.65.
Exequutor triplex eſt, merus, mixtus, & nudus, & qui ſint, numer. 66.67.68. & 69.
Iulius Cæſar Ruginella laudatur, numero.1.
Io: Berardinus muſcatellus laudatur, n.1.
D. *Franciſcus Merlino Pignatellus Neapolitanus laudatur, num.10.*

DOmine, *vim patior, reſponde pro me, Iſaia. Cap. 38.*

Nullum præſidium adhibitū, & allegatum ex cauſa teſtium examinatorum, vt in præced.deciſ.eſt enarratum, nullumque ſuffragium imploratum ex cauſa appellationis, ſiuè reclamationis à ſententia ad mortem, præualuit Proſpero Scaglione ad mortem euitandam, quæ fuit exequuta, vt in præcedenti deciſ.colligitur; Vnde rectè potuit Proſper ille exclamare. Domine, vim patior, reſponde pro me, cum Ezechia in cantico.

Et

Et ad præſentis deciſionis additionem eſſet neceſſe materiam reclamationis, ſiuè ap pellationis non exarare, ſed potius eam omittere, quia frequens, quotidiana,& ab omnibus amplexa eſt; eam inquam tractat modernus, & inſignis vir Iulius Cæſar Ruginella Mediolanenſis in ſuo pulcro tractatu de appellat. & ante eum eximius iureconſultus Io. Berar. Muſcatell. in ſuo eleganti tract. de appellat. & Sigiſmund. Scaccia, qui integrum tractatum de appellationib. compilauit poſt omnes.

Verùm ne ieiunus euadam à tanta materia, poſt per eos ſcripta colligam; cùm Petra,& Mari paucis hic contenti fuerunt. Vnde omiſſa illa declaratione, quod ap-
1 pellatio eſt de iure naturę, quod cum immutabile conſideretur, eſt indicandum, vt tolli non poſſit in totum, etiam
2 ab habente quamlibet poteſtatem, poteſt tamen à Principe alterari quandoq;
3 & diſpenſari; Affl. deciſ. 391. nu. 9. Reg. Rouit. ad pragmat. 1. de bon. proditor. nu. 19. Reg. Valenzuel. conſ. 194. nu. 6. tom. 2. Arnon. dial. 64.

Verùm partes poſſunt eam tollere expreſsè,& tacitè: expreſsè; quando appella-
4 tioni ex conuentione renunciant, quod poſſunt facere; plus enim poſſunt partes in eorum præiudicium facere, quàm lex diſponere, l. final. §. 1. ff. de tempor. appellation.

Tacitè verò plutibus modis. Primò quādo faciunt actum contrarium appellationi
5 interpoſitæ, vel ſoluendo, vel diuidendo, vel alium actum peragendo: Felin. cap. quò ad conſultationem de re iudic. & ex tex. in l. ad ſolutionem, C. de re iudic. Vrſill. ad Affl. deciſ. 78. num. 8. Marant. in pract. tit. quandoque apellatur, à nu. 341. ad 344. Guttier. conſ. 10. nu. 2. quod procedere citati DD. affirmant, etiam in procuratore ſimiles actus faciente, vide Oſaſc. dec. pedem. 131. Secundo, tacitè cenſetur appellationi renunciatum, ſi appellans reuertitur corā Iudice appellato, Camill. de Larat. conſ. 88. num. 3. vide Gratian. dec. 123. Aufrer. ad Cappell. toloſ. dec. 194. Gabriel. com, opin. titul. de appellation. concluſ. 8. Oſaſc. deciſ. 142. num. 43. Petr. ad Capic. dec. 68.

Quod limita non procedere in appellatione interpoſita per quærelantem, qui nullo modo pôt renūciare appellationi interpoſitæ in fiſci præiudiciū, ex Frāch. dec. 658. quia,& ſi fiſcus non appellat in Regno, ſed tantùm habet recurſum, vt dixi in mea pugna tom. 1. de offic. fiſc. num. 28. & 72. tamen ſemper cenſetur appellationi inhærere, vt dixi ibid. num. 62. 63. & 64.

Dicam id, quod in dies diſputatur, paſſim enim in cauſis Regni Neapolitani Do-
6 minus Prorex diſpenſat appellationi, & mandat procedi appellatione remota, quem articulum obiter tetigi in meo tom. tit. de poteſt. ad mod. belli cap. 6. num. fin. nunc addo, quòd ſic ſeruari in Regno Hiſpaniarum refert Bouadill. lib. 2. politic. cap. 16. num. 137. fol. mihi 637. vnde in controuerſiam venit, ſi hæc appellatio remota cenſeatur in cauſa diffinitiua tantùm, an verò comprehendat etiā
7 interlocutoriam, ſiuè aliud incidens, in quo varias reperio ſententias, Capobl. tom. 2. de auth. Baron. cap. 50. num. 3. & 5. ſubſtinet cenſeri appellationem re-
8 motam de ſententia diffinitiua, non autē interlocutoria, & rationem affero poſſe eſſe, quia appellatio reſpicit deciſoria.

Mazzar. conſ. 43. num. 13. Reg. Valenzuel. conſ. 195. num. 30. uol. 2. dicit eſſe intelligendum de friuola, & leui ſententia, Reg. Rouit. dec. 81. num. 7. tenet vt pro-
9 hibita appellatione à diffinitiua, non cēſeatur prohibita ab incidētibus, & emergentibus, licèt contrarium ſentiat num. 10. Caball. verò caſ. 208. in fin. opinionem Rouit. ſequitur.

D. Franc. Merlin. Neapolit. eruditus vir, & & eminens ingenij controuer. forenſ.
10 cap. 15. num. 3. infert prohiberi etiam ab omni eo, per quod peruenitur ad dictam ſententiam, dummodò cauſam principalem attingat, Muſcatell. practic. de appellat. par. 1. gloſ. ſententia, num. 39. & ſeqq. pulchram diſtinctionem facit. De Franch. deciſ. 638. admiſit appellatio-

lationem ab interloquutoria.

Ego verò diſtinguendum arbitror, aut grauamen poteſt reparari in diffinitiua, &
11 procedunt iura allegata denegantia appellationem in interloquutoria: aut verò grauamen non poteſt reparari in diffinitiua, vel difficillimè poteſt reparari
12 in diffinitiua, & procedunt iura allegata tribuentia appellationem in interloquutoria, ſic reaſſumendum cenſeo, ex Bouadill.lib.2.politicor.cap.2 1.n.218.fol. mihi 949.& iter.lib.3.cap.8. num. 247. fol.mihi 241.Gratian. diſcept. forenſ. c. 77. num. 9. Surd. deciſ. 361. num. 14.
13 Giurb.deciſ.56.num.10.& Franch.dec. 408. & deciſ 637. vbi habetur appellatio admiſſa ab interloquutoria, Reg. Tapia prag.22.de offic. procur. Cæſar. nu. 7 Taſſ.de anteſat.uerſ.3. obſeru.3.num. 111.ad med.Ann.alleg.63. num.5.

Et quando appellatur ab interlocutoria, debent exprimi cauſæ grauaminis, aliàs
14 non admittitur appellatio, Ger. Spin. conſ.67. num. 25. Valenzuel. cit.conſ. 195.nu.19.Guid.pap.deciſ.220. Thom. Triuiſ.deciſ. 4. num. Palat.Apoſt.Venet.

Et in huiuſmodi appellatione interloquutoria an currant eadem tempora, ſicut
15 in diffinitiua? Bouadill.lib.3. politic.c. 8. num.247.fol. mihi 242. aſſerit in huiuſmodi appellationibus ab interloquutoria non currere eadem tempora, ſicut in diffinitiua ſed ſtatim deciditur articulus appellatus ad euitandas dilationes, & ſic in Regno Hiſpaniarum practicari.
16 *Muta* verò tom.4. cap. ſicil. cap. 183. num.13.contrarium ſenſit, nempè, vt eadem tempora currant; & in Regno Neapolitano currere eadem tempora,
17 & facere eodem modo tranſitum in rē iudicatam interloquutoriā, veluti, & dif-
18 finitiuam, aſſerit Vrſill. ad Affl. dec. 42. num. 2. tu vide Marant. conſ. 109. numer. 3.

Sed an appellatio abſque inhibitione liget manus Iudicis appellati ab interloqu-
19 toria? Anna ſingul.33. dicit, quod appellatio ſimpliciter interpoſita ab interloquutoria operatur, vt non poſſit dici de nullitate penes Iudicem, ad quem ſe-
20 quitur Guid. Pap.deciſ. 436. num. 79. Mar.Giurb.dec.56.alij dicunt non ligare ſine inhibitione, ex cap. 2. de dol. & contumac. in 6.& ex l.nemo carcerem, de exact.tribut. lib. 10.vt ſunt Dec.in c.cum teneamur de appellat. col. 3. & Alex.conſ. 106.vol. 3.

Tu verò dicas, quod quando appellatio ab interloquutoria continet grauamen, ſta-
21 tim ea interpoſita ligātur manus Iudicis à quo abſque alia inhibitione, ſic colli-
22 gitur ex cit. deciſ. de Franch. 408. & 637. & nouiſſimè Merlin. cit. cap. 15. num. 5.

Quicquid autem ſit hæc appellatio ab interloquutoria, non datur in Regno Sici-
23 liæ, vt aſſerit Muta cit.tom.4. cap. 182. num.8.& Antonin. de Amat. reſol. var. tom.2.reſol.80.num. 1.

Sed ſi appellatio debebat interponi coram vno Iudice, & fuit interpoſita coram alio, exemplum in Ciuitate Neapolis
24 erat interponenda à M.C.ad Sacrum Conſilium, & fuit interpoſita ad Regiam Cameram Summariæ, & in Regia Audientia Prouinciali Regni debebat interponi ad M.C.V. & fuit interpoſita ad Regiam Cameram, & in Curiis Regni interponenda erat ad Iudicem ſecundarum cauſarum, & fuit interpoſita ad Regiam Audientiam Prouincialem, quid iuris; an cenſeatur rectè, & ritè interpoſita? Bouadill.lib.3.politicor.cap.8.nu. 207.& ſeq. mouet quæſtionem, & concludere videtur poſſe admitti ſtante priuilegio, & conſuetudine loci.

Ego autem diſtinguendum cenſeo; aut negotium, de quo cadit appellatio, ſpectat ad illum Iudicem, licèt non immediatè ſupremum, ad quem fuit appellatum, etiam ſi incidenter competat appellatio, dicitur ritè, & rectè facta; aut verò non ſpectat, & ſecus erit iudicandum, & appellationem non admitti Iudicis appellati erit cùm appellatio ad Iudicem immediatè ſupremum eſt facienda, ex dictis per me ſupra.

Sed in dies dubitari contingit, ſi appella-
25 tio ſit deſerta per modicum tempus, an

reui-

reuideatur ex eiſdem actis? Afflic.deciſ.
78,& iterum deciſ.79.dicit, quòd S. C.
ex æquitate reuidet, ſequitur Carauit.
Rit.264,ad fin.Ricc.coll.255.Moſcatel.
26 verò practit. de appellat. part. 1. gloſ.
proſequendum, num. 102. dicit doctri-
nam Afflict. & ſequacium habere locum
tribus concurrentibus. Primò, antequam
pars appellata feciſſet declarere cauſam
deſertam,& dat modum. Secundò, vt ſit
per paucum tempus. Tertiò, vt habeat
locum tantùm in S.C. ſecus in aliis Cu-
riis Regni; nam de ſtylu S. C. hoc per-
miſſum eſſe aſſeris, licèt paulò ante nu.
101.dixit poſſe *M*. C. V. & Regias Au-
27 dientias Prouinciales ad exemplum S.
C. ex eiſdem actis reuidere ſententias
deſertas per modicum tempus, Ricc.
28 verò collect.1734. concludit ſoli S. C.
competere hanc reuiſionem de ſtylu ip-
ſius,& denegari M.C.V.cæteriſque tri-
bunalibus,ea ratione, quia S.C. gerit vi-
ces præfecti prætorii, immò fuiſſe reuo-
catum decretum M.C. quòd cauſa reui-
deatur ex eiſdem actis,Reg.Tap. in cõſt.
Appellationum tempora,num.5.Tamen
29 Marius Mut.Siculus doctiſſimus, & exi-
mius Iureconſultus tom. 4.capit. Sicil.
cap.183.in annot.litera L.fol. mihi 419
teſtatur, quòd ſupremi Iudices non cu-
rant de appellatione deſerta, quando
eiſdem conſtat, vel de iuſtitia petentis,
vel de iniuſtitia ſententiæ.

Sed quomodo iudicandum eſt iſtud modi-
30 cum tempus? poſſet adduci argumen-
tum tex. in l. lecta, ff. ſi cert. petat. Ma-
ſcard.concluſ.1127.num. 18. dicit hoc
31 modicum tempus biennio, vt ego dedu
xi ſupra deciſ.34.nu.65.in materia obli-
uionis.

Reg.Rouit in prag.1.de appellat.num. 19.
ex Anton. Gamm. ibi relato, intelligit
hoc modicum tempus ad tres, vel qua-
tuor dies, verùm quia Vrſill.ad Afflict.
dicta dec.79.num. 2. teſtatur vidiſſe ſuo
32 tempore practicari, vt etiam ſi ſit deſer-
ta cauſa per longum tempus, ſententia
reuidetur ex eiſdem actis; tamen addit
granum ſalis, vt illo longo tempore exi-
ſtente non fuerit appellatio deſerta de-
clarata, & in hanc partem inclinat Mu-
ſcatell.cit.loc.& Ricc. collect. 1734. in
princip.& in eadẽ concurrit.Reg.Rouit.
cit.prag.1.de appellat.num. 19. & ideò
ſint cauti Aduocati appellatorum ſtatim
elapſo tẽpore faciant declarare cauſam
deſertam, ad hoc, vt prohibeatur reuiſio
poſt decretum deſertionis; in cæteris ve-
rò curiis Regni loco reuiſionis datur
33 terminus ad non poſita ponendum, &
non probata probandum, docet Reg.
Tap. in conſt. appellationum tempora,
num.9.tom.3. Iur. regn. ſequitur Ricc.
34 coll.1734.& à decreto deſertę appella-
tionis, an detur appellatio? vide de *An*-
gel.ad l.3.C.vt lit.pendent. n. 6.

Et quando eſt deſerta cauſa appellationis,
35 non dicitur deſerta cauſa nullitatis, vt
dicam infra in addit. ad Petr. hac ead.
deciſ.num. 63. & ſeqq.

Dixi ſupra cum diſtinctione dari appella-
tionem ab interloquutoria, nunc quæri-
36 tur, vtrum admittatur ab indebita cita-
tione, vt paſſim in Regno obſeruatum
vidi, vel à decreto, quòd expeditur cita-
tio? Thor.2.par.comp. deciſ. verb. ap-
pellatio, fol. mihi 18.col.2.& ſeq.latè di-
ſputat articulum,& pro affirmatiua con-
cludit, quem ſequitur meritiſſimus,& vir-
37 ſſimæ eruditionis Baldax.de *Angel*. ad
Prat.Codic.in l. ſi Clericus, C. de Epi-
ſcop.audient.n.fin.eo, quia habetur lo-
38 co interloquutoriæ,& damnum eſt repa
rabile: ſed an admittatur à decreto,
quòd expediatur citatio ſuper tenore
39 inſtrumenti: Thor. vot. 84. num. 294.
& ſeq.ex exemplis ibi adductis in affir-
matiuam inclinat,& ſic ſemper practica-
tum vidi, admitti huiuſmodi appellatio-
nem ab indebita citatione; tamen Mer-
lin.controuer.forenſ.cap. 74. aſſerit non
fuiſſe per Regium Collaterale Conſiliũ
admiſſam appellationem à decreto *M*.
40 C. quod expediatur citatio ſuper teno-
re inſtrumenti, immò prouiſum, vt pro-
cederetur ad vlteriora,& ſic in cauſa
liquidationis.

Sed an appellatio admittatur à decreto in-
41 terpoſito ad fauorem alicuius, vt non
vtatur arte ſua? Bart.& ibi addent.in l.1.

ff.ſo

ſ. ſolut. matrim. pro negatiua conclu-
dit, etiam ſi ſomnus vicini ex arte impe-
diatur, & ſic deciſum per S.C. Neapoli-
42 tanum refert Franch. deciſ. 625. quòd
amplia procedere, vt quis artem ſuam
exercere valeat in ſuo, & ignem facere,
43 etiam ſi vicino noceat, & fumus eum
lædat, Io. de Amic. conſ. 104. Viu. deciſ.
306. quod limita duobus modis. Primò,
vt non fiat ad æmulationem. Secundò,
vt vicinus nō ſit perſona priuilegiata,
Franch. cit. deciſ. 625.

Sed an hoc procedat in clerico? vide Mar-
44 ta in tract. de iuriſd. par. 4. cap. 168.

Sunt in Regno hoc Neapolis feriæ, ſiuè
nundinæ, ſiuè mercata, quorum tempore
45 exercitium iuriſdictionis adminiſtratur
per Sindicum, vel Magiſtrum Iuratum
vel aliam perſonam iuxta loci conſue-
tudinem, vel priuilegium, quod habet,
& vocantur communi adagio: *M*agiſtri
46 nundinarum, hoc eſt Maſtri mercati, qui
cognoſcūt de omnibus cauſis ciuilibus,
& criminalibus tempore nundinarum oc
currentibus, vt aſſerit Thor. vot. 25. in
princip. verùm in aliquibus locis adſunt
capitula, & caſus excepti, de quibus Ma-
giſtri nundinarum cognoſcit, & dubitari
47 contingit ad quem Iudicem detur ap-
pellatio à decretis latis per hunc Magi-
ſtrum nundinarum? multi dicunt ad Iu-
dicem immediatè ſupremum, ex regula
48 generali, hoc eſt ſi in loco vbi huiuſmo-
di mercata exercentur, ſi Baronis ſint,
adſit Iudex ſecundarum, vel tertiarum
cauſarum ad illos immediatè, & grada-
tim eſt appellandum, ſin autem locus
49 Regius ſit, ad Tribunalia Regia eſt in-
terponenda appellatio, tu autem dicas,
quòd ex illa generali ratione, quod le-
ges à Rege fluunt, & ad Regem refluunt
debet appellari ad Tribunalia Regia,
50 Franch. dec. 511. Capobl. tom. 1. prag.
5. num. 180. & iterum prag. 8. par. 1. nu.
187. & iter. tom. 2. cap. 39. num. 8. mo-
uentur omnes ex conſ. Minad. 24. ſequi-
tur Nouar. de grauam. vaſſall. tom. 2. gra-
uam. 58. & in Regno Siciliæ ſic ſeruari
refert Mut. tom. 4. cap. illius Regn. cap.
387. num. 5. & 6.

Verùm quia in curijs huiuſmodi nundina-
51 rum, quarum iuriſdictio per aliquos dies
durat, & ſic modico tempore, procedi-
tur per horas, vti in Iudicio mercato-
52 rū, vt aſſerit Marant. in ſpecul. aur. tit. &
Iudic. mercat. & ipſis diebus finitis, Iu-
riſdictio deuoluitur ad ordinarium loci,
eſt ſciendum, quòd in cauſa appellatio-
nis à Magiſtro nundinarum proceditur
53 etiam ſummariè, & ferè per horas, pro
ut fuit proceſſum in curia nundinarum,
ea ratione, quia ſicuti in prima inſtantia
54 fuit proceſſum ſummariè, ſic in ſecun-
da inſtantia ſummariè procedendum eſt,
ſic refert. Franch. dec. 520.

Tamen propter lapſum dierum Iuriſdictio-
nis Magiſtri nundinarū cauſæ deuoluū-
55 tur ad ordinariū loci, qui procedit ordi-
nariè in cauſis prædictis, nō autem ſum-
mariè, vt proceſſit *M*agiſter nundinarū,
Mar. Giurb. deciſ. 83. num. 7. Marant. in
pract. diſtinct. 9. num. 72. Thor. uot. 25.
num. 87. Et an Magiſter nundinarum
poſſit auocare cauſas ab ordinario, & an
durantibus nundinis ordinarias cauſas
cæptas proſequi poſſit? uide Thor. uot.
25. per tot. uide D. Carleual. de Iudiciis
num. 295.

Et in caſu appellationis à notorio facto per
56 aliquem Iudicem propter irreuerentiā,
uel inobedientiam, ſiuè uerba irreueren
ter prolata erga officialem, ſiuè aliis ex
cauſis condemnantur delinquentes per
57 uiam notorii, & ad ſoluendum aliquam
quantitatem, ab hoc decreto non admit
58 titur appellatio refert Mut. tom. 4. cap.
169. nu. 1. neque recuſatio cadit in no-
torio, refert Bouadill. lib. 5. politic. cap.
3. nu. 85. fol. mihi 711. quod tangit Pe-
tra infra deciſ. 36. nu. 7.

In quo notorio Iudices contra ruſticos ex
eo quia cum *B*iretto in capite ſteterint,
uel uerba irreuerenter coram officiali
dixerint procedere non poſſunt, quia
60 ruſticitas eos excuſat, Carrab. ſing. 127
& Thor. uot. 87. num. 9. & circa alias
perſonas uerſatur arbitrium Iudicis, con
ſiderata qualitate perſonæ, loci, tempo-
61 ris, & modi, ut refert Nouar. cit. tom. 1.
grauam. 425. nu. 3. & ſeq. Farinacc. q. 21.
n. 158.


nu. 158. & ſeq. & contra iſtos per viam
notorii, quomodo ſit procedendum
vide Foller. pract. crimin. titul. Notorius delinquens, & ibi Baldaxar de
Angel. Vnum tamen ſcias quòd in huiuſmodi notorio duo teſtes ſufficiunt,
Nouar. grauamin. 318. nu. 17. tom. 1.
Petra ad fin. verbo (non eſſe ſublatum remedium appellationis. *Adde* quòd ſi
63 eſt deſerta cauſa appellationis, non eſt
deſerta cauſa nullitatis, quia eſt iudiciũ
64 ſeparatum, Ant. Gamm. deciſion. 68.
& *Anna* allegat. 93. num. primo, Afflic.
in conſtitut. vſurariorum, num. 18. & in
conſtitut. Dila tiones, num. 14. Arnon.
coment. 75.

Sed quando Iudex eſt in aliquo negotio
65 merus exequutor, ſi exequutio in facto conſiſtit, non admittitur appellatio, niſi modum excedat, Marant. in
practic. titul. quandoque appellatur,
num. 259. Reg. Valenzuel. conſ. 111.
num. 33. volum. 2. Camill. de Larath.
conſ. 84. num. 26.

Et ad cognitionem, quis ſit executor, ſcias
66 quòd exequutor triplex eſt. *Primus*
merus, & eſt ille, cui committitur
negotium diſcuſſum. Secundus eſt
mixtus, cui committitur negotium
indiſcuſſum, vel cum clauſula.
Tertius eſt nudus, & eſt Baiulus, *Bir-*
67 ruarius, vel nuncius, cui datur per Iudicem iuriſdictio in actu proſequendi,
vel citandi, Muſcatell. tract. de appell.
68 par. tertia, gloſ. ſeruata, num. 43. & ſeq.
Cardec. de except. exception. prima,
64. & 92.

Et qualiter huiuſmodi exequutores ſe gerere debeant, vide Muſcatell. cit. gloſ. ſeruat. num. 126. & ſeqq.

Heliſaeus Danza.



ADDITIO AD DECIS. XXXVI

SVMMARIVM.

Grammatic. opinio dec. 36. non ſeruari, & rigoroſam, & crudelem iudicari, num. 1. 2. & 3.

Bannum in anno 1540. emanatũ circa aſportationem ſcalarum, hodie non reperitur in volumine pragmaticarum, nu. 5.

Bannum emanatum in anno 1560. de aſportantibus ſcalas, hodie eſt prag. prima de ſcalar. prohib. nu. 5.

Repertus infragranti, dicitur notorius delinquens, amplia etiam ſi in fuga apprehenditur, num. 9.

Repertus cum ſcalis de nocte in domo mulieris honeſtae pro illa violanda, qua pena punitur, a num. 1. ad nu. 26.

Et ſi reperiatur in domo mulieris inhoneſta, num. 22. & 23.

Contrarium ſubſtinet auth. nu. 24. & 25.

Quid, ſi accedit conſenſus mulieris, n. 16. 17. & 18.

Quid, ſi eſt appoſita ſcala, ſed domum apponens non eſt ingreſſus, nu. 21.

Scala reperta, dicitur delictum in genere probatum, nu. 26.

Alapam dans officiali, qua pena punitur, à nu. 29. ad nu. 40.

Officialis offenſus, an cognoſcat de offenſa ſibi facta, num. 32. & 33.

Offenſio facta officiali in ſindicatu exiſtenti, an dicatur in officio, num. 34. & 35.

Officiali exiſtenti in ſindicatu debetur eadem reuerentia ſicut erat in officio, numer. 39. & 40.

Alapam dans famulo curia in exercitio ſua iuriſditionis, qua pena punitur, num. 41. & 42.

Alapam dans in palatio Principis, qua pena punitur, num. 43.

Quid inter nobiles, nu. 44.

Nobilis poteſt occidere plebeium cum inuadentem ad euitandam alapam, nu. 45.

Pena omnis in Principe eſt arbitraria, nu. 46.

Pena, & mulcta, an differant, num. 47.

Pana arbitraria conſiderat qualitatem perſo-

narum,& facti,nu.48.& 78.

Scientia an præſumatur ad inducendum delictum, nu.52.

Ignorantia an præſumatur ad euitandum delictum, nu. 52.

Officiali,vel delegato aſſerenti facere de mandato Superioris,an credatur, & in quibus caſibus, à nu.53.ad 72.

Delegatus an teneatur inſerere textorem ſuæ delegationis,à nu.53.ad 65.

Fallit in caſibus, nu.66. 67. & 68.

Cardinali aſſerenti ſe facere nomine Papæ,an credatur,diſtingue,nu. 69. & 70.

Epiſcopo aſſerenti ordinare Clericum alterius diœceſis de mandato ſui ordinarij creditur, & quare,nu.71.& 72.

Delegatio originalis,an requiratur in proceſſu,vel ſufficiat copia,nu.73.74.& 75.

Quid ſi originale non reperiatur,& eſt perditum,nu.74.& nu. 75.

Scriptura in quibus caſibus requiratur, num. 76. & 77.

Pœnam minorare quando poſſit Iudex,nu.78. & ſeq.

Appellatio à decreto notorij,an admittatur, n. 83. & 84.

Iuriſdictio quando dicatur excitata,& quando delegata, nu 85.

Nox,quæ ſit,nu.86.& 87.

Crepuſcula,quæ,num.88.

Delictum commiſſum horâ crepuſculi, an dicatur commiſſum de die,vel de nocte,num. 89. & 90.

QVI *ambulat in tenebris offendit lucem.* Ioann. Cap. 11.

Occultam culpam ſequitur aperta percuſſio,vt malis exterioribus interna puniantur,& cor publicè corruat, quia latenter peccabat, Caſſ.in Pſalm.

Vnde nobilis iſte, quem Grammatic. auth. noſter in hac deci.36.refert ſi intrinſicè peccabat,occultè delinquebat,de nocte ſcalis funeis pudicitias nobilium puellarum violabat, meritò fuit publicè correctus manifeſtè punitus, & conueniunt præcitata verba Sapientis; vt publicè corruat,qui latenter peccabat.

Fuit inquam pœna vltimi ſupplicij punitus,
vt author hic refert ex Bald.ibi relato,&
1 licèt opinionem *B*aldi non ſeruari dicit.
Clar.quæſt.68. verſ. aſcendens Peguer.
deciſ.26.nu.1.ad fin.Caball.reſol. crim.
caſ.97.num.4.& 5. tamen aſſerit author
Sacrum Conſilium ſecundùm opinionem Baldi iudicaſſe, & concludit repertum cum ſcalis de nocte,pœna vltimi ſup-
plicij puniendum eſſe,tu adde,quòd hãc
opinionem ſeueram, crudeleq; iudicio
2 totius Italiæ appellat Farinac.quæſt.20.
n.145.Clar.cit.q. 68. verſ. Aſcendens,
Peguer.dec.26.num.1. Caball. caſ. 97.
n.8.& eã reprehendit Drogher.ad Clar.
3 q.68. litera I, & ex noſtris de Franch.
dec.333.n.4.& ibid.*A*mend.& Petr.hic
nu.3.ad med.

Tamen ſtante Banno Domini Proregis ſub-
4 ſtinetur, & eam defendit Caball.cit.caſ.
97.nu.8. ad med.

Sed ad terminorum,& antiquorum cognitionem eſt ſciendum,quòd hoc bannum de quo Grammatic. hic mentionem facit, fuit emanatum in anno 1542. hodie non reperitur in volumine Pragmaticarum.

Pragmatica verò, de qua mentionem facit
Præſ. de Franch.dec.333. num. 1. ema-
5 nata die 29. Ianuarii 1560. Hodie in
volumine Pragmaticarum eſt Prag.vnic.
de ſcalar.prohib.

Concludit, inquam, pœna vltimi ſupplicii
puniendum eſſe repertum cum ſcalis de
6 nocte, & hunc eundem caſum idem au-
thor repetit in conſtitu.Regni:Iuſticiarii
per Prouincias,num.6. Baiard. ad Clar.
S. ſtuprum, num. 33. & iter. quæſt.60.
ver. Eſt & amor,qui vtroq; loco hãc de-
7 ciſionem refert,atque eam etiam Cabal.
caſ. 97. numer. 2. & ex noſtris Franch.
cit.deciſ.333.nu.4. Vrſ. dec. 462. num.
16.& Petr. hic nu.3.

Et ratio duplex eſſe poteſt ,prima virtute
Banni, ſemper enim pœna eiuſdem
8 Banni, arceantur *B*anno contrauenien-
tes, Bouadill. lib. quartò politicorum
9 cap.2.num. 46. fol. mihi 462. vbi plu-
ra exempla adducit.

Secunda, quia fuit in fragranti repertus; fragrantia enim eſt tanti ponderis, vt tes

ſit

ſit notoria, & ſic notorius efficiatur de-
linquens, vt Author hic num. 80. affert,
quod tu intellige procedere, ne dum ſi
capitur infraganti, verùm etiam ſi in
fuga apprehenditur, vt Auth. refert in
conſtitution. Regn. Humanitate. num. 3.
& 4.
Sed circumſcripto banno, quid eſſet de iu-
10 ris cenſura dicendum? eſt ſciendum,
10 quòd Clar. cit. quæſtion. 68. §. aſcen-
dens, vbi hanc deciſ. refert, & diſtinguit,
aut reus, & ſic inquiſitus delictum fate-
11 tur, & opinionem Grammatic. ſequen-
do, pęnam vltimi ſupplicii imponit, aut
verò non confitetur, & ſecus, & eſſet pe-
12 riculoſum, & conſulit Iudicibus, ut in
huiuſmodi caſibus rectè ſe gerant. Ego
13 verò diſtinguendos eſſe plures caſus ar-
bitror, quorum primus; aut ſcala aſpor-
14 tatur, & apponitur in domo alicuius ani
mo furandi, vt Mari hic num. 10. tangit
& tunc ſubdiſtingue: aut furtum eſt ma-
gnum, & qualificatum, & tunc vltimo
ſupplicio punitur: aut non eſt magnum,
15 & qualificatum, & tunc pæna triremium
imponi debet, vt congerit Peguer. deciſ.
Catal. 26. num. 3. 4. & 5.
Secundus aut accedit conſenſus mulieris,
& tunc conſentiente muliere, nulla vis
16 conſideratur, & pœna exilij imponitur,
ratione ſcalarum, quarum aſportatio de-
lictum aggrauat, ſic fuiſſe deciſum per
Sacrum Conſilium, refert de Franch.
17 deciſ. 333. Caball. caſ. 97. num. 5. &
ſequen.
Tertius, aut non accedit conſenſus mulie-
18 ris, ſed violentia interuenit, & tunc ſub-
diſtingue, aut extat bannum (pro ut in
caſu Grammatici) pęnam inferens, &
ea ſeruari debet, vt Grammatic. ſic de-
ciſum refert, & omnes eius poſteri ſe-
quuntur, Caball. caſ. 97. num. 8. & ſeq.
Aut non eſt bannum, & tunc de iure pęna
trireminum, vel alia extraordinaria, con-
20 ſiderata qualitate perſonarum, loci, &
temporis, ſic fuiſſe deciſum, refert Ca-
bal. caſu 97. n. 19. licèt de Franch. dec.
333. num. 4. pœnam mortis imponi de-
bere concludit.
Quartus caſus, aut non ingreditur domum,
21 ſed tantùm ſcala eſt appoſita, & tunc
pœna imponitur extraordinaria, vel tri-
remium, conſiderata qualitate perſona-
rum, Caball. caſ. 97. num. 19.
Quintus caſus, aut verò ſcala apponitur in
domo mulieris inhoneſtæ, & ſic meretri-
22 cis, & tunc, licèt Petr. hic 3. ad med. tan-
gat hunc articulum, & quærat pœnam
apponentis ſcalam in domo mulieris in-
honeſtæ; tamen non concludit, cui ad-
23 de, vt in hoc caſu ſit imponenda pæna
extraordinaria, refert Baiard. ad Clar. §.
ſtuprum, nu. 33. Caball. caſ. 97. num. 21.
Amend. ad Franch. dec. 333. nu. 5. Am-
plia etiam ſi fuerit meretrix emendata,
quia, & ſi emendata ſit, ſemper dicitur
meretrix, Oter. diſput. Rom. 35. nu. 6. &
iniuria illata meretrici non dicitur iniu-
ria, de Ang. ad l. iniuriatum, C. ex quib.
cauſ. infam. irrogat. nu. 3.
Cui ego non inhæreo, nam ſi ſcalæ aſporta-
24 tio de nocte aggrauat delictum, ratione
pudicitiæ mulieris, vt Franch. dec. 333.
nu. 4. Clar. q. 68. verſ. Aſcēdens, Peguer.
deciſ. 26. nu. 1. ad fin. Caball. caſ. 97. nu.
4. & 5. dico, & ſi in domo inhoneſtæ per-
25 ſonę apponatur, pæna triremium impo-
ni debet, ex Franch. cit. dec. 333. in fin.
Scias tamen, quòd ſcala reperta, dicitur de-
26 lictum in genere probatum, addentes ad
Peguer. deciſ. 26.
Auth. num. 4. pęnam mortis imponit danti
alapam officiali, ex *Bald.* ibi relato, tu
27 verò diſtingue; aut alapa fuit data Iu-
dici pro tribunali ſedente, vel intuitu of-
ficii, vel in ſequelam iuriſdictionis, &
tunc nedum dicitur delictum in officio,
ex dictis per Reg. Rouit. in rubr. de offi-
cial. num. 4. & ego dixi in tom. primo de
28 pugn. doct. tit. de præem. Reg. Audien.
cap. vnic. num. 75. cui nunc addo Cara-
uit. Rit. 49. num. final. Rot. dec. 754. par.
prima in nouiſſ. Caball. caſ. 148. Cata-
lan. de Indult. cap. 42. num. 12. Mari ad
Gizzarell. dec. 24. nu. 11.
Verùm etiam & pęna mortis imponitur,
ſequendo opinionem Baldi, & Gram-
29 matici Authoris noſtri, cui addo Franc.
Marc. dec. 292. n. 7. Thor. vot. 96. num.
15. Viu. deciſ. 46. num. 8. Reg. de Pont.

de poteſt. prореg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 2. num. 18. & ille officialis offenſus cognoſcit, dummodò ſit notoria
30 Gaill.obſeruat.39.lib. 1.uide Mut.tom. 5.cap.ſicil.cap.359.nu.43.& ſeq.

Aut uerò alapa fuit data non pro tribunali
31 ſedente,nec intuitu officij, ſed ex cauſa priuata, & ſic ex odio particulari, aut
32 alia cauſa,& tunc ſecus erit,Franch.dec. 326.num. 3. nec ipſe officialis cogno-
33 ſcere poteſt,Thom.Triuiſ.dec.10.num. 34. Caball. caſu. 148. & ſic ſeruari in Regno Hiſpaniarum refert Bouadill.lib. 3.politic.cap.1.num.33.Nouar. collec. 117.num.9. & fuiſſe odio, proprio,vel ex cauſa particulari offenſum cognoſcitur coniecturis,& præſumptionibus,Capic.dec.130.num.12.Ral.à Vall.conſ.2. num.35.vol.3.Amend.ad Franch.deci. 326. num.1.

Sed dubium oritur, quid ſi officialis erat in ſindicatu? & facienda eſt ſupradicta di-
34 ſtinctio ; aut ex cauſa priuata, vel odio particulari,& tunc pœna exilij, vel alia arbitraria, conſiderata qualitate perſo-
35 næ,vt referr Viu.cir.deciſ.46. numer. 1. Farinac.quæſt.105.num.28. Thot. vot. 87. num.55.

Aut verò fuit ex cauſa officij, & tunc Ar-
36 non.ſing. 13.pœnam arbitrariam eſſe aſſerit,quam non poteſt extẽdere ad mortem,ex Bald. in l.Tribunos,ff.de teſtam.
37 milit.in princip.2.notab. & Arnon.etiã conſiderat an officialis habuit mundas manus, vel non.

Ego verò ſequendo opinionem citatorum
38 DD.locis allegatis,affirmo pœnam mortis eſſe imponendam danti alapam officiali in ſindicatu exiſtenti, tùm ex Viu. cit.deciſ.46.num. 8. tùm etiam, quia officialis in ſindicatu exiſtens gaudet
39 eiſdem prærogatiuis, quibus in officio potiebatur,& debetur idem honor, præſtatur eadem reuerentia, ſicuti erat in
40 officio,Caball.caſ.111. num. 4. qui nu. 17. ampliat. etiam in tempore, quo ſarcinulas colligit, vt plenius dixi in meo tom. 2. de pugn. doct. tit. de armat. per Campan.cap.14. à num.43.ad fin.

Sed ſi fuerit data alapa famulo curiæ in
41 exercitio ſuæ commiſſionis, & tunc diſtingue: ſi erit nobilis illam dans, pœna
42 exilii bimeſtris punitur,Grammatic.deciſ. 14.ſi verò ignobilis maiori conſiderata qualitate perſonarum, loci, temporis, & cauſæ,Thor.vot.96.numer. 16. & eius officialis cognoſcere poteſt, Guid. Pap.dec. 522.vide Bouadill.lib.1. politic.fol.368.n.146. & hoc caſu non creditur deponenti de offenſione in eius perſonam. Guid. Pap.dec.557.Rot.Lucenſ. deciſ. 21.

Et de alapa data in palatio Principis, vel in
43 loco, vbi adſunt guardiæ, eſt videndus Franc.de Caſtill. deciſ. Sicil. 171. & ex noſtris Franch.dec.458.num.5.Taſſon. de antefat.verſ.7.obſeruat. 3. num. 71. & ſeq.

Et inter milites alapa reputatur iniuria gra-
44 uis,Caſtill.deciſ.171.num.28.Viu.dec. 46.n.10.Thor.vot.96.nu.11.

Vnum nota, quòd ſi plebeius inuadat nobilem ad ipſum offendendum, vel alapã
45 inferendum,poteſt ipſe nobilis plebeiũ occidere ad euitandum alapam, vel pugnum,cuius illatio grauiſſima in nobile reputatur, Caſtill.cit. dec.171.n.29.& ex noſtris Viu.cit. deciſ. 46. num. 12.& 13. nobiles enim non facilè patiuntur iniuriam, & aggreſſi non fugiunt, ſecus ruſtici,Merlin.controuerſ.66.num. 9. & ſeqq.

Alapam laicus dans clerico, exilio per ſeptemnium punitur,Viu.dec.46.num. 1.

Auth.num.8.& 16. verbo: omnis pœna in Principe eſt arbitraria, adde Bouadill.
46 qui idem dicit lib. 4. politicor. cap. 5. num.64.fol.mihi 519. Peguer. dec. 13. num. 18. Theſaur.dec.18. num. 1. Farinac.quæſt. 105. num. 56. Tomat. deciſ. Macerat. 6.num.13.

Quomodo autem differant pœna, & mul-
47 cta? recurrendum eſt ad Bouadill. cit. loc.num. 68.

Auth. num.12. verbo: datum à lege iudici arbitrium in maleficiis,adde, quòd quã-
48 do eſt pœna arbitraria, debet haberi ratio perſonarum,vt dicam infra,num.78.

Auth. num.17.verb. Præſumptio ſcientiæ,
49 & Mari hic num.13. quærunt ſcientiæ, vel

vel ignorantiæ præſumptiones, tu adde
quod ad euitandam pœnam, ſiuè corpo-
50 ralem, ſiuè pecuniariam ſemper præſu-
mitur ignorantia, Ciazz. diſcept. Forenſ.
29. num. 5. & è contra ad inducendam
pænam ſcientia debet eſſe certa, & vera,
non autem præſumpta, Ciazz. diſcept.
26. num. 56. & quomodo præſumatur
51 ignorantia, & quæ ſit craſſa, ſupina, vel
inuincibilis, & alia ad materiam, vide
cap. ſeparatum, quod larga manu impri-
mendum curaui in meo ſecundo tomo,
tit. de ignor. per tot.

Auth. num. 27. aſſerit officiali aſſerenti ali-
quod facere de mandato ſuperioris, cre-
52 di, quando ſuperior eſt in eodem loco,
hinc in controuerſiam venit illa quæ-
53 ſtio, ſi delegato aſſerenti eſſe delega-
tum, vel alio atteſtanti facere de ordine
Superioris, ſit adhibenda fides, & præ-
ſtanda obedientia? regula enim eſt pro
negatiua, niſi conſtet de mandato, ſiuè
delegatione, & ex hoc hæſitatur, an ſuf-
ficiat mentionem facere de mandato,
54 vel delegatione, an verò requiratur in-
ſertio totius tenoris mandati, vel dele-
gationis, hunc articulum obiter tetigi in
2. tom. tit. de offic. delegat. cap. 2. num.
1. vbi ſubſtinui delegatum teneri inſer-
rere tenorem delegationis, aliàs con-
55 templatione ſui officij agere cenſetur,
nunc vero altitudini ingenij vacando ex
nouiter occurſis, ſunt recenſendæ opi-
niones, quas DD. hinc inde pro-
ferunt.

Reg. Conſtant. C. de iur. fiſc. num. 10. fol.
56 mihi 3. ſubſtinet totum tenorem ſuę
poteſtatis inſerere, imò copiam dare, ex
Burſatt. conſ. 225. num. 141. vol. 1. pro
vt ego adduxi in dicto ſecundo tomo,
cit. loc.

Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 90.
num. 12. teſtatur ex DD. ibi allegatis eſ-
57 ſe inſerendum tenorem poteſtatis, imò
copiam parti dare, aliàs citatio non va-
ler, licèt paulò poſt num. 15. afferat non
practicari in Regno Siciliæ inſertionem,
ſed rantùm ſufficere mentionem pote-
ſtatis qua procedit.

Io. Iacob. de Martin. conſ. 13. num. 19. ſub-
58 ſtinet debere inſeri tenorem, aliàs impu-
nè erit non parens, & num. 55. ampliat
etiam parte non petente, nec inſtante
59 tenetur poteſtatem exhibere, imò num.
39. ampliat originales literas eſſe parti
oſtendendas, nec ſimpliciter aſſerenti
creditur, ibid. num. 31. & 36.

Baldax. de Angel. ad l. vnic. C. de mandat.
princip. num. 2. pro affirmatiua, & ſic in
60 inſertione poteſtatis concludit, ex ib
allegatis.

Ego verò diſtinguendos eſſe puto duos ca-
ſus; aut ſumus in ordinario Iudice, cui
fortè de ſui natura illa cognitio compe-
61 tit, & tunc creditur aſſerenti de pote-
ſtate alterius, cap. cum dilectus de dol. &
contum. Speculat. tit. de citat. §. ſequi-
tur, & citatus ab ordinario cum mentio-
62 ne extraordinariæ poteſtatis compare-
re tenetur, quia, & ſi poteſtas extraordi-
naria non appareret, tamquam ordinario
eſt parendum, argumento eorum, quæ
dicit Abb. in cap. cum in iure de offic.
deleg.

Aut verò ſumus in non Ordinario, & ſic in
delegato, & procedunt citata iura affir-
63 mantia teneri tenorem ſuæ poteſtatis
inſerere, quibus addo Campan. ad Cle-
mentin. de vit. & honeſt. Clericor. in
gloſ. in verbo; Tenor, num. 1. fol. mihi 5.
Marant. in practic. tit. rectè concipiatur
citatio, num. 75. & adeò eſt verùm, vt ſi
64 non inſeratur, non tenetur, nec arctatur
reus comparere *Bart.* in l. priuatorum
Cod. de Iuriſd. Iudic. Guid. Pap. de-
ciſ. 286. & ſententia inde ſequuta,
65 eſt nulla, etiam ſi præſentetur originalis
poteſtas poſt ſententiam, Ann. alleg.
24. Io. Iacob. de Martin. cit. conſ. 13.
num. 39.

Quod plures limitationes recipere affir-
mo, primam, niſi delegatus eſſet perſo-
na circumſpecta, cuius qualitati, ſine li-
66 teris credere non eſſet errare; Secunda
niſi eſſemus in rebus pauci momenti, vt
hic Mari num. 17. affert. Tertia ſi partes
67 præſentes eſſent. Quarta niſi ſuperior
eſſet præſens, & ſic in loco, in quo dele-
68 gatus, vel inferior adminiſtrat, pro vt
Grammatic. auth. noſter hic, num. 27.
con-

concludit,cui addo Mut.tom.4.cap.Si-
cil.cap.29.nu.3.4. & 5. Farinac.q.53.
num.67.Gratian.diſcept.Forenſ.c.170.
num.31.Baldaſſ. de Angel.ad l. vnic. C.
de mand. Princip. num. 3. qui nec Mut.
nec Gratian.neq;Farinacc.citat;ſed tan-
tum Reg.Tap. Grammatic. & Calam.
Quid autem in Cardinali aſſerenti ſe nomi-
ne Pontificis agere?diſtingue; aut eſt in
69 loco à Papa diſtanti, & tenetur inſerere,
pro vt cæteri delegati, ſic affert Cam-
pagn. citat. loc.& poſt eum Farinac, q.
53.num.63.& ſeq.
Aut verò eſt in loco, vbi Papa reſidet, &
ſufficit mentio,ſine inſertione,& citatus,
70 comparere tenetur, citati DD. ibidem.
Sed de Epiſcopo ordinante Clericum alte-
rius Diæceſis creditur, ſi aſſeruerit or-
71 dinare illum Clericum de mandato or-
dinarij illius loci, Io:Iacob. de Martin.
citat. conſ. 13. num. 42. & ratio ea eſt,
72 quia Epiſcopo eſt prohibitũ Clericum
alterius Diæceſis ordinare ſine literis
comendatitijs ordinarijs, vnde non pręſu-
mitur contra conſcientiam id velle fa-
cere, & contrauenire directę prohibitio-
ni factę, de Martin. citat. loc. num. 43.
44. & 45.
Sed ſi delegatio, ſiuè extraordinaria pote-
ſtas fuerit præſentata, & citatio, cum
73 eius inſertione expedita, inde deperdi-
ta, an acta valeant? hanc quæſtionem
exaraui in tom.2.tit.de offic. deleg.cap.
2.num.22. & ſeq. vbi ſubſtinui,originali
74 deperdito,& non reperto, acta nulla eſ-
ſe, nunc adde, quòd ſi reperiretur copia
autentica extracta ab originali Iudice
mandante, ſententia valet, etiam origi-
nali non reperto, ſic teſtatur de Martin.
poſt ibi ſcripta ad meas manus peruen-
tus cit.conſ.13. num. 32. ex Fęlin.in di-
cto cap.de offic. deleg.
Eod.num.27. verbo; ſed requireretur ſcri-
ptura,tu adde,quòd multi ſunt caſus, in
76 quibus, etiam officiali aſſerenti non cre-
ditur, ſine ſcriptura, quos vide apud
gloſ.cap.1. §. poſt quam de cenſib. in 6.
Viu. deciſ. 198.& 70. Theſ. deciſ. 197.
Ant. Faber.de probat. dec.11.
Sed in captura poſſeſſionis requiritur ſcri-
ptura, Viu:dec.174.
Prout ad probandum aſſenſum expeditum
non ſufficit, vt ſi in dorſo memorialis ſit
77 prouiſum,vt concedatur;ſed requiritur,
vt per ſcripturam expediatur, extenda-
tur,& regiſtretur, Affl. deciſ. 398. Viu.
deciſ. 240.
Petra hic,num.1.verbo; valeat Iudex, pæ-
nam minorare,& Mari hic,num. 2. mul-
tos DD. adducit tu adde, quòd ſi non
eſt determinata pæna, arbitrio Iudican-
tis relinquitur. Marant. conſ. 118. Clar.
quæſt. 83. verſ. ſed quæro, & ibi Ba-
iard. num. 45. dicunt, quòd ſi pæna eſt
78 arbitraria,eſt conſiderãda qualitas per-
ſonæ facti,ſed non damni, DD. de Rota
deciſ.1.aliàs 17. in antiquis de iniurijs,
Ioſ.Ludou.deciſ. Lucenſ.1. num. 28. &
quando eſt determinata, Iudex ſuperior
poteſt pænam minorare ex cauſa intrin-
ſeca, etiam ſi in actis non appareat, Bo-
uadill.eod.lib.4.cap.5.num.63.fol.519.
ſed cautius erit, vt appareat in proceſſu
79 cauſa minorationis,ibid.num. 66. quod
amplia procedere etiam in conuicto, &
etiam ſi eſſent vehementiſſima indicia,
Ciazz. diſcept.2.num.23.& diſcept. 24.
num. 46,
Limita intelligendum eſſe in pęna pecunia-
80 ria,non autem corporali, Ciazz. citato
loco.
Limita ſecundo;vt non poſſit moderari, ne-
81 que mutari poſt ſententiam, Bouadill.
citat. libr. 4. capit. 5. numer. 67. & 68.
fol.520.
Petra hic num. 7. & Mari, num. 19. quærit
82 quomodo intelligatur illud, quòd à de-
creto notorij non datur appellatio, vide
quæ dixi ſupra deciſ.35. num. 57. & 58.
vbi allegaui Petram, hoc in loco, nunc
ad modum procedendi in notorio,recur-
83 re ad Reg. Rouit. in prag. 8. de offic.
mag. Iuſt. num. 4.in nou. impreſſ. & ad
eximium, & legalis facultatis decus, &
84 fontem iuris Fab. Capic. Galeot.equi-
tem Neapolitanum Regię Camerę Prę-
ſidentem, nunc verò Regentem penes
ſuã Maieſtatem tomo ſecundo, contro-
uerſ.61.num. 33.
Petra hic num. 13. verbo: excitat Iuriſdi-

ctio,

ctio, allegat Prag. D. Comitis de Lemos,
quæ hodie in volumine pragmaticarum
eſt 10. de offic. Iudic. S. nuncupata del-
li 89. capi, & quando cenſeatur delega-
ta, vel excitata iuriſdictio, vide quæ
ſcripſi in 1. tom. tit. de delegat. & in 2.
tom. tit. de offic. delegat.

Mari hic, num. 11. punit maiori pæna deli-
ctum commiſſum de nocte, quàm de die,
86 & in dubio præſumitur commiſſum de
die, tu adde, quòd nox, nil aliud eſt, niſi
totalis defectio Solis ex occaſu, ex diffi-
nitione Polidor. Rip. in tract. de noctur.
temp. cap. 1. num. 20. taliter, quòd exi-
87 ſtente ſole ſuper terram diem eſſe dici-
tur, & eo ceſſante, ſequuntur tenebræ;
adeò denſæ, vt quis difficillimè cognoſci
poſſit, & dicuntur crepuſcula, quæ an
aſcribantur diei, vel nocti, relinquitur ar-
88 bitrio Iudicis, ex eod. Rip. cit. tract. cap.
3. num. 41. qui infert, num. 37. eſſe ſtan-
dum vulgi opinioni, & nox intercluditur
89 inter ſigna duarum campanarum, nem-
pè illius de ſero, & alterius de mane, vt
dixi in meo 1. tom. tit. de campan. cap.
vnic. num. 11. & 12. vnum tantùm volo
90 ſcias, quòd ſi committitur delictum tem-
pore crepuſculi, aſcribitur diei ad vi-
tandum multiplicationem pænæ impoſi-
tam delinquenti de nocte, Rip. tract.
eod. cap. 86. num. 8.

Heliſaus Danza.

AD GRAMMATIC. DEC. XXXVII.

SVMMARIVM.

Iniuria quotuplex ſit, & quibus modis capia-tur, num. 1

Quibus modis inferatur, num. 2.

Iniuria eſt quicquid ad iram, & iracun-diam ſit

Iniuria vera, & ſic verba iniurioſa depen-dentia à veritate, an puniantur, à num. 3. ad num. 8. & 9.

Prouocatus iniurians aliquem, an puniatur, num. 6.

Quid de iure canonico, num. 9.

Iniuria ſubiectum eſt animus, num. 7.

Iniuriatus maiorem iniuriam proferre non poteſt, num. 8. & num. 12.

Pro iniuria, an poſſit imponi pæna ciuilis, & criminalis, num. 10. & 11.

Mentitam dare licet ad conſeruandum ſuum honorem, num. 12. & 13.

Mentita cùm alijs verbis iniurioſis, an liceat, num. 13.

Mentitus, an dicatur iniuriatus, n. 14.

Mentitus mentitam tacens, an cenſeatur diſ-ſimulare, num. 15.

Iniuria, an tollatur, vel cenſeatur remiſſa per reconciliationem, vel diſſimulationē. n. 17.

An per ſalutationem, num. 18. & 19.

Iniuriarum æſtimatio quomodo facienda, num. 20.

Facta meo famulo, mihi facta cenſetur, n. 21.

Fit faciendo ficus Iudici, num. 22.

Iudici ficos facientes, an puniantur, n. 22.

Quid ſi fuerit facta coram perſona habente Iuriſdictionē, num. 23.

Iniuria facta Doctori quomodo puniatur, num. 24

Fit per artifices percutientes bancas, vel tabu-las apotecarum, faciendo ſtrepitū, vel emit-tendo voces per tranſitum alicuius, n. 25.

Facta monialibus, vel monaſterio, omnes de populo tangit, & quilibet agere poteſt, num. 26.

Facta vni de collegio, omnes de collegio af-ficit, vel vni de familia, omnes de familia tangit, num. 26.

Facta ſocio, conſocio facta cenſetur, n. 26.

Fit etiam narrando relatione aliorum, n. 27.

Creditor vocans debitorem: non debitorem actione iniuriarum tenetur, nu. 28.

Iniuria fit dicendo, tu es bonus vir, bonus ho-mo, bonus Sacerdos, & mulieri, es bona mu-lier, quia irònicum dictum eſt, nu. 29.

Fit apponendo cornua, vel alia ſigna depicta deformia, ſiuè virilia, aut muliebria, n. 30. & quæ debent concurrere, ibid.

Fit interficiendo equum, vel obtruncando au-riculam, vel caudam equo, num. 31.

Fit detinendo frænum equi equitanti, licèt equitantem non percutiat, nu. 32.

Fit faciendo Epigramma, vel Anagramma iniurioſum, et quæ debent concurrere, nu-mero 33.

Fit

Fit faciendo Ciambellarias, *Cantilenas, macriatam, vel Petriatam, nu* 34.

Committitur dicendo habenti magnam barbam, ti pelo queſta barba, num. 35.

Faciendo contumeliam, vel calumniam Epiſcopo, num. 36.

Facta coniunƈto, an puniatur, numero 37. *&* 38.

Facta in ludo, vel iocosè, an puniatur, num. 39. *&* 40.

Facta lubrico lingua, vel calore ira, an puniatur, num. 41.

Iniurioſa verba de ſui natura, vel ſecundùm mores regionis non contumelioſa, an puniantur, num. 42.

Prolata animo reprahendendi; vel ſedandi rixam, an puniatur, num. 43.

Dicendo teſtes productos tu falſo duxiſti, vel ſubornaſti, vel ſunt viles, & ſimilia, an dicatur iniuria, num. 44.

Iniuriare non ſolitus, an iniuriare preſumatur, num. 45.

Iniuriatus vendicans iniuriam verbalem ferro, vel armis, an puniatur, num. 46.

Iudex ſubditum iniurians, an infamet, & puniatur, num. 47.

Mandans percuti, vel vulnerari, ſi mandatarius occiderit, an mandans puniatur de homicidio, num. 48.

Dominus iniurians vaſſallum qua pena punitur. num. 49.

Vaſſallum iniurians dominum, an puniatur, num. 50.

Dicendo alicui, ſpurius, an puniatur, numero 51.

MAgni animi eſt proprium placitum eſſe, tranquillumq; iniurias, atque offenſiones supernè deſpicere. Hæc ſunt verba eminẽtiſſimi Philoſ. *Senec. in libr. primo, cap. primo, de element. num.* 49. vbi ſubdit, *muliebre eſſe furere in ira verò ferarum, nec generoſarum quidem præmordere, ut vrere proiectos.*

Ex quibus nos docemur iniurians non vlciſci; ſed tantùm ſimpliciter repróperare, & magnanimi fortis eſt ferre iniuriam abſque vinculo vindictæ, dixit ille ſapiens.

Cuius verba conueniunt Leonardo de Ligoro per Auth. hic citato, qui metas excedendo, alterum lædere voluit, nimirum, ſi fuit iniuria reproperata, vt author hic teſtatur, & diſputat qua pæna punitur mentiens, & cum mentita alia verba iniurioſa grauiora proferens, & licèt pluribus in locis in volumine harum deciſionum Grammaticus Author noſter iniuriarum materiam tetigerit, nempè ſupra deciſ. 14. num. 10. vbi repetit illud idem, quòd hic adducit num. 4. ſupra deciſ. 23. num. 1. & infra deciſ. 98. num. 2.

Tamen cùm ego ſupra dec. 14. num. 9. promiſerim hoc in loco materiam iniuriarũ tractare, pacta ſeruabo.

Et omiſſa diſputatione, quotuplex ſit iniuria, & quibus modis capiatur in iure,
1 cùm potius ſit ſcolaſtica, quàm palatialis.

Omiſſa etiam diſputatione quibus modis inferatur, cum ex Auth. noſtro ſupra dec. 14. num. 19. habetur iniuriam eſſe om-
2 nia illa verba, quæ contra bonos mores proferuntur, & quicquid ad iram, & iracundiam fit, aſſenſit Marant. conſ. 121. num. 3. Ioſeph. Ludouic. dec. Lucenſ. 4. num. 18. & 20. Franc. Marc. dec. 935. Thom. Triuiſ. dec. Venet. 61. par. 2. & omiſſo quæſito, ſi iniuria, & contumelia differant, de quo per Afflit. deciſ. 307. num. 7.

Tãtum ad terminorum cognitionem dico, quòd iniuria tribus modis committitur. Primò re, quando manus inferuntur. Secundò verbis, & eſt illa verbalis, quando fit conuitium. Tertiò literis, quando ad alicuius infamiam, quis libellum famoſum, Carmen, vel Hiſtoriam ſcribit, aut virilia, vel muliebria depicta fecerit, vt infra dicam, vel per literas miſſiuas, Farinac. q. 105. nu. 2. & 3.

Auth. hic num. 2. verbo: fuiſti mercatus, dicit, quòd ſi quis dixerit iniuriam veram,
3 non poteſt puniri, quando Reipublicæ intereſt, vt ſciatur ille defectus, hinc quęri poteſt, an hæc propoſitio ſit vera? Mari hic num. 2. veram aſſerit, ea ratione, quia veritas excuſat iniuriantem à pęna iniurię.

Clar.§.Iniuria,verſ.Item quæro, ampleċti-
tur diſtinctionem authoris noſtri quē nō
4 allegat, aut intereſt Republicæ manife-
ſtari defectum,& non puniri, aut non in-
tereſt,& puniri, et adde Capp. Tol. dec.
127.& ibi addent. Miſing.cent.3. obſ.4.
Crauett.con.145 & 168 Dec.con. 483
n.4.Gaill.obſer.99. lib.2.Ioſeph Ludou.
dec.Lucenſ.n.16.Vrſill.ad Affl.dec.206
nu.13.aſſerit ſecudùm deciſionem iſtam
5 fuiſſe per S.C. prouiſum, & abſolutum,
qui iniurioſa verba,vera tamen, protulit,
Mut.dec.36.nu.31.32. & 35.

Ego verò diſtinguendū puto;aut proferens
iniuriā,eſt prouocatus, & irritatus;& tūc
6 ad ſui defenſionē,ſi verā iniuriā protulit,
procedunt allegata per Grammatic.hic,
Philipp.Dec.con.102.nu.7.inter conſ.
crim.diuerſ.tom.1.

Aut verò non prouocatus, neq; ad ſuū Ius
conſeruandū alliū iniuriauit,& tunc ſecus
7 & punitur, quia ſubiectū iniuriæ eſt ani-
mus, Magon.dec.Lucenſ.26.n.11.& ma-
gis attenditur mens,& voluntas iniuriā-
tis,quā factū, Auth.hic n.9.affert,cui ad
8 de Oſaſc.dec.77.n.27.Peguer. dec.13.
n.9.Vinc.Honded. con. 96.n.5.tom.1.
Iniuriatus enim maiorē iniuriā aduerſus
iniuriantem proferre non valet,Reg.Va-
lenz.con.142.n.173. vol.2.

Quod limita non procedere de iure cano-
nico, quo nullo modo poteſt quis alterū
9 iniuriare, ſed potius charitatiuè reprehē
dere,& corrigere,Clar.cit.loc.nullus.n.
nec in veris poteſt iniuriari,Nouar.tom.
1.de gra.vax.prælud.2.n.5.& 8.

Author n.11.verbo(poſſit ciuiliter, & cri-
minaliter,adde,quod imponi poteſt pę-
na ciuilis,& ſic pecuniaria,quæ applica-
10 tur parti,criminalis,qua curiæ ſatisfit,vt
idē auth.affert in eius voto 15.nu.6.Pe-
guer.dec.13.nu.1 contrariū dicit. The-
11 ſaur.dec.18.nempè, vt non poſſit inten
tari criminaliter,& ciuiliter, niſi in caſi-
bus per eum poſitis.

Ratio quare hic Carolus Mormile fuit con
demnatus ea eſt,vt auth.affert,quia iniu
12 riā reprouerauit;quod nō licet, Capic.
dec.58.& ibid.Maſull. Aufrer.ad Capp.
Toloſ.dec.127. quorū authoritate pro-
uocatus non debet reproperare iniuriā,
ſed tantū ſe ipſum ab ea purgare, *Boua-
dill.*lib.3. c.11.n.43.fol. 293. ſi tu enim
mihi iniuriā infers, & ego ſimpliciter ad
meū ius conſeruandū reſpondeā; tu mē-
tiris, non teneor actione iniuriarū Ma-
ſull.ad Capic.dec. 58.num. 1. ad med.&
Nouar.coll. 118. num.1.Paul.Merend.
con.75.nu.6.& con.76.nu.o.
Paul.Granut.theorem.5.Caball. caſ. 154.
nu. 1. contra Clar. quæſt.60.verſ. nunc
13 quæro;quòd iniuriantem poſſum repel-
lere dicendo(mentiris, non autem alia
verba iniurioſa reproperare;prima eſt de
fenſio.Secūda,offenſio, vt declarat Ca-
ball.cit.loc.nu.17.qui pulcra circa hanc
materiam adducit, & Muta contradicit
hic nu. 6. & 7. vide Rouit.rub.de Iniur.
nu.3.& ſeq.impreſſ. noua,Mut. dec. 36.
nu.33.& 35. per hoc enim uerbū (men-
tiris) tollitur omnis iniuria Bart. conſ. 5.
nu.9.int.conſ.crim.diuerſ.tom.1.utrum
dicere,tu mentiris punibile ſit,affert Ca
ſtill.dec.111.nu.30.& ſeqq.

Et ex hoc interrogatus, an mentitus cen-
ſeatur iniuriatus, ex dicta diſtinctione
14 colligitur, ſi tantum fuit mentita, uel ſi
uerba alia iniurioſa ſunt adiuncta, Me-
noch.conſ. 107.nu. 24. lib. 2. ſi menti-
ta erit in platea publica,erit iniuria atrox
Paul.Merend.conſ.50.nu.30.

Et ſi mentitus,mentitam ſibi datam tacet,
uel diſſimulat,certò temporis ſpatio cē-
15 ſetur remiſſa,Oſaſc.dec.77.nu. 36.Viu.
dec.55.nu.1.Mut.tom.3.cap. ſicil. cap.
48.nu.8.10.& 11,uide *Aufer.* ad Capp.
Toloſ.dec.233.

Quanto autem tempore durat actio iniuria-
16 rum,diſtingue; aut eſt iniuria ſimplex:
aut eſt iniuria realis deſcendens, ex l.
Cornel.

Primò caſu ſi eſt ſimplex,durat anno, quo
elapſo tollitur actio iniuriandi, Rot.dec.
vnic. de Iniur.

Secudo caſu ſi deſcēdit ex l.cornel.nō tol-
litur anno,Miſing.obſer.84. cent.1.

Tertio caſu, ſi eſt iniuria ſcripta,non tolli-
tur anno,ſed poſt annū poteſt intētari,&
accuſari, Gaill.obſeru. 104. lib. 2. qui in
alia obſeru.105.cod.lib. dicit, quod hic

annus eſt vtilis, & ignoranti non currit, vide Farinac.quæſt.10.num.34. & currit à die iniuriæ illatæ, non autem à die ſcientiæ, Philipp. Dec. conſ. 102. num. 19.vol.1.conſ.crim.diuerſ.

Quando autem iniuria tollatur reconciliatione, vel diſſimulatione, vide Carauit.
17 Rit.275. Viu.deciſ. 33.per tot.Franch. dec.736.Paul.Merend.conſ.45. nu. 10. Petr.Caleſat.conſ.56. nu. 6. inter conſ. crim. diuerſ.tom. 2. præſumitur remiſſa, quando quis cõfeſſus eſt peccata Sacerdoti, & abſolutus fuit, Honded. conſ.87. num.68.volum.2. Cæſar.Manent.deciſ. Mant.47.nu. 39.Ant.Galeat.con. 110. num.29.int.conſ.crim.diuerſ. tom. 1.

Quando autem per ſalutationem, vide Fę
18 lin.in cap.repellantur, num.7.de accuſ. Franc. Marc. q. 943.

Ante tamen porrectionem libelli ſi iniuriatus, & iniurians ſe deoſculentur, vel co-
19 medunt, vel ſe ſalutant, remittere ad inuicem cenſentur, ſecus verò poſt porrectionem, Capp.Tol.dec.234.

Si verò iniuriatus eſt talis, vt de honeſtate
20 ab iniuriæ vltione recedere nõ valeat, nõ cẽſetur remiſſa ex eo, q bibit, & comedit, Cæſar Manen.dec.mãtu. 47. n.40.

Nota, quòd ſi Iudex non taxauerit, æſtimationẽ pro iniuria, pro vt tenet Taſſon. de anteſ.verſ.3. obſ.4.nu.150.ad fin. ſi hæc æſtimatio eſt probata per teſtes, valet ſententia, Creſcent.dec.Rot.1.aliàs 183.de iniur. vide Maſcard. concl.402 & Mohed. dec. 6. de teſtib. Bellamer. dec.722. iniuria enim æſtimatur ex qualitate perſonæ, Merl.cõt.foren.c.66.n.8

Iniuria facta meo famulo, mihi facta cenſetur. & ego pro ea agere poſſum, Capp.
21 Toloſ.dec.145.Franc.Marc. dec. 674. Petr.de Rauenn.ſingul.424. Guid.Pap. dec.557. & ex noſtris Baldaxar. de Angel.in Prat. ad Cod.in l.iniuriam, num. 2.C.ex quib. cauſ. infam. irrog. Thor. vot. 77. nu. 66.

Iniuria fit nedum tribus modis poſitis ſup.
22 verũ in infraſcriptis caſibus. Primò actu prout in caſu Theſaur.dec.229.nu. 5.in eo, qui ficus in iudicem fecit, grauius punitur, ſequitur Nouar.coll. 117.nu. 5. & to.1.de grau. vax.grauamin.123.n.8.

Quod amplia procedere ſi fuerit facta corã perſona iuriſdictionẽ habente, Put. dec. 303.lib.1.Mut.tom.5.cap.Sicil.c. 359.
23 num.49.Maſtrill.de magiſtr.lib. 5. cap. 3.nu 56. fol.mihi 225.& Theſaur. ibid. uerſus adducit.

Secũdo, ſi fuerit illata Doctori, atrox dicitur, & grauius punitur, Guid. Pap. deciſ.
24 88.nu.9.Menoc.de arbitr.caſ. 163. nu. 17.Farinac.q.105.n.203.Rot.Auinion. 58.& talis delinquens nec ſub fideiuſſoribus relaxari debet, Hier.de Laur. dec. Auin.58. Crauett.conſ.168. n.10. Mele ad Gizzarell.dec.10. nu. 18.

Tertiò, ſi per artifices, vel aliàs perſonas percutiantur banchæ, vel tabulæ apotecarum, vel fit ſtrepitus, vel alio modo emittuntur voces deriſoriæ, quãdo quis tranſit per illum locum, vel aliquam rem
25 aſportat, grauius punitur, & atrox dicitur iniuria Thor. qui cuncta docuit vot. 50.num. 11. quod in pluribus locis ſeruabatur, & me iubente fuit hic vſus ſublatus.

Quartò, facta monialibus, vel monaſterio, cẽſetur omnib. de populo facta, & ſic qui
26 libet de populo admittitùr ad eã proſequendam, Mut.tom.4.c.Sicil.c.149. nu. 34.pro ut in ſimili facta vni de Collegio omnes de Collegio afficit, & toti Collegio cenſetur facta, Guid. pap. q. 464. Franc.Marc. q.674.n.4.& ſi fuerit facta colono, competit actio domino, Reg.Salernit.dec.13.num.5.& vni de familia illata, omnes de familia tangit, Vincen. Honded.conſ.102.n.64.vol.1.Reg.Valenz.conſ.142.num. 181. vol.2. Ciazz. diſcept.20. num. 38. vt dixi ſupra deciſ. 23.de Franc.del Caſtill. dec. Sicil. 174. num. 16. dummodò ſit conſanguineus infra quartum gradum, aliàs non conſideratur, Oter.Roman.Lucubr.diſpu. 16. nu. 7. vel dummodò ſit communis, tunc omnes de familia tangit, Ricc.dec. 234. num.12.par.2. & irrogata ſocio, conſocio facta cenſetur, l.ſi fratres, S. finali, ff. pro ſocio, & ibi gloſ. de Franc. de Caſtill.dec.Sicil. 210. nu. 9. quod procedit etiam in ſocio itineris, Oter.Roman. Lu-

Lucubr. diſput. 16. num. 4.

Quintò, etiam ſi quis narratiuè, & ex alio-
27 rum ne quis aſſerat iniurias ab alio pro-
latas, quia tunc de iniurijs punitur, Fran. *Marc*h.q.933.in fi.& q.276.Nouar.col
lect.117.nu. 19.

Sextò, in Creditore, qui vocauerit in iudi-
cio aliquem in debitorem, & re vera de-
28 bitor nō eſt, actione iniuriarum tenetur,
quod ampliatur procedere, etiam ſi actū
minus iuridicum obtinuit, & eum exe-
qui fecit, quia vexandi cauſa fecit, Guid.
Pap.ſing.739.Caball. caſ. 247. num.5.
Clar.S.iniuria, verſ.iniuria, & ibi addē-
tes litera G.

Septimò, iniuria dicitur, ſi quis dixerit ali-
cui: tu es bonus vir, ſeù vir bonus, bo-
nus homo, hoc enim ironicum dictum
eſt, & punitur, Thor.vot.50.nu.2. quod
tu amplia procedere, etiam ſi dicatur bo
29 nus Sacerdos, bonus clericus, & ſimilia,
& ſi mulieri dicatur, tu es bona mulier,
Mut. tom.6. cap. Sicil. cap. 30. numer.
20.

Octauò, ſi fuerint appoſita in domo, vel por
ta alicuius cornua, vel alia ſigna depicta
30 deformia, obſcena virilia, aut mulie-
bria, quo caſu pęna Triremium puni-
tur, Caball.centur. prima caſ.71. & in
Regno Hiſpaniarum ſic ſeruari refert
Bouadill. lib. 3. politicor. capitul. pri-
mo, num.30 fol. mihi 10. & ex noſtris
Reg.Rouit. ad pragmatic. ſecundam de
iniuriis, num.6. quod tria requiſita con-
curiunt; Primum, vt ſit aſcriptum no-
men, vel perſona, in cuius ignominiam
factum eſt; Secundum, vt fiat animo in-
iuriandi. Tertium, vt crimen appoſitum
ſit morte dignum.

Quod ſub amplia procedere etiam in eo,
31 qui interficit equum, vel equi auriculam,
ſiuè caudam obtruncat, quo caſu, vt per
*B*ouadill.cit.loc. num. 30. actione iniu-
riarum punitur.

Nonò, in eo, qui tenet frænum equo, ſupra
32 quem eſt quis aſcenſus, licèt tenens
equitantem non percutiat, iniuria cen-
ſetur, Baiard ad Clar. S. iniuria, num.2.
Mut.deciſ. 36. num 2. Farinac. q. 105.
num. 9.

Decimò, in eo, qui epigramma iniurioſum
alicui facit, & appendit, tribus concur-
33 rentibus, ſcilicet perſona deſcripta, ani-
mo iniuriandi, & vt crimen ſit morte
dignum, ex Reg.Rouir.pragm.2. de in-
iur. numer. 6. 7. 8. & 9. in nouiſſim.im-
preſſ.

Vndecimò, in eo, qui ciambellarias, & can-
34 tilenas facit, vel macriatam, ſiuè pe-
triatam, virtute Reg.pragmatic. primæ,
& ſecundæ de iniur. ad cuius ampliatio-
nem, & limitationem, vide Nouar. col-
lect. 117. & 118. & Reg. Rouit, dicta
prag. 1. & 2.

Duodecimo, in eo, qui dixit alicui haben-
ti magnam barbam, ti pelo queſta bar-
35 ba, quibus verbis inducitur iniuria,
Mur.deci.36.n.4. Et iniuria fit Domino
fundi, ſi quis per eius fundum tranſit,
eo prohibente, Paul. Merend. conſ. 97.
num. 16.

Decimo tertio in eo, qui contumeliam, vel
calumniam dixerit ſuo Epiſcopo, cap. Si
quis ſacerdori 11.q. 1. & facta Prælato,
36 Eccleſiæ facta eſt, Ricc.dec.28. nu.22.
par.4. Et an Epiſcopus, vel Abbas eam
remittat? vide Barthol.de Nouar.cōſil.
43.numer. 12.tom.1.conſil. crimin. di-
uerſ.

Iniurians Sacerdotem in Eccleſia, vel Mo-
nacum in monaſterio, pęna triremium
punitur, Theſaur. deciſ. 224. Burg. de
mod.procedend. ex abrupt. quæſt. 19.
num. 66.

Limita verò non dari actionem iniuriarum
in infraſcriptis caſibus, Primò, ſi fuerit
37 facta iniuria à coniuncto alteri coniun-
cto non datur actio iniuriarum; ſed
actio in factum, Petr. de Rauenn. ſin.
423.licèt Mari ſupra dec.23.nu.7.quem
ſequitur de Angel. ad l. ea, quæ, C.ex
quib.cauſ.infam.irrog.nu. 5. aſſerat iniu
riam inter coniunctos reputari grauiorē
quàm inter extraneos, ſequitur Palm.
diuerſ.iur.gloſ.1.nu.26.

Et ratio ea eſt, quia non præſumitur, vt cō-
38 iunctus iniuriam irrogare velit in alium
coniunctum, Crauett.conſ.9 n.26.

Secundò, ſi fuerit iniuria dicta in ludo, vel
39 iocosè, vel, vt dicitur, per paſſa tempo,

tunc non punitur, Farinac quæſt. 105. numer. 25. Mut. deciſ. 36. num. tertio, & ex noſtris Thor. vot. 50. num. 7. Nouar. coll. 117. n. 4.

A qua limitatione diſcedere licet ex adductis per Bouadill. lib. 3. politic. cap. 11.
41 num. 24. vbi prohibet iniuriam dici etiã iocosè, nihil enim carius, & prętioſius eſt in vita hominis, quàm famam bonam conſeruare, quæ, cùm vitæ præferatur, non decet, vt iocosè in aliquo lædatur ex illo, Carnem tuam ne deſpexeris.

Tertiò, ſi fuerit calore iracundiæ, vel ex lu-
41 brico linguæ, dummodò cum modeſtia fiat. Gaill. obſeruation. 100. lib. 2. Anton. Fab. deciſion. prima de iniur. Mar. Mut. dec. 26. num. 23. & 24. & ex noſtris Thor. vot. 77. num. 6. & 15. quod ſubamplia procedere, ſi ſtatim illam iniuriam reuocat, Thor. vot. 77. num. 15.

Quartò, quando verba contumelioſa dicta
42 de ſui natura ſecundùm mores regionis non ſunt iniurioſa, Ioſeph. Ludou. dec. Lucenſ. nu. 24.

Quintò, ſi fuerint verba iniurioſa prolata
43 animo reprehendendi aliquem malum agentem, vel ſedandi rixam, Petr. ad Capic. dec. 58. litera A. Bouadill. cit. lib. 3. cap. 11. nu. 43.

Sextò, ſi vnus ex litigantibus dixerit alio
44 collitiganti, teſtes, quos produxiſti ſunt viles deprauati; & admitti non debent, vel ſubornaſti, hoc enim licitum eſt dicere. Guidon pap. ſing. 330.

Septimò, in eo, qui non eſt ſolitus iniuria-
45 re, Vinc. Honded. conſil. 96. num. 11. tom. 1.

Octauo, ſi quis dixerit, alio ſe eſſe nobiliorem, non tenetur actione iniuriarum, quia illud verbum (nobiliorem, eſt comparatiuum, quod de ſui natura præſupponit poſitiuum, & præſupponit participationem vtriuſque, Bart. conſ. 5. nu. 2. tom. 1. conſ. crim. diuerſ. & Io. Bapt. de Plot. conſil. 131. num. 20. eod. tom. primo.

Decimò, ſi iniuriã, ſiuè verbalem, ſiuè per ſcripturam reuocauerit, non tenetur actione iniuriarum, Io. Bapt. de Plot. cõ. 131. num. 17. inter conſ. crimin. diuerſ. tom. 1.

Hinc ſi iniuriatus vlciſcitur iniuriam ver-
46 balem ferro, uel armis; de exceſſu tenetur, Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 66. num. 26.

Et, ſi Iudex in ſubditum verba iniurioſa profert, tenetur in ſindicatu, & illa uer-
47 ba non infamant, l. uerba, C. ex quibus cauſis infam. irrog. ea ratione, quia authoritas, qua Iudex fungitur, non inducit iniuriam, Bouadill. cit. lib. 3. cap. 11. num. 30.

Petra hic nu. 3. & Mari num. 14. quærunt, quæ ſit pęna mandantis uulnerari, uel
48 percuti, & mandatarius occiderit? tu uide, quæ dixi latè in 2. tom. de pugn. doct. tit. de aſſaſſin. à nu. 8. ad 16. & quæ dicam infra deciſ. 38.

Petra num. 2. ad med. verbo: illata per dominum vaxallo; adde quòd ſi Dominus
49 iniuriauerit vaxallum, nedùm poteſt ſe defendere, etiam ſi iniuria fuerit vera, verùm etiam priuatur dominio, Nouar. de grauam. vaxall. grauamin. 213. per tot. tom. 1.

Et è contra, ſi vaxallus iniuriauerit domi-
50 num, puniri, ex dictis per Caball. conſil. 235. num. 19.

Et ad materiam ſi quis dixerit alicui: tu es ſpurius, prout in caſu præſentis deciſio-
51 nis, & non probauerit eſſe talem, quæ pœna punitur? poſſet colligi ex dictis per Grammatic. hic tu verò adde Cæſar. Mant. conſ. 149. num. 33. & 59. & 62. impreſſum poſt deciſiones, Det. conſil. 102. num. 7. int. conſ. crim. diuerſ. tom. 1.

Et pro coronide ſcias, quòd in iniuria omnis pęna eſt arbitraria, conſiderata qualitate perſonæ, facti, loci, & modi, Carau. Rit. 311. nu. 19. Pegue. dec. 13. num 18. & 19. Theſaur. dec. 18. num. 1. & deciſ. 229. num. 4. Farinac. q. 105. nu. 56. Tomar. deciſ. Macerar. 6. num. 13. Ludou. Bell. conſ. 78. num. 5. ratione enim perſonæ, vel loci publici dicitur atrox, Ricc. deciſ. 193. num. 3. part. 2. Paul. Merend. conſ. 75. num. 1. part. 2.

Heliſæus Danza.

AD

ADDITIO AD DEC. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Mandatum eſt facti, & probandum in ſpecie, num. 1. & verè nu. 78.
Non autem per coniecturas, & præſumptiones num. 78.
Mandatum, ordo, & voluntas idem ſunt, n. 2.
Mandatum, & ſuaſio an differat, nu. 39.
Voluntas ex mandato colligitur, nu. 3.
Mandatarius an excuſatur ſi dixit non acceptaſſe mandatum, & qua pœna hoc caſu tenetur, à nu. 4. ad 7.
An excuſatur, ſi dicat iuſtè ſuſcepiſſe mandatum, & licitum iudicauit, num. 7.
Ponuntur caſus, nu. 9. 10. 11. 12. & 13.
Mandatarius an teneatur exequi mandatum datum à potente in alium minus potentem, num. 11. 12, & 13.
Et quæ ſit eius pœna, nu. 14.
Mandatarius, quam fidem facit ſi aſſerat de mandato mandantis deliquiſſe, diſtingue, nu. 15. ad 20. 27. 28. 29. & 30.
Mandatarius deponens contra mandantem ex tortura, immo de rata an faciat fidem & qua pœna punitur, nu. 17. 18. 19. & 20.
Mandatum inducitur ex allocutione ad aures, vel ſecreta. vel capite annuēdo, vel alia ſigna faciendo erga malefactorem, nu. 21.
Limita, nu. 26.
Mandatarij contumacia non nocet mandanti, num. 29.
Mandatario aſſerenti deliquiſſe ex propria cauſa, ſiuè odio particulari, an releuet mādantem, à nu. 30. ad 33.
Mandans, an teneatur ſi mandatarius abſque mandato deliquiſſet, nu. 34. 35. & 36.
Mandatarius tortus, confeſſus delictum, poteſt abſque alijs inditijs torqueri, vt mandantē dicat, nu. 38. & 48.
Mandatarius eſt ille, qui mādat comitti aliquod delictum propter ſe, id eſt propter cauſam propriam, nu. 40
Perſuaſor eſt ille, qui perſuadit delictum non propter ſe, ſed propter eum, cui ſit perſuaſio, num. 41.
Mandatum cum diuerſo genere armorum datur à nu. 42. ad 46.
Si eſt datum cum inſtrumento non apto ad nocendum, quomodo puniatur, n. 44.
Si eſt datum cum cultello paruo, nu. 45.
Animus delinquendi diſcernitur ex genere armorum, nu. 46.
Si eſt datum vt verberet, vel percutiat, & mandatarius occidat, quomodo puniatur, nu. 47. & 48.
Vulnera, & verbera non dantur ad menſurā, num. 48.
Si fuit datum mandatum vulnerari partem corporis, in quā non poteſt ſequi mors, an puniatur, nu. 49. 50. & 51.
Mandatarius delinquens in alio loco, vel modo, quo ſibi eſt mandatum, quomodo puniatur, num. 52.
Mandatarius excedens mandatum, vidente mandante, & non contradicente, quomodo puniatur, nu. 53. & 54.
Mandatarius fines mandati reſtringens, an mitius puniatur, nu. 55.
Affectus an puniatur, non ſecuto effectu, n. 56.
Mandatum datum ad tempus, & extra illud exequutum, an puniatur, n. 57.
Mandatum extenſum de perſona ad perſonā, quomodo puniatur, nu. 58.
Mandans ducens offendendum ad locum mādati, pœna mortis punitur, nu. 58.
Mandans percuti Clericum, an ſit excommunicatus, nu. 60.
Clericus percuſſus eius armis, an ſit irregularis, n. 60.
Mandatarij plures contra mandantem deponentes, quam fidem faciant, num. 61. 62. & 63.
Vna pœna tenentur, ſi vnicum, delictum, & vnicum mandatum, n. 62. & 63.
Mandatarius varius, vel aliàs criminoſus, quam fidem faciat, nu. 64.
Mandans plus delinquit, quàm mandatarius, 65. & 66.
Mandatarium an liceat pœnitere, & qua tēpore, & quomodo puniatur, num. 67. 78. & 69.
Pœnitentia an ſit notificanda, nu. 71.
Mandās ſe pœnitens, an puniatur, & quomodo pœnitentia eſt notificanda mandatario, num. 71. & ſeq.
Mandati reuocatio quomodo procedat, & quo-

quomodo ſit notificanda, numer. 72. 73. & 74.

Abſolutio mandatarij, an proſit mandanti, num. 75.

Mandatario non conſtito, an procedatur contra mandantem, nu. 76. & 77.

Inditia indubitata, quæ ſint remiſſiuè, nu. 79.

Mandans, an puniatur in loco mandati dati, vel mandati conſummati, nu. 80.

M*Andatis impijs, & inboneſtis non eſſe parendum*, habetur ex exemplis in Exod. cap. 1. nu. 17.

Sunt enim aliqua mandata, quæ duris, atq; carnalibus imponuntur animis, ex Beato Bernard. ſuper Cantic. quæ quando ſunt inboneſta, veluti cōtra charitatem, vel iuſtitiam, vel contra bonos mores, non ſunt exequenda, & tandem reperiū-tur mandantes inboneſta, & exequentes illa, nimirum, ſi puniendi veniunt, & legibus ſunt exoſi, pro ut in præſenti dec. 38. & ea eſt, quam ſupra deciſ. 33. diſputauit, & hæc eadem Lucretia Scaglione, quam non in carceribus detrudendā, ſed domum aſſignandam in eadem deciſ. 33. fuit diſputatum, & factum principale hoc in loco tractandum promiſi.

Tria enim capita additionis ſumēda eſſent, Primum, an puniatur affectus, effectu nō ſequuto, de quo aliqua collegi ſupra deciſ. 2. à num. 1. ad 9.

Secundum, porrigentes venenum, qua veniunt puniendi pæna, de quo, cùm in meo 2. tom. tractatum feci ſub titul. de Venen. cap. vnic. hic pertranſeo.

Tertium, qua plectuntur pœna mandantes delictum committi, & qua mandatarij; & ſi mandantem licèt pænitère, & mandatarium quoque mandatum ſuſceptum non exequi, & licèt hanc materiam tractauerim in meo 2. tom. in tit. de aſſaſſin. & in tit. de homicid. cap. 7. tamen poſt ibi ſcripta, re maturiùs perpenſa, libet hoc in loco illam exarare.

Tractat, inquam, Auth. hic num. 5. & Mari num. 2. ſi mandatarium ſuſcepto mandadato pęniteat, an puniatur, tu verò ad declarationem huius problematis conſidera plures caſus, & ante ſcias, quòd
mandatum, cùm ſit quid facti, eſt in ſpe-
1 cie probandum, Ciazz. diſcept. forenſ.
cap. 164. à nu. 7. ad 10. Vincent. Honded. conſ. 87. num. 71. vol. 2.

In iure voluntas, mandatum, & ordo idem ſunt, Ger. Spin. conſ. 87. num. 2. & 3.

Tamen cùm verbum (mandatum, ſit frequentiſſimum, illo potius in hoc diſcurſo vtar, quàm verbo (voluntas, vel or-
3 do; voluntas enim ex mandato, & verbis datis colligitur, Spin. ibid.

Primus, ſi mandatarius dixerit non acceptaſſe, ſed recuſaſſe mandatum, an excuſe-
4 tur? Clar. q. 21. verſ. ex hac concluſione, refert opinionem aliorum: tamen illi placet ea, ut non credatur mandatario, id aſſerenti, ſequitur Altimontes Ciazzius Ariminenſis eximius Doctor diſcept. forenſ. 164. num. 4. Farinac. verò quæſt. 44. n. 15. & 16. reſidet indiſtinctè in opinione negatiua, ut non credatur, nec ullum producat inditium mandans ratione tentati mandati, tenetur pæna extraordinaria; eſt enim conatus ab effectu delicti remotus, Menocch. de ar-
6 bitr. Iudic. conſ. 360. numer. 44. & 45.
Caball. reſolut. crimin. caſ. 246. num. 26. 29. & 30. & Hern. in tractat. de homicid. num. 513. Campagn. in cap. frequens, & ineffrænata, num. 65. mandas enim te-
7 netur, & ſi mandatarius non commiſerit, Caball. caſ. 56. nu 110.

Secundus an mandatarius ſe excuſet mandatum iuſtè ſuſcepiſſe, & licitum iudica-
9 uit mandatum, nempè ſi ordinem de laborando in liquo fundo ſuſceperit, credens fundum eſſe mandantis, ſi ibi delinquere contingat, excuſatur, *Benedic.* Capra Peruſin. regula 80. nu. 24. Rolan. à Vall. con. 54. num. 7. uol. 1. qui ad inuicem non allegantur.

Vel ſi fuerit datum mandatum à marito de
9 occidendo eius uxorem, & adulterum ad inuicem coeuntes, tunc excuſatur, quia mandatum eſt licitum, & à iure permiſſum, & ea, quæ marito, & ſic princi-
11 pali licita ſunt, non prohibentur mandatario, Io. *Baptiſta* de Thoro. part. ſecūda Compend. deciſ. in uerbo mandans

ſul.

fol. mihi 319.col.2.vel ſi aliquis potens
11 mandauerit minus potenti, vt aliquem occidat, vel percutiat, vel lædat ſub mortis timore, excuſatur, ex eo timore illato quod intellige, vt omnes ſint præſentes,
12 nempè mandans, mandatarius, & offendendus, ita vt mandatarius abſque vitæ periculo mandatum euitare nequit, Marſil. in l. 1. in princip. limitat. 18. nu. 74. ff. de quæſtion. Licèt contrarium ſentiat Bald. in l. data opera, verſ. immò, num. 57. cod. de ijs, qui accuſar. nō poſſunt, quod
13 affirmare non præſumo, dum potius quis omne malum pati debet, quàm in Deū delinquere, & potius quis timere Deum debet, quàm hominem, cap. ita ne, 32. quæſt. 5. & gloſ. in authoritate 15. quæſ. 6. & cap. ſi quiſquis, & capit. nolite 51. quæſt. 3.

Et quatenus vera eſſet ſuperior doctrina,
14 debet intelligi, vt excuſetur non à toto, ſed à tanto, l. ſeruos, ff. de pœnis.

Tertius ſi mandatarius de mandato mandantis deliquiſſe aſſerat, quam fidem fa-
15 ciat? diſtingue; aut acceptauit mandatum, & illud exequutum fuit, & tunc ſub. diſtingue; aut deponit ſine tortura, & non creditur, niſi alia concurrant adminicula, Ciazz. diſcept. 8. num. 7. & diſce. 64. num. 1. Honded. conſ. 106. num. 49. vol. 1. Farinacc. quæſt. 44. num. 18. & ſequent. & ex noſtris Rice. dec. 200. nu. 5. par. 3. Marant. conſ. 12 1.

Aut verò deponit cum tortura, & facit inditium ad torturam contra mandantem,
16 Ciazz. diſcept. 96. num. 14. quia per acceptationem mandati ſe ſocium criminis facit, & ſocio non creditur ſine tortura, Bertazzol. conſ. crim. 116. num. 23. lib. primo.

Quod limita, niſi fuerit tortura immoderata, tunc dictum huius mandatarij per
17 torturam immoderatam extortam nullum inditium facit contra mandatorem, nec eidem confitenti præiudicat talis confeſſio, Farinacc. quæſt. 44. nu. 29.

Ego verò contrarium ſentio, & diſtinguendos eſſe plures caſus arbitror, Primus,
18 aut cum dicto mandatarii concurrunt alia adminicula, nempè allocutio ſecreta inter mandantem, & mandatorem, & illicò poſt allocutionem eſt ſecurum de-
19 lictum, vel minæ prolatæ à minante mandāte, vel fuga, vel aliæ præſumptiones, quæ iudicantis arbitrio remittuntur, conſiderata qualitate perſonæ, & facti,
20 & tunc iis concurrentibus, vel aliqua ex ipſis concurrente cum dicto mandatarū dicta procedunt iura allegata, affirmantia credi mandatario.

Allocutio enim ſecreta. vel ad aures, vel capite annuendo, & ſigna alia erga male-
21 factorem, præſumit mandatum datum ad delinquendum, Clar. quæſt. 89. ad fin. qui refert Doctores pro affirmatiua tenentes, ille verò granum ſalis affert, vt alia concurrant, Baiard. verò ibid. num.
22 fin. ſuum quoque granum ſalis addit, nēpè, vt conſtet contemplatione alloquē-
23 tis, ſiuè annuentis eſſe factum; tu verò dicas, quòd quando poſt allocutionem, vel ſignum ſtatim, eſt ſecutum delictum, & eſt inimicitia capitalis inter offenſum,
24 & mandantem, tunc his concurrentibus præſumitur mandatum datum, & inducit inditium ad torturam, Oter. diſputat. 16. num. 19. Vinc. Honded. conſ. 93. nu. 6. vol. 2. & ex noſtris Moſcatell. pract. crim. tit. de homicid. num. 62. Io. Iacob. de Martin. con. 15. num. 34.

Vel eſſet inimicitia inter occiſum, & man-
25 dantem, Honded. citat. conſil. 93. num. 53.

Limita, niſi inter eos, qui ſecretè allocuti
26 ſunt, poſſet conſiderari aliqua præſumptio, Hondedei conſ. 87. numer. 155. vol. 2.

Aut verò non concurrunt adminicula, neq;
27 præſumptiones, ſed ſimpliciter adeſt dictum mandatarū, & tunc ſecus erit, & procedunt iura negantia credi dicto
28 mandatarii, niſi ad inſtructionem, & ſic ad inquirēdum, Barthom. Bertazzol. cō. 70. num. 22. inter conſ. crimin. diuerſor. tom. 2. & ex noſtris Campag. in c. Reg. frequens, & inc ff. gnata, num. 64. Rice. deciſ. 200. nu. 1. par. 3.

Quod amplia procedere, ut neque contu-
29 macia mandatarii noceat mandanti, Caball. caſ. 66. num. 101.

Quin-

è contra, ſi mandatarius ad ex-
nem, & beneficium mandantis
ſe occidiſſe ex propria cauſa, uel
articulari, quam quæſtionem teti-
...pra deciſ. 34. num. 44 45. & 80. &
Iter. in meo tom. 2. tit. de Homicid. cap.
4. num. 22. in caſu ibi occurſo, & retuli,
quibus nunc addo, quòd, ſi mandatarius
31 aſſerat feciſſe abſq; vllo mandato, excu-
ſat mandantem, Anton. Galeatius con.
110. num. 41. inter conſ. crimin. diuerſ.
tom. 1.

Et, ſi aſſerat, ex ſua cauſa particulari occi-
diſſe, non creditur, nec mandatorem ex
32 cuſat, *Baiard.* ad Clar. quæſt. 21. nu. 45.
Io. Iacob. de Marrin. Eximius Doctor
conſ. 30. num. 62. Oter. Lucubrat. Roma-
nar. diſput. 16. num. 11. qui duram do-
ctrinam hanc appellat, Ciazz. diſcept.
97, num. 3.

Ego uerò aſſero non credi mandatario aſ-
ſerenti ſe motu proprio, & ſic ex priuata
33 cauſa feciſſe, ſi aliæ coniecturæ concur-
runt, ut ſupra dixi, Farinacc; quæſt. 44.
n. 33. M...to. 4. Capitulor. Sicil. capit.
149. num. 30. & ex noſtris Campag. in
cap. frequens, & incffrænata nu. 78.

Sexto, quando eſt datum mandatum, &
mandatarius etiam ſine eo mandato de-
34 liquiſſet, & conſtat, quòd ſine mandato
illud delictum mandatarius commiſiſ-
ſet, hęſitatur ſi mandans tenetur, Bene-
dictus Capra regula 54. num. 12. affert
non teneri mandātēm, ſi principalis erat
35 delictum commiſſurus, niſi aliæ conie-
cturę, uel præſumptiones in cõtrariũ nõ
concurrant Matthæus Matthæſilan. ſin-
gul. 96. in prencip. Vinc. Honded. conſ.
87. num. 78. & ſeqq. uolum. 2. ſed ſi adſit
36 teſtis deponens audiuiſſe mandatum,
facit inditium ad torturam contra man-
dantem, Farinacc. quæſt. 44. num. 14.
Vinc Honded. conſ. 93. num. 5. uolum.
ſecundo.

Ex quo ſequitur, ut ſi mandatarius tortus
confiteatur cõmiſiſſe delictum, poteſt
37 abſque aliis inditiis torqueri, vt dicat
mandantem, Foller. pract. crim. titul. rei
indurati torqueantur, num. 5. quod pro-
cedit etiam ſi ſponte confiteatur, idem
Foller. tit. & ſi confitebantur, tertii par-
te, num. 105.

Ego verò affirmo hoc caſu mandatorem
teneri tantùm de conſilio, ſinè perſua-
38 ſione ex eo, quia dedit mandatum illi-
citum, & licèt in delictis ex regula non
eſt facienda huiuſmodi diſtinctio, tamen
hæc eſt vera opinio communis, & non
illa *Barth. Bertazzol.* conſ. 70. num. 33.
verſ. & ſi dicatur inter conſ. crim. diuer.
tom. 2. Honded. conſ. 87. num. 78. vo-
lum. 2.

Author hic num. 15. tangit verbo (ſantiò-
ne, mandatum, & perſuaſio differant,
& ſic eſt differentia inter mandatorem,
40 & perſuaſorem; nam mandator eſt ille,
qui mandat committi aliquod delictum
propter ſe, & infra ſe; ideſt propter cau-
ſam ſuam propriam, & ad ſui ſatisfactio-
nem: perſuaſor verò eſt ille, qui perſua-
det delictum alicui non propter ſe, nec
41 infra ſe, ſed propter eum, cui fuit facta
illa perſuaſio, Hyppolit. Riminald. conſ.
69. nu. 33. inter conſ. crimin. diuerſor.
tom. 2. qui num. 34. punit grauius man-
datorem, & ſic mandatum, quām con-
ſulentem, & ſic conſilium.

Verùm, quia diuerſo modò datur manda-
tum pro delicto committendo, tàm ra-
tione inſtrumenti, quàm loci, quàm par-
tis corporis, & ſic modi in offendendo,
ſunt conſiderandi etiam plures caſus.

Quorum primus, ſi mandatum eſt datum
cum expreſſo genere armorum; nempè
42 pugione, enſe, vel alio apto ad nocen-
dũ, & tunc quia cogitare debebat, quod
poterat euenire, & quod vulnera, & per-
cuſſiones non dantur ad menſuram, neq;
43 poterat eſſe in poteſtate mandatarii ſer-
uare fines mandati, & offenſus mortuus
eſt, mandans tenetur de homicidio, Ca-
ball. in tract. de omni genere homicidii,
num. 269.

Secundus, ſi mandatum eſt cum inſtrumen-
to non apto ad nocendum: vtputa pu-
gno, alapa, arundine, vel alio ſimile, mã-
dans leuiori pæna punitur arbitrio iudi-
cis, cõſiderata qualitate perſonæ, & fa-
cti, Clar. quæſt. 89. verſ. pone aliquis, Ca-
ball. cit. tract. de homic. cit. nu. 269.

Tertius

Tertius, ſi mãdatum fuit cum cultello par-
uo, non apto ad nocendum, & manda-
45 tarius occidit cum alio apto, non tene-
tur mandans de occiſo, Grãmat. author
noſter conſ.20.nu.1.2.& 3.Marſil.conſ.
67.nu.31.verſ. præterea.

Ex qualitate enim inſtrumenti apti ad no-
cendum, vel ne indicatur animus man-
46 dati dati ad occidendum, vel ne, Reg.
Valenzuel.con.128.n.46.tom.2.Gram-
mat.author in conſ.crim.20.n.3.

Quartus, ſi mandatum fuit de caſtigando,
corrigendo, vel verberãdo, tamen man-
47 datarius occidit, vel quia offenſus erit
debilis, & delicatus, vel quia verberans
grauiter percuſſit, adeò quòd ex illis ver
beratus obiit: tunc mandans tenetur pę-
na extra ordinaria iudicantis arbitrio,
habita ratione ad qualitatem perſona-
rum, & facti; cogitare enim debebat id,
quod euenire poterat ex antedicto fun-
damento, quòd vulnera, & verbera non
48 dantur ad menſuram, & nihilominus
mandatarius de homicidio tenetur, Ca-
ball.in tract. de omni genere homicid.
pluries hoc in loco relato, nu. 240.249.
252.267.& 268.vide Grammat. autho-
rem noſtrum conſ.crimin.10.

Quintus, ſi iuſſus, ſiuè mandatum fuerit de
49 vulnerando in aliqua parte corporis, in
qua de ſui natura mors ſequi non poteſt.
Tamen percutiens læſit in alia parte, & læ-
50 ſus mortus eſt, tunc mandans de homi-
cidio tenetur, cum ex mandato in parte
expreſſa operã rei illicitæ dedit, & euen-
tum præcogitare debebat; partes enim
corporis ſunt multæ, in quibus vulnera
illata ſunt lethalia, & nulla corporis pars
percuſſa, quæ mortis periculo non
ſubiaceat ex percuſſione Clar.cit.quæſ.
89.verſ.pone aliquis, ad fin.

Sextus, quando mandatum eſt, vt percu-
tiatur in vno loco, & percuſsio eſt ſecu-
ta in alio, vt ſi dixit, vt percuteret de
nocte, & in aliquo loco remoto, & per-
cuſsit de die, & in loco publico, tunc mã-
dans non tenetur, *Baiard*.ad Clar. quæſ.
89. num. 15. cuius opinioni non inhæ-
reo; mandatum enim fuit de re illicita,
& à iure reprobata, vndè puniendum fo-
re mandantem arbitrio iudicis, conſide-
rata qualitate, affirmo.

Septimus, ſi mandatarius exceſſit manda-
tum, tàm reſpectu loci, quàm temporis,
53 & modi, vidente tamen mandante, & nõ
contradicente, tunc pæna ordinaria mã-
dãti imponi deber, dũmodò veriſimili-
ter credatur mãdatariũ exceſſiſſe modũ
authoritate ipſius mandantis, Baiard.
54 ad Clar.q.89.n.16. præſentia enim, &
aſſiſtentia mandantis mandatarius effici-
tur audacior ad delinquendum.

Octauus, ſi mandans iuſsit quẽ occidi, mã-
datarius verò reſtringendo mandatum,
55 tantũ vulnerauit, vel verberauit, ſiuè per
cuſsit, tunc licèt poſſet puniri pæna ho-
micidii, ex quo inſpicitur animus, & non
56 euentus; in delictis tñ de gñrali cõſuetu-
dine ſecus erit, quia nõ punitur affectus
non ſecuto effectu, ut Mari hic n.1. cui
adde Caball.de homic.nu.265.& ſeq.

Nonus, ſi madatũ fiat ad tẽpus, ideſt, vt in-
fra aliquos certos dies cõmittatur deli-
57 ctũ eo elapſo, non tenetur mãdans pæna
ordinaria, ſed extraordinaria, arbitrio iu-
dicantis, Caball.caſ.242.n.17.& 18.niſi
ſit cõmiſsũ poſt modicũ tẽpus, de eo ela
pſo, ſecus ſi ex interuallo, Vincen. Hon-
dedei con.87.nu.169. & ſeq. tom. 2.

Decimus, ſi mandatũ ad aliã perſonã, quã
mãdatarii extenditur, v. g. Titius dedit
48 mandatũ Caio, vt interficeret, vel læde-
ret Meuiũ, Caius verò dedit mandatum
Sẽpronio, & Sempronius in executione
mãdati perficit, & tã primus, quã ſecun-
dus mandans tenentur de mandato, ex
illa regula, qui per alium facit, &c. Ca-
ball.caſ.242. à num. 6. ad 9.

Vndecimus, ſi mãdãs, nedũ mãdauit, ſed du
xit occidẽdũ ad locũ, vbi mãdatarius ab
59 ſcõditus erat ad offendẽdũ, tunc pæna
mortis punitur, ẽt effectu nõ ſecuto, quia
fuit mãdans, & author delicti, Foller.ad
prag. 1.de ictu ſcopitti, nu.55.

Ex qua regula inferas, an ſit excõmunica-
tus mãdãs, vel cõſulẽs percuti Clericũ,
vide Carrer. prac.crim. tit.de homicid.
60 §.5.nu. 67. Riec.dec.16.n.3.par.2.& ſi
percutiatur armis ipſius Clerici, an cleri-
cus ſit irregularis, vide Carr.cit.lo.n.69.

Fit faciendo Ciambellarias*, Cantilenas, macriatam, vel Petriatam, nu* 34.

Committitur *dicendo habenti magnam barbam, ti pelo queſta barba, num.* 35.

Faciendo contumeliam, vel calumniam Epiſcopo, num. 36.

Facta coniunctio, an puniatur, numero 37. *&* 38.

Facta in ludo, vel iocosè, an puniatur, num. 39. *&* 40.

Facta lubrico lingua, vel calore ira, an puniatur, num. 41.

Iniurioſa verba de ſui natura, vel ſecundùm mores regionis non contumelioſa, an puniantur, num. 42.

Prolata animo reprahendendi; vel ſedandi rixam, an puniatur, num. 43.

Dicendo teſtes productos tu falſo duxiſti, vel ſubornaſti, vel ſunt viles, & ſimilia, an dicatur iniuria, num. 44.

Iniuriare non ſolitus, an iniuriare pręſumatur, num. 45.

Iniuriatus vendicans iniuriam verbalem ferro, vel armis, an puniatur, num. 46.

Iudex ſubditum iniurians, an infamet, & puniatur, num. 47.

Mandans percuti, vel vulnerari, ſi mandatarius occiderit, an mandans puniatur de homicidio, num. 48.

Dominus *iniurians vaſſallum qua pena punitur. num.* 49.

Vaſſallum iniurians dominum, an puniatur, num. 50.

Dicendo alicui, ſpurius, an puniatur, numero 51.

M*Agni animi eſt proprium placitum eſſe, tranquillumq; iniurias, atque offenſiones supernè deſpicere.* Hæc ſunt verba eminētiſſimi Philoſ. *Senec. in libr. primo, cap. primo, de clement. num.* 49. vbi ſubdit, *muliebre eſſe furere in ira verò ferarum, nec generoſarum quidem præmordere, ut vrcere proiectos.*

Ex quibus nos docemur iniurians non vlciſci; ſed tantùm ſimpliciter reproperare, & magnanimi fortis eſt ferre iniuriam abſque vinculo vindictæ, dixit ille ſapiens.

Cuius verba conueniunt Leonardo de Ligoro per Auth. hic citato; qui metas excedendo, alterum lædere voluit, nimirum, ſi fuit iniuria reproperata, vt author hic teſtatur, & diſputat qua pœna punitur mentiens, & cum mentita alia verba iniurioſa grauiora proferens, & licèt pluribus in locis in volumine harum deciſionum Grammaticus Author noſter iniuriarum materiam tetigerit, nempè ſupra deciſ. 14. num. 10. vbi repetit illud idem, quòd hic adducit num. 4. ſupra deciſ. 23. num. 1. & infra deciſ. 98. num. 2.

Tamen cùm ego ſupra dec. 14. num. 9. promiſerim hoc in loco materiam iniuriarū tractare, pacta ſeruabo.

Et omiſſa diſputatione, quotuplex ſit iniuria, & quibus modis capiatur in iure,
1 cùm potius ſit ſcolaſtica, quàm palatialis.

Omiſſa etiam diſputatione quibus modis inferatur, cum ex Auth. noſtro ſupra dec. 14. num. 19. habetur iniuriam eſſe om-
2 nia illa verba, quæ contra bonos mores proferuntur, & quicquid ad iram, & iracundiam fit, aſſenſit Marant. conſ. 121. num. 3. Ioſeph. Ludouic. dec. Lucenſ. 4. num. 18. & 20. Franc. Marc. dec. 935. Thom. Triuiſ. dec. Venet. 61. par. 2. & omiſſo quæſito, ſi iniuria, & contumelia differant, de quo per Afflit. deciſ. 307. num. 7.

Tātum ad terminorum cognitionem dico, quòd iniuria tribus modis committitur. Primò re, quando manus inferuntur. Secundò verbis, & eſt illa verbalis, quando fit conuitium. Tertiò literis, quando ad alicuius infamiam, quis libellum famoſum, Carmen, vel Hiſtoriam ſcribit, aut virilia, vel muliebria depicta fecerit, vt infra dicam, vel per literas miſſiuas, Farinac. q. 105. nu. 2. & 3.

Auth. hic num. 2. verbo fuiſti mercatus, dicit, quòd ſi quis dixerit iniuriam veram,
3 non poteſt puniri, quando Reipublicæ intereſt, vt ſciatur ille defectus, hinc quęri poteſt, an hæc propoſitio ſit vera? Maxi hic num. 2. veram aſſerit, ea ratione, quia veritas excuſat iniuriantem à pęna iniurię.

Clar.

Clar.§.Iniuria,verſ.Item quæro, amplecti-
tur diſtinctionem authoris noſtri q.ic nõ
4 allegat, aut intereſt Republicæ manife-
ſtari defectum,& non puniri, aut non in-
tereſt,& puniri, & adde Capp. Tol. dec.
127.& ibi addent. Miſing.cent.3. obſ.4.
Crauett.con.145 & 168 Dec.con. 483
n.4.Gaill.obſer.99. lib.2.Ioſeph Ludou.
dec.Lucenſ.n.16.Vrſill.ad *Affl*.dec.206
nu.13.aſſerit ſecudùm deciſionem iſtam
5 fuiſſe per S.C.prouiſum, & abſolutum,
qui iniurioſa verba,vera tamen, protulit,
Mut.dec.36.nu.31.32. & 35.

Ego verò diſtinguendũ puto:aut proferens
iniuriã,eſt prouocatus, & irritatus,& tũc
6 ad lui defenſionẽ,ſi verã iniuriã protulit,
procedunt allegata per Grammatic.hic,
Philipp.Dec.con.162.nu.7.inter conſ.
crim.diuerſ.tom.1.

Aut verò non prouocatus, neq; ad ſuũ Ius
conſeruandũ alliũ iniuriauit,& tunc ſecus
7 & punitur, quia ſubiectũ iniuriæ eſt ani-
mus,Magon.dec.Lucenſ.26.n.11.& ma-
gis attenditur mens,& voluntas iniuriã-
tis,quã factũ, Auth.hic n.9.affert,cui ad
8 de Oſaſc.dec.77.n.27.Peguer. dec.13.
n.9.Vinc.Honded. con. 96.n.5.tom.1.
Iniuriatus enim maiorẽ iniuriã aduerſus
iniuriantem proferre non valet,Reg.Va-
lenz.con.142.n.173. vol.2.

Quod limita non procedere de iure cano-
nico, quo nullo modo poteſt quis alterũ
9 iniuriare, ſed potius charitatiuè reprehẽ
dere,& corrigere,Clar.cit.loc.nullus.n.
nec in veris poteſt iniuriari,Nouar.tom.
1.de gra.vax.prælud.2.n.5.& 8.

Author n.11.verbo(poſſit ciuiliter, & cri-
minaliter,adde,quod imponi poteſt pę-
na ciuilis,& ſic pecuniaria,quæ applica-
10 tur parti,criminalis,qua curiæ ſatisfit,vt
idẽ auth.affert in eius voto 15.nu.6.Pe-
guer.dec.13.nu.1 contrariũ dicit. The-
11 ſaur.dec.18.nempè, vt non poſſit inten
tari criminaliter,& ciuiliter, niſi in caſi-
bus per eum poſitis.

Ratio quare hic Carolus Mormile fuit con
demnatus ea eſt,vt auth.affert,quia iniu
12 riã reprouerauit;quod nõ licet, Capic.
dec.58.& ibid.Malull.Aufrer.ad Capp.
Toloſ.dec.127. quorũ authoritate pro-
uocatus non debet repropetare iniuriã,
ſed tantũ ſe ipſum ab ea purgare, *Boua-
dill*.lib.3.c.11.n.43.fol. 293. ſi tu enim
mihi iniuriã infers, & ego ſimpliciter ad
meũ ius conſeruandũ reſpondeã; tu mẽ-
tiris, non teneor actione iniuriarũ Ma-
ſull.ad Capic.dec.58.num.1. ad med.&
Nouar.coll.118.num.1.Paul.Merend.
con.75.nu.6.& con.76.nu.0.

Paul.Grattut.theorem.5.Caball. caſ. 154.
nu.1. contra Clar. quæſt.60.verſ. nunc
13 quæro;quòd iniuriantem poſſum repel-
lere dicendo(mentiris, non autem alia
verba iniurioſa repropetare;prima eſt de
fenſio.Secũda,offenſio, vt declarat Ca-
ball.cit.loc.nu.17.qui pulcra circa hanc
materiam adducit, & Muta contradicit
hic nu. 6.& 7. vide Rouir.rub.de Iniur.
nu.3.& ſeq.impreſſ.noua,Mut. dec. 36.
nu.33.& 35.per hoc enim uerbũ (men-
tiris)tollitur omnis iniuria Bart. conſ. 5.
nu.9.int.conſ.crim.diuerſ.tom.1.utrum
dicere,tu mentiris punibile ſit,affert Ca
ſtill.dec.111.nu.30.& ſeqq.

Et ex hoc interrogatus, an mentitus cen-
ſeatur iniuriatus, ex dicta diſtinctione
14 colligitur, ſi tantum fuit mentita, uel ſi
uerba alia iniurioſa ſunt adiuncta, Me-
noch.conſ.107.nu.24.lib.2. ſi menti-
ta erit in platea publica,erit iniuria atrox
Paul.Merend.conſ 50.nu.30.

Et ſi mentitus,mentitam ſibi datam tacet,
uel diſſimulat,certò temporis ſpatio cẽ-
15 ſetur remiſſa,Oſaſc.dec.77.nu. 36.Viu.
dec.55.nu.1.Mut.tom.3.cap. ſicil. cap.
48.nu.8.10.& 11,uide *Aufer*. ad Capp.
Toloſ.dec.233.

Quanto autem tempore durat actio iniuria-
16 rum,diſtingue; aut eſt iniuria ſimplex:
aut eſt iniuria realis deſcendens, ex l.
Cornel.

Primò caſu ſi eſt ſimplex,durat anno, quo
elapſo tollitur actio iniuriandi, Rot.dec.
vnic. de Iniur.

Secũdo caſu ſi deſcẽdit ex l.cornel.nõ tol-
litur anno,Miſing.obſer.84. cent.1.

Tertio caſu, ſi eſt iniuria ſcripta,non tolli-
tur anno,ſed poſt annũ poteſt intẽtari,&
accuſari, Gaill.obſeru.104.lib. 2. qui in
alia obſeru.105.eod.lib.dicit, quod hic

annus eſt vtilis, & ignoranti non currit, vide Farinac.quæſt.10.num.24. & currit à die iniuriæ illatæ, non autem à die ſcientiæ, Philipp. Dec. conſ. 102. num. 19.vol.1.conſ.crim.diuerſ.

Quando autem iniuria tollatur reconcilia- tione, vel diſſimulatione, vide Carauit.
17 Rit.275. Viu.deciſ. 33.per tot.Franch. dec.736. Paul.Merend.conſ.45. nu. 10. Petr. Caleſat.conſ.56. nu. 6. inter conſ. crim. diuerſ.tom. 2. præſumitur remiſſa, quando quis cõfeſſus eſt peccata Sacerdoti, & abſolutus fuit, Honded. conſ.87. num,68.volum.2. Cæſar.Manent.deciſ. Mant.47.nu. 39. Ant.Galeat.con. 110. num.29.int.conſ.crim.diuerſ. tom. 1.

Quando autem per ſalutationem, vide Fe-
18 lin.in cap.repellantur, num.7.de accuſ. Franc. Marc. q. 943.

Ante tamen porrectionem libelli ſi iniuriatus, & iniuriaos ſe deoſculentur, vel co-
19 medunt, vel ſe ſalutant, remittere ad inuicem cenſentur, ſecus verò poſt porrectionem, Capp.Tol.dec.234.

Si verò iniuriatus eſt talis, vt de honeſtate
20 ab iniuriæ vltione recedere nõ valeat, nõ cẽſetur remiſſa ex eo, q bibũt, & comedũt, Cæſar Manen.dec.mãtu.47. n.40.

Nota, quòd ſi Iudex non taxauerit, æſtimationẽ pro iniuria, pro vt tenet Taſſon. de anteſ.verſ.3. obſ.4.nu.150.ad fin. ſi hæc æſtimatio eſt probata per teſtes, valet ſententia, Creſcent.dec.Rot.1.aliàs 183.de iniur. vide Maſcard.concl.402. & Mohed. dec. 6. de teſtib. Bellamer. dec.722.iniuria enim æſtimatur ex qualitate perſonæ, Merl.cõt.foren.c.66.n.8

Iniuria facta meo famulo, mihi facta cenſetur. & ego prò ea agere poſſum, Capp.
21 Toloſ,dec.145.Franc. Marc. dec. 674. Petr.de Rauenn.ſingul.424. Guid.Pap. dec.557: & ex noſtris Baldaxar. de Angel.in Prat. ad Cod.in l.iniuriam, num. 2.C.ex quib. cauſ. infam. irrog. Thor. vot. 77. nu. 66.

Iniuria fit nedum tribus modis poſitis ſup.
22 verũ in infraſcriptis caſibus. Primò actu prout in caſu Theſaur.dec.229.nu.5.in eo, qui ficus in iudicem fecit, grauius punitur, ſequitur Nouar.coll. 117. nu. 5. & to.1.de grau. vax.grauamin.123.n.8.

Quod amplia procedere ſi fuerit facta corã perſona iuriſdictionẽ habente, Put. dec. 303.lib.1.Mut.tom.5.cap.Sicil.c. 359.
23 num.49.Maſtrill.de magiſtr. lib. 5. cap. 3.nu 56. fol.mihi 225.& Theſaur. ibid. verſus adducit.

Secũdo, ſi fuerit illata Doctori, atrox dicitur, & grauius punitur, Guid. Pap. deciſ.
24 88.nu.9. Menoc.de arbitr.caſ. 163. nu. 17.Farinac.q.105.n.203.Rot.Auinion. 58.& talis delinquens nec ſub fideiuſſoribus relaxari debet, Hier.de Laur. dec. Auin.58. Crauett.conſ.168.n.10. Mele ad Gizzarell.dec.10. nu. 18.

Tertiò, ſi per artifices, vel aliàs perſonas percutiantur banchæ, vel tabulæ apotecarum, vel fit ſtrepitus, vel alio modo emittuntur voces deriſoriæ, quãdo quis tranſit per illum locum, vel aliquam rem
25 aſportat, grauius punitur, & atrox dicitur iniuria Thor. qui cuncta docuit vot. 50.num. 11. quod in pluribus locis ſeruabatur, & me iubente fuit hic vſus ſublatus.

Quartò, facta monialibus, vel monaſterio, cẽſetur omnib. de populo facta, & ſic quì-
26 libet de populo admittitùr ad eã proſequendam, Mut.tom.4.c.Sicil.c.149. nu. 34.pro ut in ſimili facta vni de Collegio omnes de Collegio afficit, & toti Collegio cenſetur facta, Guid. pap. q. 464. Franc.Marc. q.674.n.4.& ſi fuerit facta colono, competit actio domino, Reg.Salernit.dec.13.num.5.& vni de familia illata, omnes de familia tangit, Vincen. Honded.conſ.102.n.64.vol.1.Reg.Valenz.conſ.142.num. 181. vol.2. Ciazz. diſcept.20. num. 38. vt dixi ſupra deciſ. 23.de Franc.del Caſtill. dec. Sicil. 174. num. 16. dummodò ſit conſanguineus infra quartum gradum, aliàs non conſideratur, Oter.Roman.Lucubr.diſpu. 16. nu. 7. vel dummodò ſit communis, tunc omnes de familia tangit, Ricc.dec. 234. num.12.par.2. & irrogata ſocio, conſocio facta cenſetur, l.ſi fratres, §. finali, ff. pro ſocio, & ibi gloſ. de Franc. de Caſtill.dec.Sicil. 210. nu. 9. quod procedit etiam in ſocio itineris, Oter.Roman.

Lu-

Lucubr. diſput. 16. num. 4.
Quintò, etiam ſi quis narratiuè, & ex alio-
27 rum ne quis aſſerat iniurias ab alio pro-
latas, quia tunc de iniurijs punitur, Fran.
*M*arch. q. 933. in fi. & q. 276. Nouar. col
lect. 117. nu. 19.

Sextò, in Creditore, qui vocauerit in iudi-
cio aliquem in debitorem, & re vera de-
28 bitor nō eſt, actione iniuriarum tenetur,
quod ampliatur procedere, etiam ſi actū
minus iuridicum obtinuit, & eum exe-
qui fecit, quia vexandi cauſa fecit, Guid.
Pap. ſing. 739. Caball. caſ. 247. num. 5.
Clar. §. iniuria, verſ. iniuria, & ibi addē-
tes litera G.

Septimò, iniuria dicitur, ſi quis dixerit ali-
cui: tu es bonus vir, ſeù vir bonus, bo-
nus homo, hoc enim ironicum dictum
eſt, & punitur, Thor. vot. 50. nu. 2. quod
tu amplia procedere, etiam ſi dicatur bo
29 nus Sacerdos, bonus clericus, & ſimilia,
& ſi mulieri dicatur, tu es bona mulier,
Mut. tom. 6. cap. Sicil. cap. 30. numer.
20.

Octauò, ſi fuerint appoſita in domo, vel por
ta alicuius cornua, vel alia ſigna depicta
30 deformia, obſcena virilia, aut mulie-
bria, quo caſu pęna Triremium puni-
tur, Caball. centur. prima caſ. 71. & in
Regno Hiſpaniarum ſic ſeruari refert
Bouadill. lib. 3. politicor. capitul. pri-
mo, num. 30 fol. mihi 10. & ex noſtris
Reg. Rouit. ad pragmatic. ſecundam de
iniurijs, num. 6. quod tria requiſita con-
currunt; Primum, vt ſit aſcriptum no-
men, vel perſona, in cuius ignominiam
factum eſt; Secundum, vt fiat animo in-
iuriandi. Tertium, vt crimen appoſitum
ſit morte dignum.

Quod ſub amplia procedere etiam in eo,
31 qui interficit equum, vel equi auriculam,
ſiuè caudam obtruncat, quo caſu, vt per
*B*ouadill. cit. loc. num. 30. actione iniu-
riarum punitur.

Nonò, in eo, qui tenet frænum equo, ſupra
32 quem eſt quis aſcenſus, licèt tenens
equitantem non percutiat, iniuria cen-
ſetur, Baiard ad Clar. §. iniuria, num. 2.
Mut. deciſ. 36. num 2. Farinac. q. 105.
num. 9.

Decimò, in eo, qui epigramma iniurioſum
alicui facit, & appendit, tribus concur-
33 rentibus, ſcilicet perſona deſcripta, ani-
mo iniuriandi, & vt crimen ſit morte
dignum, ex Reg. Rouit. pragm. 2. de in-
iur. numer. 6. 7. 8. & 9. in nouiſſim. im-
preſſ.

Vndecimò, in eo, qui ciambellarias, & can-
34 tilenas facit, vel macriatam, ſiuè pe-
triatam, virture Reg. pragmatic. primæ,
& ſecundæ de iniur. ad cuius ampliatio-
nem, & limitationem, vide Nouar. col-
lect. 117. & 118. & *R*eg. Rouit, dicta
prag. 1. & 2.

Duodecimo, in eo, qui dixit alicui haben-
ti magnam barbam, ti pelo queſta bar-
35 ba, quibus verbis inducitur iniuria,
Mur. deci. 36. n. 4. Et iniuria fit Domino
fundi, ſi quis per eius fundum tranſit,
eo prohibente, Paul. Merend. conſ. 97.
num. 16.

Decimo tertio in eo, qui contumeliam, vel
calumniam dixerit ſuo Epiſcopo, cap. Si
quis ſacerdoti 11. q. 1. & facta Prælato,
36 Eccleſiæ facta eſt, Ricc. dec. 28. nu. 22.
par. 4. Et an Epiſcopus, vel Abbas eam
remittat? vide *B*arthol. de Nouar. cōſil.
43. numer. 12. tom. 1. conſil. crimin. di-
uerſ.

Iniurians Sacerdotem in Eccleſia, vel Mo-
nacum in monaſterio, pęna triremium
punitur, Theſaur. deciſ. 224. Burg. de
mod. procedend. ex abrupt. quæſt. 19.
num. 66.

Limita verò non dari actionem iniuriarum
in infraſcriptis caſibus, Primò, ſi fuerit
37 facta iniuria à coniuncto alteri coniun-
cto non datur actio iniuriarum; ſed
actio in factum, Petr. de Rauenn. ſin.
423. licèt Mari ſupra dec. 23. nu. 7. quem
ſequitur de Angel. ad l. ea, quæ, C. ex
quib. cauſ. infam. irrog. nu. 5. aſſerat iniu
riam inter coniunctos reputari grauiorē
quàm inter extraneos, ſequitur Palm.
diuerſ. iur. gloſ. 1. nu. 26.

Et ratio ea eſt, quia non præſumitur, vt cō-
38 iunctus iniuriam irrogare velit in alium
coniunctum, Crauett. conſ. 9 n. 26.

Secundò, ſi fuerit iniuria dicta in ludo, vel
39 iocosè, vel, vt dicitur, per paſſa tempo,

tunc non punitur, Farinac quæſt. 105. numer. 25. Mut. deciſ. 36. num. tertio, & ex noſtris Thor. vot. 50. num. 7. Nouar. coll. 117. n. 4.

A qua limitatione diſcedere licet ex adductis per Bouadill. lib. 3. politic. cap. 11.
41 num. 24. vbi prohibet iniuriam dici etiã iocosè, nihil enim carius, & pretioſius eſt in vita hominis, quàm famam bonam conſeruare, quæ, cùm vitæ præferatur, non decet, vt iocosè in aliquo lædatur ex illo, Carnem tuam ne deſpexeris.

Tertiò, ſi fuerit calore iracundiæ, vel ex lu-
41 brico linguæ, dummodò cum modene fiat. Gaill. obſeruation. 100. lib. 2. Anton. Fab. deciſton. prima de iniur. Mar. Mut. dec. 26. num. 23. & 24. & ex noſtris Thor. vot. 77. num. 6. & 15. quod ſubamplia procedere, ſi ſtatim illam iniuriam reuocat, Thor. vot. 77. num. 15.

Quartò, quando verba contumelioſa dicta
42 de ſui natura ſecundùm mores regionis non ſunt iniurioſa, Ioſeph. Ludou. dec. Lucenſ. nu. 24.

Quintò, ſi fuerint verba iniurioſa prolata
43 animo reprehendendi aliquem malum agentem, vel ſedandi rixam, Petr. ad Capic. dec. 58. litera A. Bouadill. cit. lib. 3. cap. 11. nu. 43.

Sextò, ſi vnus ex litigantibus dixerit alio
44 collitiganti, teſtes, quos produxiſti ſunt viles deprauati; & admitti non debent, vel ſubornaſti, hoc enim licitum eſt dicere. Guidon pap. ſing. 330.

Septimò, in eo, qui non eſt ſolitus iniuria-
45 re, Vinc. Honded. conſil. 96. num. 11. tom. 1.

Octauo, ſi quis dixerit, alio ſe eſſe nobiliorem, non tenetur actione iniuriarum, quia illud verbum (nobiliorem, eſt comparatiuum, quod de ſui natura præſupponit poſitiuum, & præſupponit participationem vtriuſque, Bart. conſ. 5. nu. 2. tom. 1. conſ. crim. diuerſ. & Io. Bapt. de Plot. conſil. 131. num. 20. eod. tom. primo.

Decimò, ſi iniuriã, ſiuè verbalem, ſiuè per ſcripturam reuocauerit, non tenetur actione iniuriarum, Io. *Bapt.* de Plot. cõ. 131. num. 17. inter conſ. crimin. diuerſ. tom. 1.

Hinc ſi iniuriatus vlciſcitur iniuriam ver-
46 balem ferro, uel armis; de exceſſu tenetur, *Merlin.* controuerſ. forenſ. cap. 66. num. 26.

Et, ſi Iudex in ſubditum verba iniurioſa proferr, tenetur in ſindicatu, & illa uer-
47 ba non infamanr, l. uerba, C. ex quibus cauſis infam. irrog. ea ratione, quia authoritas, qua Iudex fungitur, non inducit iniuriam, Bouadill. cit. lib. 3. cap. 11. num. 30.

Petra hic nu. 3. & Mari num. 14. quærunt, quæ ſit pœna mandantis uulnerari, uel
48 percuti, & mandatarius occiderit? tu uide, quæ dixi latè in 2. tom. de pugn. doct. tit. de aſſaſſin. à nu. 8. ad 16. & quæ dicam infra deciſ. 38.

Petra num. 2. ad med. verbo: illata per dominum vaxallo; adde quòd ſi Dominus
49 iniuriauerit vaxallum, nedùm poteſt ſe defendere, etiam ſi iniuria fuerit vera, verùm etiam priuatur dominio, Nouar. de grauam. vaxall. grauamin. 213. per tot. tom. 1.

Et è contra, ſi vaxallus iniuriauerit domi-
50 num, puniri, ex dictis per Caball. conſil. 235. num. 19.

Et ad materiam ſi quis dixerit alicui: tu es ſpurius, prout in caſu præſentis deciſio-
51 nis, & non probauerit eſſe talem, quæ pœna punitur? poſſet colligi ex dictis per Grammatic. hic tu verò adde Cæſar. Mant. conſ. 149. num. 33. & 59. & 62. impreſſum poſt deciſiones, Det. conſil. 102. num. 7. int. conſ. crim. diuerſ. tom. 1.

Et pro coronide ſcias, quòd in iniuria omnis pœna eſt arbitraria, conſiderata qualitate perſonæ, facti, loci, & modi, Carau. Rit. 311. nu. 19. Pegue. dec. 13. num 18. & 19. Theſaur. dec. 18. num. 1. & deciſ. 229. num. 4. Farinac. q. 105. nu. 56. Tomat. deciſ. Macerat. 6. num. 13. Ludou. Bell. conſ. 78. num. 5. ratione enim perſonæ, vel loci publici dicitur atrox, Ricc. deciſ. 193. num. 3. part. 2. Paul. Merend. conſ. 75. num. 1. part. 2.

Heliſæus Danza.

AD-

ADDITIO AD DEC. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Mandatum eſt facti, & probandum in ſpecie, num. 1. & verè nu. 78.
Non autem per coniecturas, & præſumptiones num. 78.
Mandatum, ordo, & voluntas idem ſunt, n. 2.
Mandatum, & ſuaſio an differat, nu. 39.
Voluntas ex mandato colligitur, nu. 3.
Mandatarius an excuſatur ſi dixit non acceptaſſe mandatum, & qua pœna hoc caſu tenetur, à nu. 4. ad 7.
An excuſatur, ſi dicat iuſtè ſuſcepiſſe mandatum, & licitum iudicauit, num. 7.
Ponuntur caſus, nu. 9. 10. 11. 12. & 13.
Mandatarius an teneatur exequi mandatum datum à potente in alium minus potentem, num. 11. 12, & 13.
Et quæ ſit eius pœna, nu. 14.
Mandatarius, quam fidem facit ſi aſſerat de mandato mandantis deliquiſſe, diſtingue, nu. 15. ad 20. 27. 28. 29. & 30.
Mandatarius deponens contra mandantem ex tortura, immo de rata an faciat fidem & qua pœna punitur, nu. 17. 18. 19. & 20.
Mandatum inducitur ex allocutione ad aures, vel ſecreta, vel capite annuẽdo, vel alia ſigna faciendo erga malefactorem, nu. 21.
Limita, nu. 26.
Mandatarij contumacia non nocet mandanti, num. 29.
Mandatario aſſerenti deliquiſſe ex propria cauſa, ſiuè odio particulari, an releuet mãdantem, à nu. 30. ad 33.
Mandans, an teneatur ſi mandatarius abſque mandato deliquiſſet, nu. 34. 35. & 36.
Mandatarius tortus, confeſſus delictum, poteſt abſque alijs inditijs torqueri, vt mandantẽ dicat, nu. 38. & 48.
Mandatarius eſt ille, qui mãdat committi aliquod delictum propter ſe, id eſt propter cauſam propriam, nu. 40
Perſuaſor eſt ille, qui perſuadit delictum non propter ſe, ſed propter eum, cui fit perſuaſio, num. 41.
Mandatum cum diuerſo genere armorum datur à nu. 42. ad 46.
Si eſt datum cum inſtrumento non apto ad nocendum, quomodo puniatur, n. 44.
Si eſt datum cum cultello paruo, nu. 45.
Animus delinquendi diſcernitur ex genere armorum, cu. 46.
Si eſt datum vt verberet, vel percutiat, & mandatarius occidat, quomodo puniatur, nu. 47. & 48.
Vulnera, & verbera non dantur ad menſurã, num. 48.
Si fuit datum mandatum vulnerari partem corporis, in quã non poteſt ſequi mors, an puniatur, nu. 49. 50. & 51.
Mandatarius delinquens in alio loco, vel modo, quo ſibi eſt mandatum, quomodo puniatur, num. 52.
Mandatarius excedens mandatum, vidente mandante, & non contradicente, quomodo puniatur, nu. 53. & 54.
Mandatarius fines mandati reſtringens, an mitius puniatur, nu. 55.
Affectus an puniatur, non ſecuto effectu, n. 56.
Mandatum datum ad tempus, & extra illud exequutum, an puniatur, n. 57.
Mandatum extenſum de perſona ad perſonã, quomodo puniatur, nu. 58.
Mandans ducens offendendum ad locum mãdati, pœna mortis punitur, nu. 58.
Mandans percuti Clericum, an ſit excommunicatus, nu. 60.
Clericus percuſſus eius armis, an ſit irregularis, n. 60.
Mandatarij plures contra mandantem deponentes, quam fidem faciant, num. 61. 62. & 63.
Vna pœna tenentur, ſi vnicum, delictum, & vnicum mandatum, n. 62. & 63.
Mandatarius varius, vel aliàs criminoſus, quam fidem faciat, nu. 64.
Mandans plus delinquit, quàm mandatarius, 65. & 66.
Mandatarium an liceat pœnitere, & qua tẽpore, & quomodo puniatur, num. 67. 78. & 69.
Pœnitentia an ſit notificanda, nu. 71.
Mandãs ſe pœnitens, an puniatur, & quomodo pœnitentia eſt notificanda mandatario, num. 71. & ſeq.
Mandati reuocatio quomodo procedat, & quo-

quomodo ſit notificanda, numer. 72. 73. & 74.
Abſolutio mandatarij, an proſit mandanti, num. 75.
Mandatario non conſtito, an procedatur contra mandantem, nu. 76. & 77.
Inditia indubitata, quæ ſint remiſſiuè, nu. 79.
Mandans, an puniatur in loco mandati dati, vel mandati conſummati, nu. 80.

M*Andatis impijs, & inboneſtis non eſſe parendum*, habetur ex exemplis in Exod. cap. 1. nu. 17.

Sunt enim aliqua mandata, quæ duris, atq; carnalibus imponuntur animis, ex Beato Bernard. ſuper Cantic. quæ quando ſunt inhoneſta, veluti cõtra charitatem, vel iuſtitiam, vel contra bonos mores, non ſunt exequenda, & tandem reperiũtur mandantes inhoneſta, & exequentes illa, nimirum, ſi puniendi veniunt, & legibus ſunt exoſi, pro ut in præſenti dec. 38. & ea eſt, quam ſupra deciſ. 33. diſputauit, & hæc eadem Lucretia Scaglione, quam non in carceribus detrudendã, ſed domum aſſignandam in eadem deciſ. 33. fuit diſputatum, & factum principale hoc in loco tractandum promiſi.

Tria enim capita additionis ſumẽda eſſent, Primum, an puniatur affectus, effectu nõ ſequuto, de quo aliqua collegi ſupra deciſ. 2. à num. 1. ad 9.

Secundum, porrigentes venenum, qua veniunt puniendi pæna, de quo, cùm in meo 2. tom. tractatum feci ſub titul. de Venen. cap. vnic. hic pertranſeo.

Tertium, qua plectuntur pœna mandantes delictum committi, & qua mandatarij; & ſi mandantem licet pænitere, & mandatarium quoque mandatum ſuſceptum non exequi, & licèt hanc materiam tractauerim in meo 2. tom. in tit. de aſſaſſin. & in tit. de homicid. cap. 7. tamen poſt ibi ſcripta, re maturiùs perpenſa, libet hoc in loco illam exarare.

Tractat, inquam, Auth. hic num. 5. & Mari num. 2. ſi mandatarium ſuſcepto mandato pęniteat, an puniatur, tu verò ad declarationem huius problematis conſidera plures caſus, & ante ſcias, quòd mandatum, cùm ſit quid facti, eſt in ſpe-
1 cie probandum, Ciazz. diſcept. forenſ. cap. 164. à nu. 7. ad 10. Vincent. Honded. conſ. 87. num. 71. vol. 2.

In iure voluntas, mandatum, & ordo idem ſunt, Ger. Spin. conſ. 87. num. 2. & 3.

Tamen cùm verbum (mandatum, ſit frequentiſſimum, illo potius in hoc diſcurſo vtar, quàm verbo (voluntas, vel or-
3 do; voluntas enim ex mandato, & verbis datis colligitur, Spin. ibid.

Primus, ſi mandatarius dixerit non acceptaſſe, ſed recuſaſſe mandatum, an excuſe-
4 tur? Clar. q. 21. verſ. ex hac concluſione, refert opinionem aliorum: tamen illi placet ea, ut non credatur mandatario, id aſſerenti, ſequitur Altimontes Ciazzius Ariminenſis eximius Doctor diſcept. forenſ. 164. num. 4. Farinac. uerò quæſt. 44. n. 15. & 16. reſidet indiſtinctè in opinione negatiua, ut non credatur, nec ullum producat inditium mandans ratione tentati mandati, tenetur pæna extraordinaria; eſt enim conatus ab effectu delicti remotus, Menocch. de ar-
6 bitr. Iudic. conſ. 360. numer. 44. & 45. Caball. reſolut. crimin. caſ. 246. num. 26. 29. & 30. & Ilern. in tractat. de homicid. num. 513. Campagn. in cap. frequens, & ineffrænata, num. 65. mandas enim te-
7 netur, & ſi mandatarius non commiſerit, Caball. caſ. 56. nu 110.

Secundus an mandatarius ſe excuſet mandatum iuſtè ſuſcepiſſe, & licitum iudica-
9 uit mandatum, nempè ſi ordinem de laborando in liquo fundo ſuſceperit, credens fundum eſſe mandantis, ſi ibi delinquere contingat, excuſatur, *Benedic.* Capra Peruſin. regula 80. nu. 24. Rolan. à Vall. con. 54. num. 7. uol. 1. qui ad inuicem non allegantur.

Vel ſi fuerit datum mandatum à marito de
9 occidendo eius uxorem, & adulterum ad inuicem coeuntes, tunc excuſatur, quia mandatum eſt licitum, & à iure permiſſum, & ea; quæ marito, & ſic princi-
11 pali licita ſunt, non prohibentur mandatario, Io. *Baptiſta* de Thoro. part. ſecũda Compend. deciſ. in uerbo mandans

fol.

ſol. mihi 319.col.2.vel ſi aliquis potens
11 mandauerit minus potenti,vt aliquem
occidat,vel percutiat,vel lædat ſub mor
tis timore,excuſatur,ex eo timore illato
quod intellige,vt omnes ſint præſentes,
12 nempè mandans,mandatarius, & offen-
dendus, ita vt mandatarius abſque vitæ
periculo mandatum euitare nequit, Mar
ſil.in l.1.in princip.limitat.18. nu. 74. ff.
de quæſtion. Licèt contrarium ſentiat
Bald.in l.data opera,verſ.immò,num.57.
cod.de ijs,qui accuſar.nō poſſunt, quod
13 affirmare non præſumo;dum potius quis
omne malum pati debet, quàm in Deū
delinquere,& potius quis timere Deum
debet,quàm hominem, cap. ita ne, 32.
quæſt.5.& gloſ.in authoritate 15. quæſ.
6.& cap.ſi quiſquis,& capit. nolite 51.
quæſt. 3.

Et quatenus vera eſſet ſuperior doctrina,
14 debet intelligi, vt excuſetur non à toto
ſed à tanto,l.ſeruos,ff.de pœnis.

Tertius ſi mandatarius de mandato man-
dantis deliquiſſe aſſerat,quam fidem fa-
15 ciat? diſtingue; aut acceptauit manda-
tum,& illud exequutum fuit, & tunc ſub
diſtingue; aut deponit ſine tortura, &
non creditur, niſi alia concurrant admi-
nicula,Ciazz.diſcept.8.num.7. & diſce.
64. num.1.Honded.conſ.106.num.49.
vol.1.Farinacc.quæſt.44.num.18. & ſe-
quent.& ex noſtris Ricc. dec.200.nu.5.
par.3.Marant.conſ.12 t.

Aut verò deponit cum tortura, & facit in-
ditium ad torturam contra mandantem,
16 Ciazz.diſcept.96.num.14.quia per ac-
ceptationem mandati ſe ſocium crimi-
nis facit, & ſocio non creditur ſine tor-
tura,Bertazzol.conſ.crim.116.num.23.
lib. primo.

Quod limita, niſi fuerit tortura immode-
rata,tunc dictum huius mandatarij per
17 torturam immoderatam extortam nul-
lum inditium facit contra mandatorem
nec eidem confitenti præiudicat talis
confeſſio,Farinacc.quæſt.44. nu. 29.

Ego verò contrarium ſentio,& diſtinguen-
dos eſſe plures caſus arbitror, Primus,
18 aut cum dicto mandatarii concurrunt
alia adminicula, nempè allocutio ſecre-
ta inter mandantem,& mandatorem, &
illicò poſt allocutionem eſt ſecutum de-
19 lictum, vel minæ prolatæ à minante
mandāte,vel fuga, vel aliæ præſumptio-
nes,quæ iudicantis arbitrio remittuntur,
conſiderata qualitate perſonæ, & facti,
20 & tunc iis concurrentibus, vel aliqua
ex ipſis concurrente cum dicto manda-
tarii dicta procedunt iura allegata, affir-
mantia credi mandatario.

Allocutio enim ſecreta.vel ad aures,vel ca
pite annuendo, & ſigna alia erga male-
21 factorem,præſumit mandatum datum ad
delinquendum, Clar. quæſt. 89. ad fin.
qui refert Doctores pro affirmatiua te-
nentes, ille verò granum ſalis afferr, vt
alia concurrant, Baiard.verò ibid.num.
22 fin.ſuum quoque granum ſalis addit,nē-
pè, vt conſtet contemplatione alloquē-
23 tis, ſiuè annuentis eſſe factum; tu verò
dicas, quòd quando poſt allocutionem,
vel ſignum ſtatim,eſt ſecutum delictum,
& eſt inimicitia capitalis inter offenſum,
24 & mandantem,tunc his concurrentibus
præſumitur mandatum datum, & indu-
cit inditium ad torturam, Oter.diſputat.
16.num.19.Vinc.Honded. conſ.93.nu.
6. vol. 2. & ex noſtris Moſcatell. pract.
crim.tit.de homicid.num.62. Io. Iacob.
de Martin.con.15. num. 34.

Vel eſſet inimicitia inter occiſum, & man-
25 dantem,Honded.citat. conſil.93.num.
53.

Limita, niſi inter eos, qui ſecretè allocuti
26 ſunt, poſſet conſiderari aliqua præſum-
ptio, Hondedei conſ. 87. numer. 155.
vol. 2.

Aut verò non concurrunt adminicula,neq;
27 præſumptiones, ſed ſimpliciter adeſt
dictum mandatarii,& tunc ſecus erit, &
procedunt iura negantia credi dicto
28 mandatarii,niſi ad inſtructionem, & ſic
ad inquirēdum,Barthom.Bertazzol.cō.
70. num.22.inter conſ.crimin.diuerſor.
tom.2. & ex noſtris Campag. in c. Reg.
frequens,& ineffi gnata, num. 64. Ricc.
deciſ.200.nu.1.par.3.

Quod amplia procedere, ut neque contu-
29 macia mandatarii noceat mandanti,
Caball.caſ.66.num. 101.

Quin-

Quintus, è contra, ſi mandatarius ad ex-
cuſationem, & beneficium mandantis
30 aſſerat ſe occidiſſe ex propria cauſa, uel
odio particulari, quam quæſtionem teti-
gi ſupra deciſ. 34. num. 44. 45. & 80. &
Iter. in meo tom. 2. tit. de Homicid. cap.
4. num. 22. in caſu ibi occcurſo, & retuli,
quibus nunc addo, quòd, ſi mandatarius
31 aſſerat feciſſe abſq; vllo mandato, excu-
ſat mandantem, Anton. Galearius con.
110. num. 41. inter conſ. crimin. diuerſ.
tom. 1.

Et, ſi aſſerat, ex ſua cauſa particulari occi-
diſſe, non creditur, nec mandatorem ex-
32 cuſat, *Baiard.* ad Clar. quæſt. 21. nu. 45.
Io. Iacob. de Marrin. Eximius Doctor
conſ. 30. num. 62. Otet. Lucubrat. Roma-
nar. diſput. 16. num. 11. qui duram do-
ctrinam hanc appellat, Ciazz. diſcept.
97, num. 3.

Ego uerò aſſero non credi mandatario aſ-
ſerenti ſe motu proprio, & ſic ex priuata
33 cauſa feciſſe, ſi aliæ coniecturæ concur-
runt, ut ſupra dixi, Farinacc; quæſt. 44.
n. 33. Mar. to. 4. Capitulor. Sicil. capit.
149. num. 30. & ex noſtris Campag. in
cap. frequens, & ineffrænata nu. 78.

Sexto, quando eſt datum mandatum, &
mandatarius etiam ſine eo mandato de-
34 liquiſſet, & conſtat, quòd ſine mandato
illud delictum mandatarius commiſiſ-
ſet, hęſitatur ſi mandans tenetur, Bene-
dictus Capra regula 54. num. 12. affert
non teneri mandãtẽm, ſi principalis erat
35 delictum commiſſurus, niſi aliæ conie-
cturę, uel præſumptiones in cõtrariũ nõ
concurrant Matthæus Matthæſilan. ſin-
gul. 96. in prencip. Vinc. Honded. conſ.
87. num. 78. ſi ſeqq. uolum. 2. ſed ſi adſit
36 teſtis deponens audiuiſſe mandatum,
facit inditium ad torturam contra man-
dantem, Farinacc. quæſt. 44. num. 14.
Vinc Honded. conſ. 93. num. 5. uolum.
ſecundo.

Ex quo ſequitur, ut ſi mandatarius tortus
confiteatur cõmiſiſſe delictum, poteſt
37 abſque aliis inditiis torqueri, vt dicat
mandantem, Foller. pract. crim. titul. rei
indurati torqueantur, num. 5. quod pro-
cedit etiam ſi ſponte confiteatur, idem
Foller. tit. & ſi confitebuntur, tertia par-
te, num. 105.

Ego verò affirmo hoc caſu mandatorem
teneri tantùm de conſilio, ſiuè perſua-
38 ſione ex eo, quia dedit mandatum illi-
citum, & licèt in delictis ex regula non
eſt facienda huiusmodi diſtinctio, tamen
hæc eſt vera opinio communis, & non
illa *Bart. Bertazzol.* conſ. 70. num. 33.
verſ. & ſi dicatur inter conſ. crim. diuer.
tom. 2. Honded. conſ. 87. num. 78. vo-
lum. 2.

Author hic num. 15. tangit verbo (ſantiò-
ne, mandatum, & perſuaſio differant,
& ſic eſt differentia inter mandatorem,
40 & perſuaſorem; nam mandator eſt ille,
qui mandat committi aliquod delictum
propter ſe, & infra ſe; ideſt propter cau-
ſam ſuam propriam, & ad ſui ſatisfactio-
nem: perſuaſor verò eſt ille, qui perſua-
det delictum alicui non propter ſe, nec
41 infra ſe, ſed propter eum, cui fuit facta
illa perſuaſio, Hyppolit. Riminald. conſ.
69. nu. 33. inter conſ. crimin. diuerſor.
tom. 2. qui num. 34. punit grauius man-
datorem, & ſic mandatum, quàm con-
ſulentem, & ſic conſilium.

Verùm, quia diuerſo modò datur manda-
tum pro delicto committendo, tàm ra-
tione inſtrumenti, quàm loci, quàm par-
tis corporis, & ſic modi in offendendo,
ſunt conſiderandi etiam plures caſus.

Quorum primus, ſi mandatum eſt datum
cum expreſſo genere armorum, nempè
42 pugione, enſe, vel alio apto ad nocen-
dũ, & tunc quia cogitare debebat, quod
poterat euenire, & quod vulnera, & per-
cuſſiones non dantur ad menſũram, neq;
43 poterat eſſe in poteſtate mandatarii ſer-
uare fines mandati, & offenſus mortuus
eſt, màndans tenetur de homicidio, Ca-
ball. in tract. de omni genere homicidii,
num. 269.

Secundus, ſi mandatum eſt cum inſtrumen-
to non apto ad nocendum: vt pura pu-
gno, alapa, arundine, vel alio ſimile, mã-
dans leuiori pœna punitur arbitrio iudi-
cis, cõſiderata qualitate perſonæ, & fa-
cti, Clar. quæſt. 89. verſ. pone aliquis, Ca-
ball. cit. tract. de homic. cit. nu. 269.

Tertius

Tertius, ſi mãdatum fuit cum cultello par-
uo, non apto ad nocendum, & manda-
45 tarius occidit cum alio apto, non tene-
tur mandans de occiſo, Grãmat. author
noſter conſ.20.nu.1.2.& 3.Marſil.conſ.
67.nu.31.verſ. præterea.

Ex qualitate enim inſtrumenti apti ad no-
cendum, vel ne iudicatur animus man-
46 dati dati ad occidendum, vel ne, Reg.
Valenzuel.con.128.n.46.tom.2.Gram-
mat.author in conſ.crim.20.n.3.

Quartus, ſi mandatum fuit de caſtigando,
corrigendo, vel verberãdo, tamen man-
47 datarius occidit, vel quia offenſus erit
debilis, & delicatus, vel quia verberans
grauiter percuſſit, adeò quòd ex illis ver
beratus obiit: tunc mandans tenetur pœ-
na extra ordinaria iudicantis arbitrio,
habita ratione ad qualitatem perſona-
rum, & facti; cogitare enim debebat id,
quod euenire poterat ex antedicto fun-
damento, quòd vulnera, & verbera non
48 dantur ad menſuram, & nihilominus
mandatarius de homicidio tenetur, Ca-
ball.in tract. de omni genere homicid.
pluries hoc in loco relato, nu. 240.249.
252.267.& 268.vide Grammat. autho-
rem noſtrum conſ.crimin.10.

Quintus, ſi iuſſus, ſiuè mandatum fuerit de
49 vulnerando in aliqua parte corporis, in
qua de ſui natura mors ſequi non poteſt.
Tamen percutiens læſit in alia parte, & læ-
50 ſus mortuus eſt, tunc mandans de homi-
cidio tenetur, cum ex mandato in parte
expreſſa operã rei illicitæ dedit, & euen-
tum præcogitare debebat; partes enim
corporis ſunt multæ, in quibus vulnera
illata ſunt lethalia, & nulla corporis pars
percuſſa, quæ mortis periculo non
ſubiaceat ex percuſſione Clar.cit.quæſ.
89.verſ.pone aliquis, ad fin.

Sextus, quando mandatum eſt, vt percu-
tiatur in vno loco, & percuſsio eſt ſecu-
ta in alio, vt ſi dixit, vt percuteret de
nocte, & in aliquo loco remoto, & per-
cuſsit de die, & in loco publico, tunc mã-
dans non tenetur, *Baiard.*ad Clar. quæſ.
89. num. 15. cuius opinioni non inhæ-
reo; mandatum enim fuit de re illicita,
& à iure reprobata, vndè puniendum fo-
re mandantem arbitrio iudicis, conſide-
rata qualitate, affirmo.

Septimus, ſi mandatarius exceſſit manda-
tum, tàm reſpectu loci, quàm temporis,
53 & modi, vidente tamen mandante, & nõ
contradicente, tunc pœna ordinaria mã-
dãti imponi debet, dũmodò veriſimili-
ter credatur mãdatariũ exceſſiſſe modũ
authoritate ipſius mandantis, Baiard.
54 ad Clar.q.89.n.16. præſentia enim, &
aſſiſtentia mandantis mandatarius effici-
tur audacior ad delinquendum.

Octauus, ſi mandans iuſsit quẽ occidi, mã-
datarius verò reſtringendo mandatum,
55 tantũ vulnerauit, vel verberauit, ſiuè per
culsit, tunc licèt poſſet puniri pœna ho-
micidii, ex quo inſpicitur animus, & non
56 euentus; in delictis tñ de gñrali cõſuetu-
dine ſecus erit, quia nõ punitur affectus
non ſecuto effectu, ut Mari hic n.1. cui
adde Caball.de homic.nu.265.& ſeq.

Nonus, ſi madatũ fiat ad tẽpus, id eſt, vt in-
fra aliquos certos dies cõmittatur deli-
57 ctũ eo elapſo, non tenetur mãdans pœna
ordinaria, ſed extraordinaria, arbitrio iu-
dicantis, Caball.caſ.242.n.17.& 18.niſi
ſit cõmiſsũ poſt modicũ tẽpus, de eo ela
pſo, ſecus ſi ex interuallo, Vincen. Hon-
dedei con.87.nu.169. & ſeq. tom. 2.

Decimus, ſi mandatũ ad aliã perſonã, quã
mãdatarii extenditur, v. g. Titius dedit
48 mandatũ Caio, vt interficeret, vel læde-
ret Meuiũ, Caius verò dedit mandatum
Sẽpronio, & Sempronius in executione
mãdati perficit, & tã primus, quã ſecun-
dus mandans tenentur de mandato, ex
illa regula, qui per alium facit, &c. Ca-
ball.caſ.242. à num. 6. ad 9.

Vndecimus, ſi mãdãs, nedũ mãdauit, ſed du
xit occidẽdũ ad locũ, vbi mãdatarius ab
59 ſcõditus erat ad offendẽdũ, tunc pœna
mortis punitur, ẽt effectu nõ ſecuto, quia
fuit mãdans, & author delicti, Foller.ad
prag. 1.de ictu ſcopitti, nu.55.

Ex qua regula inferas, an ſit excõmunica-
tus mãdãs, vel cõſulẽs percuti Clericũ,
vide Carrer. prac.crim. tit.de homicid.
60 §.5.nu. 67. Ricc.dec.16.n.3.par.2.& ſi
percuiatur armis ipſius Clerici, an cleri-
cus ſit irregularis, vide Carr.cit.lo.n.69.

T Quæ-

Quæritur, ſi eſſet plures mandatarij, an faciant fidem contra mandantem? Vinc. Hôdedi con.93.n.3.to.2.dicit, vt ſi duo
61 ſunt mandatarij, faciunt inditium ad torturam contra mandantem: tu verò diſtingue; aut ſunt conteſtes, & creditur, quia dictum vnius coadiuuatur per dictum alterius; aut verò non ſunt conte-
62 ſtes, ſed ſingulares, & ſecus erit, & non faciunt inditium, Farinac.quæſt. 44. nu. 10. & omnes mandatarij tenentur vnica pæna, ſi vnicum eſt mandatum, & vnicũ delictum, ſecus verò ſi plura mandata
63 ſint, & plura delicta, Carrer. pract.crim. S.homicidium, S. 5. num. 65. Barthom. Bertazzol.conſ.70.num. 15. inter conſ. crimin.diuerſ. tom.2.

Quod tamen limita, niſi mandatarius eſſet
64 varius, vel aliàs de crimine inquiſitus, tunc non creditur, Caſſan. conſ. 58.nu. 16. Ciazz.diſcept.96. nu. 17. Farinacc. quæſt.44.num.25.

Authot num. 6. uerb. Primordialiter mandar, ſcias, quòd plus committit mãdans,
65 quàm mandatarius: mandans in republica enim duos ſcandalizzat, & lædit, mandatarium nempè, & offenſum; mandatarius uerò unum tantùm offendit, nempè læſum, Anton.Galeat. conſ.111.
66 num. 11. inter conſ.crimin.diuerſor. to. 1. & ex noſtris Taſſon. de antefat. uerſ. 12.obſeruat. 1. num. 35. quam Taſſon. non allegat, & ante eũ Carauit.ad prag. 2.de falſis, nu. 71.

Auth.eodem nu.6.uerb. (non poſſet pænitere) circa pænitentiam mandantis; &
67 mandatarij ſunt diſtinguendi plures caſus; primus, ſi mandatarius pœnitentia ductus, mandatum ſuſceptum non exe-
68 quitur, pæna extra ordinaria punitur, licèt mandatum reintegra remaneat ſic intelligendo, Grammat. authorem noſtrum uot.9.num.11.uerſ.immò teſtatur Caball.de homicid. nu.514.Reg. Tap. tom.5.Iur.Regn.ad prag. primam de aſſaſſinio num.2.

Secundus, ſi mandantẽ pæniteat ante executionem mandati, & pænitentiam notificauerit mandatario, & nihil aliud actũ
69 eſt, tunc extra ordinariè punitur propter pactum turpe, Caball. de homicid.n. 510.& iter.in caſ.242.nu. 20. Carauit. ad prag.2.de falſis, nu. 126. ptout in ſimili, ſi eſt datum mandatum de emendo
70 venenum, non ſecuta emptione, non tenetur, quia mandatum datum, eſt remotum ab ipſo delicto, Coſta de ſcient. & ignorant.inſpect.6. num. 10.& ex noſtris Campagn.ad cap.Regn.in prælud.n.40. Reg.Tap.in prag. 1.de aſſaſſ. nu.2.

Tertius, ſi pænitentiam mandans non notificauerit mandatario, tenetur, ac ſi non
71 reuocaſſet, quia propter non notificationem remanet mandatum, & mãdans tenetur, Caball.cit.loc.nu.510.

Quartus, ſi verò non obſtante reuocatione facta per mandantem, & notificatã man-
72 datario adhuc mandatarius exequitur mandatum, tunc extra ordinem punitur, Caball.cit.loc.nu.511.

Reuocatio autem ad declarationem eorũ, quæ dicit Mari hic n.2. fit expreſsè, & ta-
73 citè; expreſsè, vt, ſi mãdatario notificet, vel notificare faciat reuocationem, expreſsè quando mãdans ad notitiam mãdatarij deduxit, quòd ipſe fecit pacem, vel parentelam cum ſuo inimico, Benedict. Capra cit.reg. 80.numer. 7.8.& 9.Caball.caſu 242.nu. 12.& ex noſtris Caranit.ad prag. 2. de falſis nu. 126.& 128.Immò Caball.cit.caſ.242.nu. 11.
74 affirmat reuocatione eſſe notificandam illi, contra quem eſt datum mandatum de offendendo aſq; expreſſione nominis eius, cui datũ eſt mãdatũ, vt ſibi caueat, Petra nu. 2. & Mari hic n.6. quærunt, an abſolutio mandatarii proſit mandanti, De
75 Angelus ad Foll.pract.crimin.tit.capiat informationem n. 85. idem quærit Reg. Rouit. verò in prag. 1.de aſſaſſ.n.3. in hac vltima impreſſione diſtinguit; aut abſolutio procedit, quia non probatur fuiſſe delictum commiſſum; aut quia non fuit repertus culpabilis, quod nota.

Quærunt Doctores, an poſſit procedi cõtra
76 mandantẽ non conſtito de mandatario, ipſo, quæ in fortiis habito, Natta conſil. 422. affert non vitiari delicti inquiſitionem contra mandantem prætextu incertitudinis perſonæ mandatarii.

Ta

Tu verò dicas non poſſe procedi contra mandantem, niſi conſtet de mandata-
77 rio, Muta tom.v.capitul.ſicil. cap. 149 num. 30. Cartar. de execut. ſentent. cap. 1. nu. 346. Vinc. Honded. conſ. 106. nu. 24. vol. 1. & Iſer. conſ. 107. num. 11. 12. & 13. eod. vol. 1. & iter. in conſ. 88. n. 21. vol. 2. & ex noſtris Baldax. de Angel. ad Foller. pract. crim. tit. Capiat informat. num. 85. Reg. Tap. & Reg. Rouit. vterq; in prag. 1. de aſſaſſin. num. 2. & conſtare debet verè, non autem per præſumptio-
78 nes, & coniecturas, de Angel. ad Foller. pract. crim. tit. Rei indurati torqueantur, num. 8.

Petra, & Mari hic vterque, num. fin. quæ-
79 runt, quæ ſint inditia indubitata, tu vide, quæ Ego addidi ſupra dec. 8.

Et pro complemento eſt ſciendum, quòd mandans punitur in loco mandati con-
80 ſummati, in quo delinquere dicitur; non autem in loco mandati, Alexand. Peregrinus Capuanus vir doctrina præclarus, & peregrini ingenii in tractat. de immunitate Eccleſ. cap. 6. nu. 35.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DEC. XXXIX.

SVMMARIVM.

Calumniæ pœna eſt ſimilitudinaria ſupplicio, num. 1. & 25.

Calumniantium iniquitates iura obſeruent, num. 2.

Calumnia duplex eſt præſumpta, & manifeſta, nu 3. 4. & 5.

Calumnia dicitur, quando quis temerè accuſauit, vel iactat vexare ſuum aduerſarium, num. 6.

Amplia in deducente, & non probante num. 7. & 8.

Et an admittatur probatio in contrarium, num. 8.

Calumnia eſt delictum de per ſe, & arguit læſionem, & tranſactio reſcinditur, num. 9. & 10.

Saluiſſe opponens, & non probans, calumniator dicitur, num. 11.

Calumniator dicitur, qui falſa crimina opponit, vel qui deficit in probatione, num. 11. & 38.

Calumniator dicitur, qui pro aliquo negotio peragendo pecuniam recipit, nu. 13.

Vel qui opponit exceptionem in cauſa ciuili, vel criminali, & non probat, & ſi probat, non releuat, num. 14.

Exceptio, vt admittatur debet eſſe euidens, num. 15.

Et ſi poſt tres menſes, vel aliud longum tempus denunciat, nu. 16.

Litigans, actione carens, præſumitur calumniator, & doloſus. num. 17.

Aduocatus, falſas leges adducens, calumniator dicitur, nu. 17.

Calumniator non dicitur quando conſtat de iure agentis, num. 29.

Calumniator non dicitur, ſi aderat fama publica de eo, quod denunciauit, nu. 22.

Calumniator non dicitur quando denunciat, ratione ſui officij, nu. 23.

Vel quando habet inditia euidentia, numer. 24.

Pœna calumniatoris, quæ, à num. 25. ad 33.

Arbitrio Iudicis punitur, num. 27.

Tranſit ad hæredes, ſi lis eſt conteſtata cum defuncto, nu. 28.

Iudex tenetur quando conſtat de calumnia condemnare ad expenſas, aliàs punitur, nu. 28. & 29.

Pœna corporali punitur, num. 30.

Accuſatio debet eſſe ſpecialis per nomen, & cognomen, non autem generalis, nu. 31.

Calumniator in Statu Eccleſiaſtico, an eõdem netur ad expenſas, num. 32.

Denuncians, ſi teſtes non produxit, denunciatus abſoluitur, & teſtes condemnantur, numer. 33.

Calumniator de calumnia condemnatus non admittitur ad ceſſionem bonorum, nec in teſtem, n. 34

Clericus calumniator, quæ pœna punitur, numer. 35.

Calumnians Clericum, qua pœna puniatur, num. 36.

Calumnians Epiſcopum quomodò puniatur, num. 37.

Fiſcus vexans indebitè, ad expenſas condemnatur, num. 39.

Idem in curia coadiutore, num. 39.
Inſtigator,& ſollicitator, an condennetur ad expenſas, nu. 40.
Veſtes, arma,& bona forjudicatorum, & delinquentium cuius ſunt, nu. 42.
Denunciator an poſſit eſſe teſtis, num. 43. 44. & 45.
Denuncians ſodomitas premium conſequitur, num. 46.
Denuncians monetarios premium lucretur. num. 47.

N*On facias calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, Leuit. Caput. 19. num. 13.*

Bouadill. lib. politic. 5. cap. 2. nu. 93. valdè exclamat, magnopere conquæritur contra eos, qui calumniant, nedùm Indices, & Miniſtros; ſed etiam priuatos ſubuertentes iuſtitiam, non ſinunt etiam falſitate inuenta, falſiſq; teſtibus repertis eos moleſtare, vexare, & deterioris conditionis efficere, & indè glorioſi exultantes, & lætantes, pęnam tantæ perniciosæ inuentionis euadunt; & ò vtinam id defenderet, & zelo iuſtitiæ paſſim oritur ex dedignatione adminiſtrationis iuſtitiæ, aliàs ex eorum volũtate, aliàs ab aliis inducti, & multotiès mediante pecunia, ſubornant teſtes ad falſum deponendum, quorum teſtium falſorum pœnam latè explicabo infrà deciſ. 43.

Vndè ſi ad reprimendam tantam ſecuram audaciam ad delinquendum, & calumniam euitandum, pro tuitione officialiũ, rectè agentium, & eorum famæ immunitate, eſt impoſita pœna grauis, & quaſi ſimilitudini ſupplicij, nedùm de iure cõ-
1 muni in l. final. C. de calumniator. verùm etiam de iure municipali, ex Conſt. Regn. Pænam calumniæ; nam Dei iudicio multoties in probatione deficientes, eorum malæ cogitationes, & prauæ inuentiones diſſipantur, & puniuntur, & illis præcitata verba applicantur; calum-
2 niantium enim iniquitates iura abhorrent, Petr. Calefat. con. 114. nu. 10. inter conſ. crimin. diuerſ. tom. 1.

Prout in occurrenti caſu præſentis deciſionis, quam ſequitur Capp. Toloſ. deciſ. 7. Petr. de Rauenn. ſing. 393. Io. Baptiſta de Campulo denuncians, fuit tantum in expenſis condemnatus, ex quo partes calumniatæ, non ad pęnam criminalem inſteterunt, vndè occaſione ſumpta de calumniantium pęnis poſt dicta per Authorem, Petr. & Mar. addam & etiam poſt ſolemniter adducta per Reg. Tap. tom. 5. Iur. Regn. in conſtit. Accuſatorũ temeritas, per totum.

Et primo, quæ ſit calumnia, quis ſit calumniator, & quæ ſit pæna.

Quo ad primum, calumnia duplex eſt, vna præſumpta, alia manifeſta, Sforz. Od. de reſtit. in integr. quæſt. 43. num. 67. & 68. Io. Iac. de Mart. con. 10. num. 15. & 20. & præſumpta dicitur quando quis ex
4 capite reſtitutionis in Integrum venit cõtra ſententiam, Franch. dec. 702. num. 4. Caſtill. dec. 199. num. 11.

Manifeſta eſt illa, quando nec plenè, nec ſemiplenè conſtat, Mut. tom. 4. cap. ſi-
5 cil. c. 168. num. 23. quod amplia procedere, vt dicatur calumnia in infraſcriptis caſibus.

Primò, quando temerè quis accuſat, vel
6 quando iactat ſe vexare cõtrarium, Taſſ. de antef. verſ. 11. obſeruat. 1. num. 16. & ſeq.

Amplia ſecundò, quando quis deducit, &
7 non probat, dicitur euidens calumniator, Cæſar. Manent. con. 141 num. 12. & 44. & con. 136. nu. 47. impreſſ. poſt dec. Mantuæ.

Amplia Tertiò, quando accuſator non pro-
8 bauit, dicitur calumnia præſumpta, verũ admittitur probatio in contrarium, Vin. Honded. con. 96. nu. 34. con. 112. num. 42. vol. 1.

Et licèt calumnia ſit delictum de per ſe,
9 Reg. Rouit. ad prag. primam de ſindicat. officialium, num. 68. tamen quando eſt
10 euidens, arguit lęſionem enormiſſimã, & tranſactio tanquam calumnioſa iudicatur, & etiam poſt facta probari poteſt, Manent. cit. con. 141. num. 43. & 46. & con. 142. num. 27.

Amplia Quartò, quando quis opponit fo-
11 luiſſe, & indè non probat, & inducit contrarium ad ſe tranſigendum, calumniadi;

dicitur, Ceſar Manentè cit. conſ. 141.
num. 45.
Quo ad ſecundum, calumniator dicitur il-
le, qui falſa crimina proponit, cap. ſi quē
12 §. notandum 11. q. 3. vel qui deficit in
probatione, vt infrà dicam.
Amplia vt dicatur calumniator in infraſcri
ptis caſibus.
Primò, ille dicitur calumniator, qui vt ali-
13 cui negotium faciat, vel non faciat re-
cipit pecuniam, Carleual. de Iudic, di-
ſput. 3. nu. 3.
Amplia ſecundo, qui opponit aliquam ex-
ceptionem in cauſa ciuili, ac etiam in
14 cauſa criminali, habita copia repertorū,
indè non probauit, & ſi probaſſet, vel
probata eſſet, non releuat, Cartar. de in-
terrogat. reis lib. 4. cap. 1. num. 185. fol.
mihi 119. exceptio enim ad hoc, vt ad-
15 mittatur debet eſſe euidens, & ab omni
colore aliena, vt ſi ea probata releuaret;
argumento eorum, quæ nos docet No-
uar. tom. 1. de grauamin. vaxall. prælud.
8. nom. 6.
Amplia tertiò, in eo, qui poſt tres menſes,
vel aliud longum tempus denunciat, &
16 admittitur nam per huiuſmodi ſilentiū,
calumniator dicitur, Ciazz. conſ. 1. num.
112. po3 diſcept. foren.
Amplia quartò, litigans, & actione carens,
17 dicitur calumniator, & doloſus, Manēt.
cit. conſ. 141. n. 6.
Amplia quintò, Aduocatus, qui falſas leges
18 adducit, calumniator dicitur, Thomat.
dec. Macerat. 31. nu. 19.
Quod limita, non procedere in infraſcri-
ptis caſibus.
Limita primò, vt ſi in promptu conſtat de
19 iure agentis, non dicitur calumniator,
Reg. Roak. conſ. 34. nu. 5. tom. 2.
Limita ſecundò, non procedere in Statu Ec
20 cleſiaſtico, vt infra dicam.
Limita tertiò, vt non dicatur calumniator,
21 & à pœna calumniæ excuſetur, quando
quis accuſauit, vel denunciauit aliquem
22 de eō, de quo fama publica erat, ex quo
credulus eſt effectus, ſic ex Bartol. ſen-
tentia refert Diaz practic. crim. canon.
verbi calumniator, circa finem.
Limita quartò, vt non dicatur calumniator,
qui denunciat, ratione ſui officii, vt Pet.
23 hic num. 5. quod idem affirmat Farinac.
q. 16. num. 16. Menoch. de arbitrar. caſ.
321.
Limita quintò, calumniatorem non dici
24 eum, qui habet pro ſe inditia euidentiſ-
ſima, & apparentia, quibus mouetur ad
accuſandum: ex illis enim excuſatur, tā-
quam iuſtè motus, Abb. conſil. 78. lib. 1.
Crauett. con. 178. num. 10.
Quo ad tertium, quæ ſit eius pœna, & licet
25 vt ſupra dixi, l. final. C. de calumn. ſit ſi-
militudinaria ſupplicio, ex Diaz pract.
crim. verbo (calumniator, in princip. &
ex conſt. pœnam calumniæ diuerſa pœ-
na imponatur, tamen conſiderandos plu
res caſus arbitror, quorum primus, aut
26 tractatur de condemnando accuſatorē
deficientem in probatione ad pęnam ta-
lem, cuius loco ſuccedit calumnia, Paris
de Puteo, de ſindic. c. 1. verbo (Iniuria
official. Bouadill. lib. 5. cap. 2. num. 94.
ad fin. Taſſon. de antefat. verſ. 11. obſer.
1. num. 19. Reg. Tap. in conſt. Accuſato-
rum temeritatem, nu. 1. tom. 5. fol. 202.
27 arbitrio Iudicis, calumniatorem puniri
debere aſſerit, ex Caball. ibi relato; tamē
datur condemnatio ad expenſas, non
autem criminaliter, vt aſſert Author hic
num. 11. ſed pecuniaria pęna, & inte-
reſſe partis, & tranſit ad hæredes, si lis
eſt conteſtata cum defuncto, in quo Iu-
28 dex, nedum ex officio procedere poteſt,
verum etiam, quando conſtat, ſi non cō-
demnat, punitur, Abb. in Conſt. Pœnā
calumniæ, num. 6. Taſſon. citat verſ. 11.
obſeru. 1. num. 18. Baldaſſ. de Angel. ad
Foller. tit. ſtudeat ſe ornare, nu. 25. licèt
Farinacc. quæſt. 16. num. 12. & 13. &
29 ſeq. contrarium teneat, vt tantum ad ex
penſas condemnatur, cōcordat Carauit.
Rit. 175. num. 5. Diaz verò in pract. cri-
min. verb. (calumniator, ad fin. infert. vt
calumniator poſſit corporaliter puniri,
mitius tamen in ciuili, quàm in crimi-
nali.
Quod declara procedere dummodò accu-
ſatio, vel denuntiatio fiat ſpecialiter per
nomen, & cognomen, non autem gene-
raliter, Guid. Pap. d. c. 269.

Quod limita nõn procedere in Statu Eccleſiaſtico,in quo accuſatores, ſeu quæ-
32 relantes non probantes, non condemnantur ad expenſas,niſi de calumnia appareat, Baiard.ad Clar. q. 62. num. 21. ad finem.

Verùm,ſi quis aliquem denunciauit, & te-
33 ſtes non veniunt, denunciatus abſoluitur; & teſtes condemnãtur, refert Thor. tom. 1.comp. deciſion. verbo (Denuncians,fol. 145. col.2.

Effectus mali à calumnia reſultantes ſunt, quia condemnatus de calumnia,ne dum
34 non admittitur ad ceſſionem bonorum, Muta tom.2.cap.Sicil.in annot. c. 190. litera F.ſol.mihi 444. Verum etiam non poteſt eſſe teſtis in aliis cauſis, Farinac. quæſt.56.. Baiard.ad Clar. quæſ.24.numer.150.

Clericus autem calumniator, quomodò puniatur, & quæ cõcurrere debeat,vide
35 Diaz in pract.crimin.verbo(calumniator, ad medium.

Et è contra,calumnians Clericum, qua pę-
36 na puniatur, vide l.Omnes,C. de Epiſ. & Cler. Bald.con.205.par.prima.

Accuſans calumniæ Epiſcopum puniatur vltra calumniam pecunialiter per teme-
37 rariam accuſationem, l. ſi qua per calumniam,C.de Epiſc.& Cler. Dec.con. 125.Cepoll. conſ. crim. 21.

Auth.num. 1. verbo (Fiſcales. Adde idem obſeruari in Vrbe, Farinacc. q. 16.num. 12.ad med.

Auth. num. 9. uerb. (Accuſatore non probante,adde, ut ille dicatur calumniator,
38 qui deficit in probatione, Baldaxat de Angelis ad Foller. titul. Studeat ornare, num.26.

Petra,num. 6. ibi Fiſcum in expenſis condemnare, adde, quòd licèt Fiſcus in
39 Regiis Tribunalibus, & Curiæ coadiutor in Baronalibus non condemnatur ad expenſas;tamen quando vterq; indebitè aliquem uexauerit, condemnatur ad expenſas,Farinacc.quæſt.16.nu.20. 22.23.& 24.&Grammatic. author infra dec.60.num. 21. Vide Clar. quæſt. 10. uerſ. ſed nunquid, & ibid. Baiard. & Garon.de iur.fiſc.cap.2.nu.5.

Qui Farinacc.in nu.14.& 17. ampliat pro-
40 cedere etiam in inſtigatore, & in ſollicitore,& alio fiſco adhærente, qui ad dãna, & expenſas condemnatur.

Pett.num.7.prag.quam citat, eſt illa uul-
41 gata delli 89.capi,quæ hodie eſt 10.de offic.Iudic.§.67. inuolum pragmat.

Petr.num.8.uerbo (ueſtes damnatorum,
42 adde, quod ueſtes, arma, & bona foriudicatorum, contumacium,& aliorum delinquentium, ſunt militum Campaneæ capientium, ut latè dixi in meo 1. tom. de offic.Capitan.camp.

Mari, nu. 8.aſſerit denunciantem poſſe eſſe teſtem in læuibus, de quibus Petra re-
43 miſiuè, hic num. 2. loquitur, tu adde, quòd uidetur contrarium aſſerere Ciaz. diſcept.foren.8.num.8.Reg.Rouit.prag. 1.de ſuſpic. num.80.affirmat denunciã-
44 tem poſſe eſſe legitimum teſtẽ,tu autem diſtingue; aut tantum eſt denunciator, & procedunt iura affirmantia poſſe eſſe teſtem: aut uerò deponit, & denunciat, & tunc,quia denunciator ſuccedit loco
45 accuſatoris,& cum ſit teſtis, & accuſator, nullam fidem facit, cap. forus, §. In omni de verb. ſignific. Fælin. in c. licet Helii num. 6. de Simon. conferunt dicta per Diaz pract.crimin.verb.(calumniator, & per Ciazz. poſtea viſum diſcept. 36.

Mari num. 10. verbo, Denunciantes Hæreticos, adde, quòd denunciatores cri-
46 minis ſodomiæ conſecuntur præmium vnciarum decem, de bonis delinquentis, prag. 1. de ſodom. ad med.

Et denunciantes monetarios, habent me-
47 dietatem confiſcatorum, prag. 2. de monet. §. 20.

Heliſæus Danza.

AD:

ADDITIO AD DECIS. XXXX

SVMMARIVM.

Luſores nullam artem exercentes vagabundi iudicantur, nu. 1.

Iudex non debet ludum habere in domo, in qua habitat, & iuſtitiam adminiſtrat, num. 2.

Clauſula poſita in priuilegijs indignationem noſtram, quid important, nu. 5. & 6.

Clauſula pro quanto gratiam Regiam caram habent, quid important, nu. 7.

Clauſula poſita in Bullis, & Breuibus Apoſtolicis ſub pæna indignationis Beatorũ Petri, & Pauli, vel ſi Dei, & Apoſtolicę Sedis indignationem euitare voluerint, quid important, nu. 8. & 9.

Officialis an ſubditum carcerare poſsit abſque conſilio, nu. 10.

Præſides Prouinciarum, an poſsint carcerare ſine voto Auditorum, n. 11. 12. & 13.

Carceratio an ſit arbitraria, & in quibus caſibus, nu. 14. 15. & 16.

Citatio ad informandum eſt arbitraria, quia eſt modici præiudicia, nu. 17.

Quod ſit prohibita ſi non conſtet de delicto, & precedenti indicij, nu. 18.

Citatus an pendente termino citationis poſſit capi, & in quibus caſibus, nu. 19. & 20.

Officialis an conueniatur, durante officio, & in quibus caſibus, nu. 21. & 22,

Officialis, qui paruit ſindicatu, an iterũ cognoſcatur remiſiuè, n. 23.

Puero aſſerente ſe ſubagitatum, an credatur, num. 24.

Pueri, an admittantur in teſtimonium, & in qua ętate, & in quibus caſibus, nu. 25. 26. & 27.

Pueri dictum, an dicatur omni exceptione maius in cauſa matrimonij, n. 28.

Pueri ſi ſunt examinati non probent, n. 29.

Limita niſi fuerit duo impuberes, n. 30.

Senes vltrà annos ſeptuaginta non tenentur deponere, n. 31.

Quia extra mentem præſumitur, ibid. nu. 31.

Limita niſi adeſſet depoſitio alterius cõteſtis, num. 32.

Limita niſi alitèr veritas haberi non poſſet, n. 33.

Teſtis deponens de auditu, debet eſſe annorum 54. n. 35.

Teſtis deponẽs de ætate alterius, vel de aliquo facto antiquo, cuius ætatis eſſe debet, & quam rationem eius dicti reddere tenetur, n. 36. 37. 38. et 39.

Teſtis obliuio præſumitur, nedùm decennio, ſed biennio, n. 39.

Teſtes negantes, quod notarius ſcripſit, an probent remiſiuè, nu. 40.

Officialis non debet ſubditos carcerare, nec iniuriare, n. 41.

Immo nec Audientiam denegare, & modeſtè cum negotiantibus gerere, n. 42.

Denegans cognoſcere nullitates coram eo propoſitas tenetur in ſindicatu, n. 43.

Reprobatus, an poſsit iterum approbari remiſiuè, n. 44.

Praeminentia M. C. an ſit communicata Regijs Audientijs remiſiuè, n. 45.

Actuarius, an dicatur officialis, et comprehendatur ſub Ritu, n. 47.

Puer tormento ferulæ, non autẽ corda cogitur dictum ſuum confirmare, nu. 48.

Q*Vi autem luſor eſt, non audit cum arguitur, Prouerb. cap. 13. in princip.*

Cicero in libro 1. de offic. inquit non ita generati à natura ſumus, vt ad ludum, & iocum facti eſſe videamur, ſed ad veritatem potius, & quædam ſtudia grauiora, atque maiora.

Et qui ludis incumbit malè agit, & conueniunt præcitata verba.

Vndè præſẽs dec. 40. (quam ſequitur Viu. deciſ. 169. num. 4. Capoblanc. tom 2. de authorit. Baron. cap. 25. num. 17. ad fin.) plura contineret capita additionum, quarum multa pertranſeo cũ de eis dixi alijs in locis, & ſignantèr materiam ludi de qua Author hic in princip. Petra, nu. 2. & Mari, num. 6. & ſeq. quàm latè exaraui ſupra deciſ. 11. nunc adde vt ſi in Regione adſunt luſores, & nullam artem
1 exercentes, inutiles, nec poſſidentes aliquid, poſſunt tanquam inutiles capi, & condemnari, de quorum vagabundorum

qua-

qualitate, & qui dicantur, & qua pœna puniantur latè dixi in meo 1. tom. tit. de Vagabund. cap. vnic. per tot.

Adde inſuper ex hac deciſ. n. 8. quod officialis non debet in domo in qua habitat
2 habere ludos, nec permictere vt ludatur in domo in qua officium adminiſtratur, & Curia regitur, Afflict. in conſtitut. Regn. mores diſſolutè viuentium n. 11. ad euitandum ſcandalum, & euadendā occaſionem mali cōmittendi de Franch. deciſ. 283. n. 25. ludus eſt crimen propter mala quę inde proueniut, Conſiliar. Marcell. Marcian. conſ. 30. n. 3.

Auth. hic n. 7. in verbo (pro quanto gratiā Regis caram habent, & iter. n. 22. ad fin. & Petra n. 23. & Mari n. 24. quęrunt quid importent hęc verba, & Auth. n. 22. ad fin. priuationem officij importare aſſerit, & licet hunc articulū obiter tetigerim in meo 1. tom. tit. de pręeminent. Reg. Aud. cap. vnic. n. 81. & ſeq. tamen verborum prędictorum vi, atque potentia maturius diſcuſſa, nuper pro terminorū cognitione eſt ſciendū, quod huiuſmodi verba triplici modo apponi
3 ſolent quamuis potius ad terrorem, quàm ad exactionem apponantur de Thor. vot. 100. n. 93.

Primò, in Priuileggijs vidi appoſita verba indignationē noſtrā se nouerit incurſu-
4 rum, quę timeri debent, quia pœna eſt arbitraria, Muta tom. 3. cap. ſicil. cap. 40. n. 4. & ex noſtris *Afflict.* in conſtitut. Regn. inconſutilem, n. 48.

Secundò ponuntur illa verba ſub pęna indignationis Regis, quę ſolent apponi in
5 prouiſionibus, & ordinibus à Domino Prorege, Regioque collaterali conſilio aliiſue Regijs miniſtris in illis, ſotto pena della diſgratia di S. *M.* quæ dicit Muta citat. cap. 40. n. 3. quod non important priuationem officji, ſed pęna extra
6 ordinaria, & ad intereſſe partis. contrarium verò aſſerit Reg. Rouit. in prag. 1. de perſequend. malefactor. n. 10. vt ex huiuſmodi verbis fit nuntius mortis, quem ſequitur Taſſon. de antefat. verſ. 12. obſeruat. 2. n. 28 ad fin.

Tertiò ſolent apponi verba, pro quanto gratiam Regiam caram habent, in illa vulgata, & ordinaria forma, per quanto ſe hà
7 cara la gratia di ſua Maeſta, quę officij priuationē important, & Auth. noſter hic aſſerit n. 22. ad fin. quem ſequitur Reg. Rouit. citat. prag. 1. n. 12.

Verū in bullis Pontificiis, & Breuibus Apoſtolicis ſolent apponi illa verba ſub pęna indignationis Apoſtolorum Petri, &
8 Pauli, vel indignationē Beatorum Apoſtolorum ſe nouerint incurſuros, vel alio modo ſi Dei, & Apoſtolicæ Sedis indignationem euitare voluerint, quæ quibuſuis verbis concipiantur important
9 priuationem Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & aliam pęnem arbitrariam, Muta cit. cap. 40. ad fin. Affl. in citata conſtitut. inconſutilem, nu. 49.

Author eod. num. 7. in verbo (ad carcerationem ſine conſilio) ad quem Petra nil
10 addit, & Mari num. 27. & 28. infert capturam non eſſe concedendam, niſi inditiis præcedentibus, tu verò diſtingue, aut ſumus in Regiis officialibus, aut verò in
11 Baronalibus: ſi primo caſu, nempè in Præſidibus Prouinciarum, & in Iudicibus Regiarum Ciuitatum, qui non poſſunt carcerare ſine conſilio, illi Audito-
12 rum, iſti ſuorum Iudicum, & procedit opinio Authoris hic, niſi delicta ſint enormia, vel coram eis commiſſa, & hoc voluit declarare Carauit. Rit. 39. num. primo.

Sed reſpectu Regiarum Audientiarum, id eſt coniunctim, & collegialiter Præſidis,
13 & Auditorum captura eſt arbitraria, Reg. de Apont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſion. fier. ſolit. §. 1. nu. 18. & 19.

Quādo verò quis carceratur ordine vnius officialis, in caſu permiſſo, poteſt ille ſolus excarcerare, ſed quando eſt carceratus ordine totius Tribunalis, non poteſt excarcerari, niſi cum cartella firmata à Præſide, Auditoribus, & Fiſco, Nouar. de grauam. vaxall. tom. 1. grauam. 298. num. fin.

Quo verò ad alios Regios Officiales, quando concurrunt iuſſus officialis, & uotum
14 Iudicis eſt in eorum arbitrio, vel citare, vel carcerare, etiam inditiis non præce-

dgentibus

dentibus ex prag. 1. de cuſtod. reor. ex adductis per Authorē infra dec.60.n.19 quæ prag. non ſeruatur, vt teſtatur Baiar. ad Clar.q.27.n.16.nec à captura eſt incipiendum, argumento eorum, quæ dicit Carauit.Rit. 39.num. 10.

Si ſecundo caſu, & ſic in officia lib. Baronū multi dicunt, quod carceratio eſt arbitraria, tu tū dicas, quod in Regno eſt pro
15 hibita carceratio de facto Căpagn.in c. Reg.grauam.n.85. nec ab ea eſt incohādū, ſed debet procedi ad citationē viſa
16 informatione, virtute Reg.prag.37. de offic.magiſt.Iuſtit.& ibid.Reg. Rouit.n. 1, in nou.impreſ.quæ olim erat prag.39. & Iudex contrafaciens, tenetur in ſindicatu, Viu.dec.121.n.5.& 8. Nouar.to.1 de grauam.vaxal.grauam.279.n.1.& 2.

Et licèt aliqui dicant citationē ad informā-
17 dū eſſe arbitrariā, ex Carauit.rit.39.nu. 21.ex quo eſt modici præiudicii, & pōt reparari in diffinitiuo, de Frāch.dec.329 n.6.tamē etiā citatio ad informandū eſt
18 prohibita, niſi conſtet de delicto, & pręcedant inditia ex adductis ſupra.

Eſt tamen verū id, quòd Petra, n.20.& infra dec.60.n.33.& Mari hic n. 28. vt citatus pēdēte termino citationis ex aliqua iuſta cauſa, poſſit capi Clar.q.28.& q.31.ver. ultimo, quæro, quibus in locis habetur
19 cautela, vt citatus timens ſe capi offerat fideiuſſionē, & hoc eſt illud, quod contrarium aliqui aſſerunt ex prag. 1. de cuſtod. reor. quę cauſa iuſta, pluribus mo-
20 dis conſiderari poteſt, primò quando citatus contēdit pñtiā Iudicis corā eo de crimine glorioſus deābulando. Secundò qñ timetur ſuſpitio alia delicta maiora cōmittendi. Tertiò, quando timetur fuga ipſius citati, ex qua impunitas delicti orirertur, & aliis de cauſis, quæ arbitrio iudicantiū remittuntur argumento eorum, quæ dicit Carauit.rit.15. n.fin.

Auth.n.9.in verb.(durante officio) contem nit ſi officialis ad iuſtitiā deputatus poſſit
21 cōueniri durante officio, & diſtinctio colligitur ex l. nec magiſtratus, ff. de iniur. & Petra hic n.4. infert in pęna priuationis officii non expectandū eſſe ſindica-
22 tū, & Mari n.9. infert officialē poſſe excipere eſſe expectandū ſindicatū, tu verò ad materiæ cognitionē vide quæ latius dixi in 1.to.tit.de official. in gener. c.5. à n.1.ad 15.& poſt ibi ſcripta Capoblan. tom.2.de author.Baron. cap.23.

Et in caſu quo officialis ſindicatui paruerit & literas liberatoriales obtinuerit, poſſit indè iterū cognoſci, & Petra hic n.6. re-
23 fert ſe ad Reg.de Apon.dec.26.tu verò vide ad propoſitū prag. 7.de ſind.offici. & quæ ego dixi in eodem tom. 1. citat. tit.de official.in gener.c.6. n.5.

Author n. 15. ad fin. verb. Puero aſſerenti affert nō eſſe credēdū puero aſſerēti fuiſ-
24 ſe ſubagitatū, & Petra n.30. intelligit niſi adſint alia inditia, & ſi puer ſit maior, Mari remiſiue loquendo nu. 30. multos Doctores adducat, tu verò vide Ciazz. diſc.for. 25.& con.3.impreſ.poſt diſ.for.

Auth.n.15.prohibet pueros admitti in teſti-
25 moniū, & Petra, & Mari nil addunt, & in n.17.nō admittit teſtes ante 20. annū in criminalib.& Petra nil addit, ſed tantùm
26 Mari nu. 29. vtitur diſtintione, an minor 14.annorū, an verò proximus pubertati, tu verò adde, quod in criminalib. teſtes non admittuntur ante 20.annum, vt dixi in meo 2.tom.tit.de viſitat.c.2. n.12. & ſeq.quòd amplia ꝓcedere, vt neq; iurare
27 tenetur ante 14.annos, c.Pueri, 22.q. 5. ſequitur Foller.pract.crim. tit. capiat informationē, n.47.ad med.& eſt adeo ve-
28 rum, vt dictum pueri non dicitur omni exceptione maius in cauſa matrimonij Verall.dec.286. part.3.

Et ſi examinati ſint pueri, vel minores, non probant, Viu.dec.169.n.4. licèt contra-
29 rium videatur ſentire Capoblanc. tom. 2.c.25.nu.17.de authoritat.Baron.

Quòd limita niſi eſſent duo impuberes de-
30 ponentes, tunc probant in occultis Viu. dec. 169. num.4.

Pro ut in ſimili teſtes vltra annos 70.non tenentur deponere, & ſi deponunt, non
31 faciunt fidem, quia extra mentem præſumuntur, Reg.Rouit. ad pragm. 8. de ordin. iudicior. nu. 35.

Quod limita niſi adeſſet depoſitio alterius conteſtis omni exceptione maioris, tunc
32 ille defectus ſuppletur per hunc conteſtem, Foller.citat.loc.num. 47. Muta dec.ſicil. 1.n.13.qui Foller.non allegat.

Limita quando veritas haberi non poteſt
33 Foller.ibid.nu. 14. Marant. qui Foller.
non allegat conſ.12.nu.6.

Licèt ſe opponat Ciazz.diſcept. forenſ. 7.
num.21. qui infert. quòd quando teſtis
34 ob aliquem defectum,ſiuè cauſam repel
litur etiam,quod veritas haberi non poſ-
ſit,reiicitur; adminicula enim non red-
dunt habilem teſtem,qui de iure inhabi-
lis reputatur,idem Ciazz.diſcept. 8.n.2.

Et ad materiam quando teſtis deponit de
35 auditu,debet eſſe annorũ quinquaginta
quatuor adminus,de Frãch.dec.56.n.22

Et deponens de aliquo facto antiquo, vel
de ætate alicuius debet eſſe tantæ æta-
36 tis, vt veriſimiliter recordari poſſit,nẽ-
pe nouem,vel decem annorum eius æta-
tis qñ proximus pubertati erat, aliàs nõ
probat tanquã incapax memoria, niſi ex
aliqua memoria locali,cauſam eius dicti
37 aſsignaret, vt ſi diceret fuiſſe tali anno,
quo fuit coronatus talis Pontifex, vel ta-
lis Rex, vel in aduentu talis Principis, vel
in natiuitate talis filii Principis, vel tali
anno,in quo viguit gñralis morbus gut-
turis,vel peſtis in tali loco, vel terręmo-
tus,vel incendii mõtis veſuuii,vel acqui
38 ſitionis talis Regni, vel Pacis inter ali-
quos Principes, uel aliud ſimile memo-
ria dignum tradiderit tanquam tempus
admirandum veriſimiliter poteſt recor-
dari; teſtis enim non poteſt habere tem-
pus in memoria præciſũ,quia labilis eſt
& ne dum in decennio, ſed etiam trien-
39 nio, & biennio præſumitur obliuio, vt
author infra dec.61. nu. 15. hæc omnia
perbellè congerit Caualc.de brach.reg.
tit.de probat.teſt.p.3.n.136. & ſeq.fol.
mihi 50. & Reg.Valenz.con.169.n.100
& ſeq.vol.2.vide quæ dixi ſuper dec.34
n.65.& ſeq.& ſi quis voluerit probare fa
ctum antiquũ,puta per cẽtũ annos pote-
rit,dummodo teſtis ſit talis ætatis, vt de
eo tẽpore deponerę valeat: probatio .n.
per cẽtũ annos poſsibilis eſt, ſi eſſet im-
poſsibilis, lex eam non poneret, Batt.de
Capua ſingul.79.fol.mihi 56.

Auth.eod.n.17.ad med.tangit illũ articu-
lũ,qñ teſtes negant,ꝙ reperitur ſcriptũ à
40 Notario, ſederet hic ſermo huius mate-
rię,quã cũ auth.clarius illã tãgat inf.dec.
60.n.18.hic iam prętermitto,&ibi dicã.

Auth.n.18.& *Mari* n.2.ibi iniuſtè carcera-
uit,tenetur actione iniuriarũ,& Petra nil
addit,tu uerò adde, quòd officialis non
debet ſubditos carcerare indebitè, neq;
41 iniuriare,aut uerberare,aliàs punitur, &
tenetur in ſindicatu Theſaur.deciſ. 229.
quod limita, niſi uoluerit rixãtes quietare
& ad euadendum tumultum aliquos in
illo conflictu iniuriauerit, Bouadill.lib.3
politicor.cap.11.nu.47.

Auth.nu.19. ibi denegata audientia in quo
Petra nil dixit, nec Mari nil adduxit, tu
42 adde,quòd officiales debẽt modeſtè ſe
gerere,ac cũ prudentia,& ſine iniuria cũ
negotiantibus, & petentibus iuſtitiã ip-
ſos quietè audire,& audientiã non dene-
gare Reg.de Apõt.de poteſt.Proreg.tit.
de elect.off.§.6.n.6.& patiẽtiã officialiũ
tangit Affl.in conſt. ut uniuerſis n.64.&
43 officialis denegans cognoſcere nullita-
tes corã eo præpoſitas tenetur in ſindi-
catu,& iniuriã præponenti facit,& ad in
tereſſe partis tenetur, Bart. in l. 1. §.per-
mittitur,ff.de aq.quotid.& æſtiu.& iterũ
in l.mancipia, C.de ſer.fugit.& ibi Bald.

Ad Petr.n.13.in uerbo(doctorari poſſe, ui-
de quę dixi in prag.ad exam. off. conſi-
derat.14.n.63.& ſeq.impreſſa in 1.tom.
44 per tit.ſeparatum ubi plenariè habes ma
teriam,an non admiſſus, uel reprobatus
poſsit iterum admitti, uel approbari.

Ad Petr.n.16.ubi infert præeminentiã eſſe
cómunicatã Regijs Aud.quæ de delictis
officialiũ cognoſcere poteſt,& parũ tan-
45 git Mari,n.3.tu uerò ad plenariã cogni-
tionẽ uide quæ ego dixi in 1.tom.tit. de
præeminent.Reg.Aud.cap.unic.per tot.

Ad Petr.n.17.in uerbo(non procedi in ac-
tuariis, tu uerò ad ſciẽtiam,an actuarius
46 dicatur officialis, & cõprehendatur ſub
ritu,uide quę latius dixi eod. tom.1. tit.
de official.in gener. cap.3.per tot.

Ad Petr.eodẽ n.17.in uerbo(ſindicos,ele
ctos,& baiulos: & Mari eod.nu.3.ad co-
gnitionem,an ſindici, electi, baiuli, ca-
merarij, & alii ſimiles dicantur officia-
les,& comprehẽdantur ſub ritu,& eorũ
delicta cognoſcantur ſolùm per M. C.

uel

vel per Reg. Audient. vel remittuntur ad Barones, vide, quæ latiùs dixi in eod. to. 1. tit. de official. in gener. cap. 1. & 2. per tot. & iterum in tom. 2. tit. de elect. for. cap. 8. per tot.

Ad Petr. num. 21. in verbo (in tortura conformari, adde, quòd puer nō poteſt tor-
48 mento cordæ cogi, vt dictum ſuum confirmet, ſed tormento ferulæ, & maximè ſi eſt minor 14. annorum ex defectu ætatis Ciazz. diſcept. 25. nu. 21. & 34.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. XXXXI

SVMMARIVM.

Birruarij ſunt viles, & à teſtimonio repelluntur, n. 1. & 2.

Birruarijs deponentibus de iniura ipſis facta, an credatur, n. 2. 3. & 4.

Quid ſi deponant de delicto per alium commiſſo nu. 5.

Si tamen veritas habere non poteſt reputantur habiles, & idonei, n. 6.

Declara dummodò alios defectus non habeant num. 8.

Birruario ſimpliciter de citatione referente, an credatur, n. 9. 10. & 30.

Si pars negauerit fuiſſe citatum, cui credendum, nu. 10.

Birruariis non creditur quo ad capturam ſine literis Commiſſionalibus, numer. 11. & 12.

Fallit, niſi captura eſſet talis, vt mandato Iudicis, num. 13.

Captura in quibus caſibus eſt licita, num. 14. & 15.

Birruarii deponentes contra Officialem in ſindicatu exiſtentes, an probent numer. 16.

Birruarii referentes nihil eſſe in bonis, an inducant excuſationem bonorum, numer. 18. & 19.

Si referant fuiſſe impeditos, tempore executionis, an probent, nu. 20.

Euadentes, & ſe eximentes à manu birruarij, an puniantur, diſtingue, n. 21. & 22.

Captura ſi eſt iniuſta, an ſit licita reſiſtentia, n. 23. 24. & 25.

Quando eſt iuſta puniuntur arbitrio Iudicis, num. 26.

Captura, an ſit prius cognoſcenda, quàm cauſa reſiſtentia, nu. 27.

Cognitio cauſæ exiſtentia, vel exemptionis, ad quem Iudicem ſpectat. nu. 28.

Birruarii relaxantes delinquentes ſine Iudicis mandato, an puniantur, nu. 29.

Birruarii ſi falſam relationem faciunt, an puniantur, nu. 31.

Falſitas commiſſa in relatione in vno loco facta, & alio præſentata per quem Iudicem cognoſcatur, n. 32.

Birruarius, qui primò citauit in cauſa, an in tota cauſa citare debeat, n. 33.

Birruarius exercens ſuum officium, qui fuit priuatus, vel literas commiſſionales non habeat, an puniatur, nu. 34.

QVæſtio, quã Author in hac deciſ. reſoluit imponendo pœnam birruariis maletractantibus inquiſitos, tempore capturæ, eſt quotidiana, & optimè iuxta morem eam commentant Petra, & pulchrè diſtinguit Mari hic, vndè parum remanet circa hoc addere, ſed tantum ero contentus ſupplere, num. 1. vbi Author dicit birruarios eſſe viliſſimos, quod necdum birruarii ſunt viles perſonæ, & tales communiter reputantur; & à teſtimonio repelluntur, D. Merlin. cōtrouerſ. forenſ. cap. 66. n. 12. & 13. Thoro vot. 78. num. 5. & nouiſſimè Ciazz. diſcept. forenſ. 44 num. 1. quod antea dixerat Author in vot. 21. nu. 1.

Verumtamen aliqua de poteſtate, & fide birruariorum, & in quibus eis credamus, & licet diſtinctionem talium afferat, Grammat. Auth. noſter vot. 21. tamen ſunt diſtinguendi quatuor caſus. primus, aut ſumus in criminalibus. ſecundus, aut in ciuilibus. tertius aut contra officialem in ſindicatu exiſtentem. quartus, aut in relatione facta pro captura, ſeù executione, vel ex aliqua cauſa;

Si primo caſu, & ſic ſi in criminalibus ſubdi
ſtingue, aut tractatur de iniuria ſibi ipſis
2 facta in actu eorum exercitii, aut de deli-
cto in alium commiſſo, ſi primo caſu, &
ſic de iniuria intuitu exercitii ſibi facta
3 non creditur, & procedit doctrina, Petra
hic num. 12. & præter eum, & ibi addu-
ctos Caball. caſu 127. & Guidon papæ
quæſt. 628. licet Caballin. Milleloqui.
186. aſſerat in concernentibus eorum
4 officium credi, tu autem non recedas à
propoſita concluſione, vt non ſit eis
præſtanda fides.

Si verò ſecundo caſu, & ſic ſi deponunt de
delicto per alium commiſſo in eorum
5 perſona non faciunt niſi indicium ad tor
turam de Franch. deciſ. 379. & ibi addē-
tes Franc. Marc. deciſ. 51. tamen ibi bir-
ruarii, licèt naturaliter reprobantur, pro
bant quando alij teſtes non adſunt, & ma
leficium aliter haberi non poteſt, & re-
6 putantur habiles, & idonei, ſic ex multis
affert Caball. caſ. 126. num. 6. quòd tu
intellige duobus concurrentibus, primo
vt probetur per fiſcum non adfuiſſe tem-
pore delicti alios teſtes: ſecundo, vt Bir-
ruarii deponentes alio vitio non labo-
rent, Caball. citat. caſ. 126. num. 8. ea ra-
tione, quia cum ſint Birruarii, per conſe-
7 quens viles, vt ſupra dixi, & vitio, ſiue
alio defectu laborent, dicuntur concur-
8 rere duo imperfecta, quæ ad vnum per-
fectum reduci non poſſunt vulgatis iuri-
bus, ſi verò ſumus in ſecundo caſu, & ſic
ſi in ciuilibus ſubdiſtingue tres alios ca-
ſus, primus, quo ad citationem, ſcilicet
ſi referant citaſſe aliquem, & dicas, quod
9 Nuncio ſimpliciter de citatione refe-
renti creditur licet pars aduerſa ad pro-
bandum contrarium admittatur Guid.
pap. citat. quæſt. 628. & iterum ſingular.
359. Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 112.
citatus per Reg. Rouit. ad prag. 3. de ci-
tation. num. 1.

Si verò aſſerant citaſſe Titium, qui dixit ſe
nolle venire, vel ſequeſtri citationem
10 fuiſſe acceptatam, tunc creditur, Puteus
deciſ. 182. lib. 3. verùm ſi pars hoc nega-
uerit, relinquitur arbitrio Iudicis inſpe-
cta qualitate perſonarum, Petr. de Ra-
ue nn. ſingular. 51. & ſingul. 80. Balb. de-
ciſ. 227. Secundus caſus, ſi referunt quo
11 ad capturã, & executionẽ, & dicas, quod
illis non creditur ſine literis commiſſio-
nalibus, & quilibet intereſſe prætendens
poteſt eis reſiſtere ex l. prohibitum, cod.
de iur. Fiſci, lib. 10. ex eo quia vti Birrua-
rii non poſſunt exequi, nec capere ali-
12 quem ſine ſpecifico mandato Iudicis,
quòd exhibendum, & oſtendendum eſt
in capiendo, vt concludit *Farinacc.* ex l.
prohibitum, quæſt. 32. num. 31. niſi eſ-
ſent inquiſiti de delictis, de quibus non
13 indiget in eorum captura Iudicis man-
dato, Farinacc. ibid. num. 34. & 35. vide
Boſſium in tit. de denunciation. numer.
decimoquarto.

Sed in quibus delictis eſt licitum capere
abſque Iudicis mandato, vide gloſ. D*D.*
14 in l. fin. Cod. de exhibend. reis; ſed in
Regiis Tribunalibus, captura eſt arbitra-
ria, quando mittuntur Commiſſarii, ſiue
Scribe ad capiendas informationes ſo-
15 let committi, vt conſtito delinquentes
capiat, & quandoque ipſi ſcribe, & Com
miſſarij de perſe capiunt, & ducunt ad
carceres.

Deuenio ad tertium caſum, ſcilicet ſi depo-
nant contra Officiales in ſindicatu exi-
16 ſtentes, uel contra eorũ pares, dic quod
iſto caſu faciunt fidem, *Paulus* Granut.
Theorem. 19. nu. 10. & ſeq.

Deſcendo ad quartum, & ultimum ca-
ſum promiſſum, ſcilicet quo ad execu-
17 tionem, uel capturam nempè ſi referunt
non potuiſſe inuenire debitorem, uel ni-
18 hil inueniſſe in eius bonis, ut exequere-
tur, an hæc relatio operetur ueram ex-
cuſſionem bonorum; & Iacob. de Arena
in tractat. de excuſſion. bonorum num.
15. & 16. pro affirmatiua concludit,
dummodò sint duo birruarii hoc de-
ponentes ex illo dicto in ore duorum,
19 uel trium ſtat omne uerbum, vide Bart.
in l. ſtipulatio, ad fin. ff. de verbor. ſigni-
ficat. Aretin. §. item ſi quis in fraudem,
num. 13. inſtitut. de action.

Et ſi tempore executionis, vel poſt quam
20 fuerit facta executio fuerit impeditus,
& refert fuiſſe detemptum, hæc relatio
non

non valet niſi appareat de commiſſione.
Guid.pap. ſingular. 871.& ſi de commiſ
ſione non appareat, nullam fidem facit,
Oſaſch.deciſ.71.num.11. vide Gaill.ob
ſeruat.55.lib.1.

Et si Birruarii exhiberent eorum literas au
thoritate, quarum aliquem ceperunt si
21 capti ab eorum manibus aufugerint, an
puniātur,diſtingue,aut Biruarii in capi-
endo modum excedunt, & tunc poteſt
eis resiſti, & procedūt allegata per Ma-
ri hic quia,nec dum eſt licita resiſtentia
birruariis modum excedentibus verùm
etiam,& officialibus excedentibus,& de
22 facto procedentibus, Dec.in l.ut vim,n.
29. ff.de iuſtit.& iur.quod amplia etiam
contra aſſeſſorem, Campagn.in capitul.
Regn.Item caueant Iuſtitiarii, num. 10.
Marant.conſ. 25. num. 40. Ioan. Amic.
conſ.131.num.4.

Auth. hic num. 2. ibi nisi proſecutio, ſeù
captura eſſet iniuſta,adde,quòd quando
23 captura eſt iniuſta, poteſt fieri resiſten-
tia, & capti poſſunt ſe tueri, & euadere
ſe à manibus Iudicis,ſeù familiæ, Foller.
pract.crimin.tit.notatos capiat, num.17
& ibi Baldax.de Angel.qui plura, iuxta
morem cumulat.

Dictum Foller. non sic simpliciter ego ad-
mitto, immò diſtinguendum fore, aut
24 capiens eſt notorius, & ordinarius in
loco, & tunc cum ſubditi, siuè capti
non sit cognoſcere de iniuſta captura,
& eidē sit cautum coram ſuperiore, pu-
25 to non eſſe licitam resiſtentiam, aut ue-
rò non eſt notorius, nec ordinarius, &
procedit doctrina Foller.

Quando uerò eſt captura iuſta, & capti re-
26 siſtunt,& euadunt,puniuntur,Iudicis ar-
bitrio, pro ut qualitas delicti requirit.

Et ante quam cognoſcatur de reſiſtentia
ſiue exemptione eſt prius cognoſcenda
27 cauſa capturæ,à qua depēdet reſiſtentia
vel exemptio de Angel.ad Foller.cit.tit.
notatos capiat.n. 64.

Et ad quem Iudicem ſpectat cognitio reſi-
ſtentię vel exēptionis vidde, quę latius
28 dixi in meo 1. tom. tit. de official. in
gener. cap. 10.

Petra hic n. 14.infert,qua pœna puniuntur
relaxantes delinquentes ſine Iudicis li-
29 centia,vel debitorem ſine licentia Cre-
ditoris, tù adde, Copoblanc. tom.2. de
authoritat. Baron.cap. 27.n. 6.

Sed ſi Birruarij referant citaſſe Titium,quē
verè non citauit, & Birtuarius affirmat,
30 Titius verò negat, cui credendum,vide
Reg. Rouit. In prag.3. de citation.n. 1.
Menocch. d'arbitrar. Iudic. caſ. 112.

Et ſi Falſam relationem Birruarius fecerit
an puniatur, diſtingue, aut mediantè
31 pecunia fuerit, & tenetur l. Cornel. de
falſ.aut ſine pecunia, & tenetur actione
in factū ſpeculat. lib. 1. tit. de executor.
§. 1. verſ. ſed queritur qualiter n. 4.

Et ſi in vno loco eſt facta relatio indè in alio
eſt perfecta, & ſcripta, & in alio præſen-
32 tata per quē cognoſcatur,vide Theſaur.
deciſ. 266. n. 11. 12. & 13. Aguſtin. ad
Angel.de malefic.in verbo falſar. num.
24.& 36. Maſull.ad Capic.deciſ. 142.n.
11. Ricc. collet. 243. quòd millies oc-
rit.

Nota pro complemento vnum ſingulare,
quòd dicit Bart.in l.unic.ff. de offic.cō-
33 ſul. nempè,quòd ſi unus Birruarius pri-
mò citauerit in cauſa, ipſe debet in tota
cauſa,& non alius procedere) quòd ego
nunquam ſeruatum uidi, ſed in diſtinte
omnes ad arbitrium litigantium inter-
ueniunt.

Et ſi nuntius citauerit, & eo tempore non
habuerit Commiſſionales literas, ſiuè
34 fuerit officio priuatus an probet
uel puniatur, uide de
Thoro uot.
78.

AD

ADDITIO AD DEC. XXXXII.

SVMMARIVM.

Homines ignorant, quòd conuenit, & cogitationibus confunduntur, n. 1. & 2.

Condemnari an poſsit quis ex inditiis indubitatis, n. 3. remiſsiuè.

Gladio ſanguinolento, vel enſe euaginato ab aliquo loco exiens, quam probationem facit, nu. 4.

Confeſsio in mortis articulo, an probet remiſsiuè, num. 5.

Exculpatio vulnerati, an releuet vulnerantē, à nu. 6. ad n. 17.

Aſſertio, ſiuè inculpatio vulnerati, an probet contra vulnerantem, à nu. 18. ad n. 27.

Quid ſi firmauerit in tortura, num. 28.

Teſtis deponens de auditu à vulnerato, an probet, n. 29. & 30.

Vulneratus remittens antequam moriatur, vulnerans non poteſt torqueri, nu. 19.

Ex hac remiſsione poteſt indultum obtinere, num. 17.

L*Abia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Prouerb. cap. 18. nu. 6.*

Boet. de conſolation. lib. 4. proſ. 6. fol. mihi 72. lit. C. notat, quod homines
2 ignorant, quod vnicuique conuenit, & credunt conuenire, quę non decent.

Vnde nimirum ſi hominibus accidit, id quòd euenire non putant, ignorantia
3 enim homines cogitationes cõfundunt, vndè conueniunt præcitata verba Salomon. cit prouerb. c. 18.

Contingit applicari Angelo Piſacane, qui non præcogitans, quòd bonum erat, miſcuit ſe malo, ne dum famulam Cæſaris occiſi, ſubducendo, ſed etiam malum malo addendo, homicidium in perſonã
4 Cæſaris commiſit, euenit, vt iudicio Dei inſurrexiſſent contra eum inditia talia, & probationes ad defenſam in nihilo proficientes, fuit etiã tottus ex inditiis condemnatus ad remigandum per quatriennium, vt in præſenti deciſione enarratur, in qua eſſent plura videnda.

Primò, ſi ex inditiis indubitatis, vel præſu-
3 ptionibus violentis poteſt deueniri ad condemnationem ordinariam, vel extra ordinariam, de quibus latè dixi ſupra deciſ. 8.

Secundò eſſet videndum, quænam probatio oriatur contra aliquem, qui ex
4 aliquo loco fuit viſus exire cum gladio, vl enſe ſanguinolento, cuius articulum pertranſeo, cum Petra hic num. 1. & Mari à num. 1. ad 7. latè examinauit.

Tertiò eſſet videndum, quam probationem faciat confeſſio exiſtentis in mortis arti-
5 culo, ſiuè in ſpiritu vitæ conſtituti, quam materiam latè dixi in 2. tom. de pugn. dict. tit. de condemn. pro delict. cap. 3. per totum.

Quartò eſſet videndum, quam probationē inducat aſſertio vulnerati, & an probet
6 contra vulnerantem, & licèt Mari hic n. 8. concludat aſſertionem exiſtentis in mortis articulo facere inditium ad torturam aliis cõcurrentibus, vt ibi per eũ, tamen Mari tractat de aſſertione exiſtē-
7 tis in mortis articulo; ſed noſter ſermo eſt de aſſertione vulnerati non exiſtentis in mortis articulo, quam fidem faciat, multoties offenduntur homines, & ex defectu probationis impunita delicta
8 euadunt, vel quod de nocte committantur, vel tempore, ſiuè loco, quo teſtes nõ adſunt, vndè diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus, aut vulneratus, vel percuſſus aſſerat ad beneficium inquiſiti eum exculpando, nempè non fuiſſe eum, qui percuſſit, uel uulneratus eſt. Secundus, aut aſſerit contra inquiſitum, & ſic fuiſſe illum, qui uulneratus eſt, uel percuſſit.

Si primò caſu, & ſic ſi uulneratus, uel offenſus extuſando delinquentem aſſerat nõ
10 fuiſſe ab eo percuſſum, uel læſum, uel non fuiſſe in culpa ſuæ mortis, uel uulnerum, an ex hac aſſertione inquiſitus releuetur, & ſubdiſtingue, aut in proceſſu
11 conſtat eum fuiſſe percuſſorem, ſeù uulnerantem, & tunc hæc aſſertio, ſiuè exculpatio nihil proderit inquiſito, ſed po-
12 terit puniri, & condemnari, Gloſ. in l. 2.

ff. ad

ff. ad ſyllan. Vulpell.conſ.125 n. 27.

Pro vt in ſimili non eſt ſtandum noſtræ aſ-
ſertioni in illis, quæ dependēt ex noſtra
voluntate, & conſcientia. ſi adſit in con-
trarium præsūptio iuris, Caball.caſ.287
num. 48.

Pro vt neque eſt credendum aſſertioni non
valentium liberè diſponere in prohibitis,
Reg. Lanar. in repet.cap. primi de his
qui feud. dar. poſſ. n.166. Fab. Capic.
Galeot.Regij patrimonii Præſidens to.
2. controu. cap. 19. n. 12. & 13. pro vt
ſtandum eſt aſſertioni eius, cuius inte-
reſt, Coſt. in tract. de ſcient. & ignor.
cent.1.diſtint. 17.n. 13. benè verū ope-
rabitur, & filiis vulnerati auferatur actio
accusādi de vulneribus, ſiuè percuſſione,
& morte indè fortè ſecuta, argum.l. tale
pactū ff.de pact.notar Grand.tract.crim.
13 tit. de tranſact.n. 16.Mar.Muta dec. ſi-
cil. 79. num. 1. qui multos allegat, ſed
Grand. negligit.

Aut verò in proceſſu non conſtat fuiſſe eum
percūſſorem, vulnerantem, ſiuè homici-
14 dam, ſed tantum aliqua inditia præce-
dunt, & tunc exculpatio releuat inquiſi-
tum, Ant. Gomes.tom. 3. variar. reſolu.
c. 13. de tortur. reor. n.17. & quòd hęc
15 aſſertio, niſi plenè de delicto conſtet ex-
cuſet inquiſitum, concordat Gurtier.
conſ. 35.n. 10. ſequitur Marant. conſ.
77.n. 8. Mut. dec. ſicil. 16. n.2.

Dixit tamen Arnon. cautel. 3. quod is,
qui alium vulneratus eſt, & contra eum
extant inditia ad torturā, & obtinet re-
miſſionem vulnerati, antequā moriatur,
16 non poteſt torqueri, ex Bald. in l. 1. C.
comm. deleg. quia ex huiusmodi aſſer-
tione, & exculpatione pręſumitur inno-
centia, Marant. conſ. 38.n 3. Ciazz. di-
ſcept. forens. 31. n. 6. Mancin. de con-
feſſ. c.3. artic. 2. n. 73. & cap. 8.n. 34.
Vulpell. conſ.125.n. 27.

Et hæc exculpatio prodeſt inquiſito ad ob-
tinendū indultū cum diſtinctione poſita
17 per Reg. Rouit. prag.1. de abolit.n.56.

Si vero ſumus in 2. caſu, & ſic ſi vulneratus
vel offenſus aſſerat contra inquiſitū, nē-
18 pè eū fuiſſe, qui percuſſit, vel vulneratus
eſt, & tūc ſubdiſtinguendi ſunt alij duo
caſus, aut vulneratus, ſiuè offenſus hoc
aſſerens moritur, & uſque ad mortē cō-
19 firmat hāc aſſertionē, & variæ ſunt DD.
opiniones: nam quidam dicunt eſſe ſuf-
ficiens ad inquiſitionē, & capturā, alij
ad torturam, alii ad condemnandū; ſi ve-
rò vulneratus, vel percuſſus cōualuerit,
20 hoc eius dictum habetur loco denūcia-
tionis, Ciazz. diſcept. forens. 31. n. 5.
Vinc.Honded.conſ. 107.n. 15.16.& 17.
21 vol.1. Farinac. q. 46. nu. 34. Petr. Ge-
rad.ſing. 55.

Sed quòd huiusmodi aſſertio faciat inditiū
ad torturam, dicit Auth. hic n. 9. quem
ſequitur Dec. conſil. 363. Marſil. ſin-
gul. 22. & ſing. 516. & cum iſtis con-
currit Emanuel de Clar. Aquis ſing. 36.

22 Tu verò diſtingue, alios duos caſus,
quorū primus, aut exſtant alia inditia, &
23 tunc inditiis concurrentibus procedit
opinio Auth. noſtri n. 9. & ſequaciū, vt
tortura inferri poſſit.

Aut verò ſecundo caſu, inditia alia, ſiuè
præſumptiones non concurrunt, & tunc
24 aſſertio, ſiuè inculpatio operatur ad in-
25 quirēdū, Ioſeph Ludo.dec.lucēſ.62.Pe-
26 guer.dec.17.n.5. Rot.Auin.dec. 93.n.
3.&5.to.3.deciſ.diuerſ.Caualc.de Brac.
reg. pat.3. n. 93. Maſcard. concl. 1129
n. 17. Farinac.q.1. n.45.Ciazz.diſcept.
31. num. 5.

Regula enim eſt vt aſſertio, ſiuè inculpatio
vulnerati, vel offenſi nullā fidem faciat,
27 neque probationem contra inquiſitum,
Boer.dec. 90.n. 7. Rol. à Vall. conſ.37.
vol.2.

Quòd amplia procedere etiam ſi offenſus
firmaret in tortura hāc aſſertionē, nullā
28 fidem facit contra vulnerantem, Ciazz.
citat. diſcept. 31.n. 1. & 20.

Et ſi teſtis deponat de auditu à vulnerato
29 facit inditium ad inquirendū, Brun. de
indit. & tortur.par.1.q.3.n. 26.Ciazz.
30 diſcept.31. n. 2. eſt verum, quod onus
probandi contrarium transfertur in ad-
uerſarium, Mut. cit. deciſ. 16. n.5.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DEC. XXXXIII

SVMMARIVM.

Falſitas committitur à principali, & à teſte, à num. 1. ad 5.
Quæ requirantur in falſitate, à n. 6. ad 10.
Requiritur dolus verus, & non præſumptus, num. 9.
Carolus de Tapia Marchio Belmontis laudatur, nu. 11.
Falſitas quomodo puniatur in Regno, à nu. 11. ad 15.
Pœna deportationis, & publicationis bonorum hodie non eſt in vſu, num. 14.
Teſtis deponens falſum, quo pœna punitur in cauſa criminali, à nu. 16 ad 20.
Quid in cauſa ciuili, num. 21.
Pœnam manus amputationis, vel linguæ pro falſitate, poteſt Iudex moderare, n. 22.
Producens falſos teſtes ſuper falſo articulo, qua pœna punitur, nu 22.
Falſitas vna dicitur etiam ſi plures teſtes falſi ſint, nu. 23.
Procurator, falſos teſtes producens non nocet Domino. 24.
Iudex non debet ita vacare pro extirpandis falſis teſtibus, vt non inueniat bonos pro defenſione reorum, à nu. 25. ad 28.
Falſitas an dicatur, ſi omnes teſtes ſunt mortui, nu. 29.
Falſitatem committit corrumpens merces, numer. 30.
Aperiens literas Conſultoris miſſas Iudici, vel è contra punitur de falſo, nu. 31.
Falſam menſuram tenens, punitur pœna falſi, num. 32.
Falſificans bollettinum, tempore peſtis, de falſo tenetur, verum pecuniariè punitur, num. 33.
Scribens folium album, an falſum committat, num. 34.
Falſum committit, qui interponit authoritatē in teſtamento falſo, nu. 35.
Teſtis dicens non cognouiſſe delinquentem, inde contrarium aſſerat, de falſo punitur, num. 36.
Teſtis falſus in vno, non probat in alio, n. 37.
Falſitas non dicitur, quando inuatur primordio veritatis, nu. 38.
Io. Baptiſta Hodierna Neapolitanus laudatur, num. 39.
Falſitas non nociua, nec apta ad nocendum non punitur, nu 40. & 41.
Limita, num. 42.
Tamen pœna exilij punitur, nu. 43.
Non committitur in ſcriptura non probante, num. 44.
Non in ſcriptura priuata, nu. 45.
Nec ſi fuerit poſitus vnus dies pro alio, & quare, nu. 46.
Non committitur in illis, quæ ſuperfluè ſunt, & non nocent, nu. 47.
Neque ſi non eſt completa punitur, n. 48.
Non præſumitur quando actus ſit palam, n. 49.
Non dicitur quando veritas eſt poſſibilis n. 50
Non præſumitur ſine cauſa, n. 51.
Actuarius dicens in ſententia lecta lata de die, & realiter eſt de nocte, an commit falſitatem num. 52.
Actuarius falſificans acta M. C. vel manus Regentis, vel Iudicum, qua pœna punitur num. 53.
Commiſſa coram Iudicibus ciuilibus punitur à Iudicibus criminalibus, n. 54.
Falſificans literas Regiæ Cancellariæ punitur pœna mortis. n. 55.
Quid in falſificante prouiſiones, R. Cameræ, num. 19.
Falſificans literas Regis contrafaciendo manus quomodo punitur, n. 57. & 58.
Falſi pœna tenetur rumpens filum, vel licia, literarum Principis n. 59.
Falſitas commiſſa in non ſubſtantialibus, an ſit punibilis, & qua pœna, n. 61. & 62.
Et an teſtis reprobetur, n. 63.
Et an ſententia ſit nulla quando falſitas eſt cōmiſſa circa non ſubſtantialia, n. 64. & 65.
Subſtantialia quæ ſint, n. 66. & 67.
Falſi in crimine an ſit licita tranſactio. n. 68. 69. & 70.
Iudex in dubio tenetur iudicare, imò verba impropriare, vt excludatur falſitas, n. 60.
Sententia an dicatur falſa ſi probationes ſunt falſæ, n. 71.
Falſitatis prætextu an impediatur executio ſententiæ, remiſſiue, n. 72.
Clericus præſentans ſcripturas falſas coram

Iu-

Iudice ſaeculari à quo cognoſcatur, n. 73.
Falſitas commiſſa in vno loco, vel coram vno Iudice, & coram alio preſentata, quis erit Iudex competens, n. 74.
Teſtis deponens per eundẽ præmeditatum ſermonem quam fidem faciat. n. 77.
Falſitas cõmiſſa in modico, vel paruo comodo, an puniatur, n. 78.
Si eſt commiſſa infra ſummam ducatorum nouem quomodo punitur, n. 79.
Teſtes diſcordantes an poſſint reduci ad concordiam, & in quibus caſibus, n. 75.

TEſtis fidelis non mentitur, profert autem mendacium doloſus teſtis. *Prouerb. cap. 14. num. 5.*

Duo in præſenti deciſ. 43. tractantur, quorum primum, an puniatur, & qua pæna falſitas commiſſa non in facto principali, & ſic in ſubſtantia negotii, ſecundum, an in crimine falſi ſit licita tranſactio, & cum materia frequens ſit, libet hac occaſione ſumpta illã poſteris enucleatam relinquere, & ſuper vtroq; ego additamenta faciam poſt ſcripta per Petram. & Mari hic.

Verùm ante omnia ſciendum, quod falſitas poteſt committi à principali, & à te-
1 ſte; A principali, quando quis ad ſui commodum, & alterius nocumentũ dolo ſe mutat veritatem falſificando aliquem actum, aliquod inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, uel abradendo, ſiuè minuẽdo, ſiuè augendo, seù apoſtillando, uel album folium ſcribendo, vel illud rumpendo in totum, uel lacerando in partẽ,
2 licet timeatur falſitas tã in teſtamentis, quàm in contractibus; in illis enim tractatur de maiori præiudicio, & ſine periculo, Vinc. Honded. con. 96. num. 1. 71. & 72. & iterum con. 47. nu. 7. vol. 2.
A teſte uerò quando quis deponit falſum, tàm in cauſa ciuili ad beneficium vnius,
3 & læſionem alterius, quàm in cauſa criminali duobus modis, vno quando deponit teſtis falſum pro fiſco contra inquiſitum, altero quando deponit falſum pro reo contra fiſcum.

Quando committitur falsitas à principali in quolibet caſu prædictorũ, requirũ-
4 tur illa tria, dolus nempẽ, mutatio veritatis, & intereſſe partis vulgatis iuribus, vt dixi ſupra ad deciſ. 27.

Quando verò teſtis falſum committit in quolibet caſu prædictorum requiruntur
5 alia tria, dolus, intereſſe veritatis, & commodum eius, qui deponit, Reg. Rouit ad prag. de 4, de falſ. nu. 4.

Quæ, tàm in principali, quam in teſte concurrere debent copulatiue, & vno
6 deficiente non dicitur falſitas, nec punitur, neq; pæna extraordinaria, Vulpell. con. 129. n. 4. Baiard. ad Clar. §. falſum. n. 5. Ciazz. diſcept. forenſ. c. 27 n 41. Honded. conſ. 109. nu. 51. vol. 1. Hier. Gabr. conſ. 180. n. 6. uol. 1. Ioſ. Seſſ. dec. Arag. 109 n. 6. 7. & 21. Iacob. Gagliar. de delict. lib. 5. n. 114. & ex noſtris Regnicolis Reg. Rouit. cit. loc. Didac. Mari inſignis
7 noſter Additionator ad Gizzarell. deciſ. 86. n. qui ex more plures adducit Reuerendiſſ. Aloiſ. Ricc. Epiſcop. Vici Equẽ-
8 ſis non minus nobilitare morum, uitæ præclarus, quàm doctrina insignis deciſ. 130. num. 4. part. 1.

Et ut dolus debeat eſſe uerus, & quod non ſufficit, ut sit præſumptus, habetur, ne dũ
9 ex cit. DD. uerũ etiam ex Hier. de Laur. dec. Auin. 107. n. 7. Honded. conſ. 91. nu. 8. & uol. 2. & ex noſtris ex eodem Ricc. cit. deciſ. 130. nu. 6.

Licet Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 209. af-
10 fetar Falsitatem sine dolo puniri arbitrio iudicis.

At quando falsitas eſt à principali commiſſa, quę sit pæna, Carolus de Tapia Marchio Belmontis Regens, & Decanus Re-
11 gię Cancellarię ſplendore uitę, & morum insignis nemini ſecundus, fęlicique ingenio in tom. 5. de iur. regn. in conſt. Regn. Qui literas copioſiſſimè falſariorũ pęnas, tàm in Regno noſtro Neapolitan. quã in aliis orbis locis enarrat, et plura adducit Marãt. con. 38. n. 2. 4. 5. 9. et 11.

Tamẽ multi aſſerunt eſſe pænã mortis, Ca-
12 ball. caſ. 206. num. 4. caſ. 365. nu. 2. alii aſſerunt eſſe penã mortis in cauſa criminali, in ciuili uero pęnam amputationis
13 manus dexteræ, & exilii perpetui ex prag. 4. de falſ. & ibi Carau. 6. not.

Alii ſubſtinent eſſe pænam deportationis
cum publicatione bonorum, hodie verò
hæc pæna non eſt in vſu Clar. §. falsum
ver. ſed quarto, Menocch. cit. caſ. 306.
14 Caball. citat. caſ. 206. num. 5. & nu. 16.
Honded. conſ. 109. nu. 11. volum. 1. &
datur exilium, Caball. caſ. 199. num. 5
Ciazz. diſcep. forenſ. 18. num. 5. & 6.

In Regno Siciliæ in Notario actorum, &
ſic in actuario pęnam eſſe vltimo ſupli-
15 cii; in Notario inſtrumentorum pęnam
amputationis dexteræ manus, refert Ni-
col. Intrign. con. 11. nu. 24. & ſeq.

A teſte autem committitur falſum ſi teſtis
16 depoſuerit falſum, ut eſt quæſt. pręſentis
deciſ. & diſtinguendum, aut deponit ad
offenſam rei, & ſic pro fiſco, & tunc ſi ex
hac falſa depoſitione reus, contra quem
17 depoſuit eſt capitaliter damnatus, pęna
mortis punitur, ea ratione, quia ex illa
falſa depoſitione poſuit reum in illa uitæ
ammiſſione, Caball. caſ. 165. nu. 17. Grā
matic. uot. 5. nu. 2. Baiard. ad Clar. S. fal-
ſum nu. 31. Farinac. quæſt. 57. num. 18.
& teſti, falſum deponenti conueniunt
præcitata uerba.

Aut uerò reus non eſt capitaliter damna-
tus, & ſecus erit Caball. ibid.

Quicquid uerò Caball. aſſerat, ſcias, quòd
18 ſiuè fuerit reus condemnatus, ſiuè non,
& etiam ſi fuerit abſolutus, pęna mortis
teſtis punitur, Reg. Rouit. in pragm. 4. de
falſ. num. 1.

Aut uerò teſtis falſum deponit pro reo cō-
tra fiſcum, & ſic ad defenſam rei, & tunc
19 ſecus erit, & extraordinaria pæna puni-
tur, Iudicis arbitrio, conſiderata quali-
tate perſonæ, & facti, ea ratione, quia
quando depoſitio falſa eſt contra fiſcum
20 nihil realiter fiſco aufertur, nec ei nocet,
fiſcus enim tractat de pęnali, & odioſo
lucro in alterius iacturam. Caball. citat.
caſ. 165. nu. 17. Grammatic. cit. uot. 5. n.
2. Clar. S. falſum, uerſ. ſi uerò, Farinacc.
quæſt. 57. nu. 18.

Aut uerò teſtis deponit falſum in cauſa ci-
uili, & tunc pæna fuſtigationis, uel lin-
guæ obtruncationis punitur, Clar. citat.
21 S. falſum, uerſ. ſi uerò ad fin. uel manus
amputationis, quàm poterit Iudex ſi ue-
lit moderare, Ioſeph Ludouic. dec. Lu-
cenſ. 15. num. 89. quem ſequitur Reg. Ro-
uit. ad prag. 4. de falſ. nu. 26.

Et ſi quis produxerit falſos teſtes ſuper fal-
ſo articulo, Viſcont. in ſingular. ſuis, uer-
22 bo falſitas tangit articulum, & plures
adducit, tamen Reg. Tap. in conſtitut.
Qui falſitatem, nu. 5. pæna mortis, & ite-
rum dec. 52. nu. 1.

Et ſi plures teſtes falſi producantur, una
23 dicitur falsitas, Honded. conſ. 91. nu-
mer. duodecimo uolum. 2. Thor. vot. 96.
num. 35.

Verùm, ſi procurator produxerit falſos te-
ſtes, non nocet Domino, Thor. com-
24 pend. prim. deciſ. verb. falſitas, fol. 202.
col. 2.

Nec Iudex debet ſic diligenter vacare, vt
25 extirpentur falſi teſtes, ita vt inquiſiti
non inueniant bonos pro eorum defen-
ſione, Scacc. de ſent. & re iudic. gloſ. 14.
26 quæſt. 7. num. 142. cuius verba placet
inſerere, cùm hic liber non præ manibus
omnium haberi poteſt, & ſunt v3.

Il quarto fundamento è, che il Giudice
non deue attendere tanto all'eſtirpatio-
ne del male, che eſtirpi anco il bene.
27 queſto ce lo inſegno N. S. mentre pro-
hibì che non eſtirpaſſero la zizania, ſi
con la eſtirpattione di quella poteua ve-
nire eſtirpato del grano.

Dunque il Giudice per eſtirpare li teſtimo-
nii falſi non deue vſcendo dalle regole
28 eſtirpare anco i veri, con ſpauentarli di
modo, che l'accuſati, & inquiſiti reſtino
priui della difeſa.

Adſunt multi alii caſus, quibus committi-
29 tur falſitas, & ſumuntur pro ampliatio-
ne, &

Primò ſi omnes teſtes ſunt mortui, & pars
diſtulerit exhibere præſumitur falſitas,
Intrignol. dec. 17. nu. 19. & 20.

Secundò corrumpens merces punitur, tan-
30 quam de falſo, ſed crimine ſtellionatus,
Honded. conſ. 96. vol. 2. nu. 1.

Tertiò, punitur pæna falſi aperiens lite-
ras conſultoris miſſas Iudici, vel è con-
tra, Farinacc. tom. 5. de falſit. quæſt. 150.
p. 4. n. 128. refert Reg. Tap. in conſtitut.
Qui literas, num. 9. ad finem.

Quar;

Quartò, tenens falſam menſuram punitur
32 pœna falſi, nec excuſatur per ignoran-
tiam, Ricc. dec. 89. in fin. par. 1.
Quintò, falſificans bollettinum tempore
33 peſtis de falſo tenetur, verùm pecunia-
ria pæna punitur, Taſſon. de anteſ. verſ. 7.
obſeruat. 1. nu. 8.
Sextò, ſcribens album folium proceſſus, fal
34 ſum committit, Caball. caſ. 217. n. 1.
Septimò, falſum dicitur committere illum,
35 qui interponit authoritatem in teſta-
mẽto falſo, Creſc. dec. Rot. 1. n. 4. de teſt.
Octauò, ſi teſtis primo dixerit non cogno-
36 uiſſe delinquentem, inde contrarium di-
xerit, de falſo punitur, Ciazz. diſcept. 18.
num. 36.
Verùm quando teſtis eſt falſus in vno, non
probat in alio, & punitur, quia falſus te-
37 ſtis non dicitur teſtis, Bouadill. lib. 5.
politic. c. 2. n. 58. & 75. Mut. tom. 4. cap.
ſicil. c. 135. n. 153. Mari ad Gizzar. dec.
86. num. 1. nec de teſte falſo eſt miſeren-
dum ex Deutoron. c. 19. ad fin.
Ex quibus ſuccedunt, & deſcendunt non-
nullæ limitationes, vt falſitas non dica-
38 tur, & primò quando iuuatur primor-
dio veritatis, & eſt communis opinio,
Clar. S. falsũ, verſ. prętera, Honded. con.
112. n. 51. vol. 1. Caball. caſ. 66. n. 7. Tho
mat. dec. Macer. 50. n. 245. Intrign. dec.
24. n. 4. Seſſ. dec. Arag. 109. n. 5. & ex no
ſtris Grammat. auth. noſter conſ. crim. 19
Thor. vot. 40. n. 15. Io. Iacob. de Martin.
con. 11. n. 15. Hodiern. Neapol. elegans,
39 & ſubtilis Doctor ad Surd. dec. 263. n. 1
Affl. dec. 404. n. 14. Ricc. cit. dec. 130. n.
7, par. 1. Merlin dec. 99. n. 5. Reg. Salern.
dec. 46. n. 11. Secundò, falſitas ſi non eſt
40 nociua, nec apta ad nocendum, non pu-
nitur, Ciazz. diſcept. 77. n. 29. Theſaur.
dec. 171. n, 1. ad fin. Bartol. con. 8. n. 10.
int. con. crim. diuerſ. tom. 1. Gagliard. de
delict. lib. 5. Verall. dec. 5. par. 2. n. 1. Fer-
41 din. Gargia. conſ. 123. n. 22. inter conſ.
crim. diuerſ. tom. 1. Maſtrill. deciſ. 250.
nu. 67. & 68. & denique, quod non no-
cibilis non ſit punibilis, refert Marant.
con. 38. n. 6. & 7. de Martin. con. 7. n. 94.
licet Caſtill. dec: 163. nu. 18. dicat, vt ſit
42 apta ad nocẽdũ, ſequitur Seſſ. dec. Arag.
10. n. 21. & vt ſufficiat, vt ſit nociua tan-
tum potentia, & eſt punibilis, deciſ. Rot.
31. nu. 9. & 31. par. 2. & quod extraordi-
nariè punitur, Reg. Rouit. dec. 3. quæ pę-
na exilii biennalis refert Nouar. q. foren.
43 tom. 2. q. 63. Tertiò, non conſideratur
falſitas, nec punitur quando eſt commiſ-
ſa in actu nullo, Maſtril. dec. 250. n. 67. &
68. Ciazz. diſcep. 18. n. 55. licet Nouar.
tom. 1. q. forenſ. 63. aſſerat hoc caſu pęna
exilii puniri, vt plenius dixi ſupra deciſ.
27. n. 14. & ſeq. Quartò non cõmittitur
44 in ſcriptura non probante, Ciazz. diſcep.
27. n. 36. Honded. con. 109. n. 49. & 51.
vol. 1. Vulpell. con. 129. n. 2. Quintò non
45 conſideratur, nec punitur quando ęſt cõ
miſſa in ſcriptura priuata, quæ nemini
nocet, Theſaur. dec. 171. numer. 2. Bart.
conſ. 8. n. 10. int. con. crim. diuerſ. tom. 2.
Honded. citat. conſ. 109. nu. 49. vol. 1. &
Affl. dec. 404: n. 13. Sextò, ſi fuerit poſi-
46 tus vnus dies pro alio, dicitur potius er-
ror, quàm falſitas, Caſtill. dec. 135. n. 27.
Septimò, ſi eſt commiſſa in illis, quæ ſu-
47 perflua ſunt, & non nocent, non dicitur
falſitas, ſed potius error, Hyer. Gabriel.
conſ. 180. n. 11. uol. 1. veluti in actu non
neceſſario, ſed ad cautelam, vel fieri ſoli-
to, idem Hyer. Gabriel. conſ. 177. n. 38.
48 uol. 2. Octauò, ſi falſitas non eſt cõpleta
non dicitur falſitas, nec punitur, Ciazz.
diſcep. 27. n. 9. conferunt dicta per Reg.
49 Rouit. deciſion. 2. Non præſumitur fal-
ſitas. quando actus, ſuper quo eſt cõmiſ-
ſa ſit palàm, Hyer. Gabr. conſ. 169. nu. 9.
vol. 1. de Ang. ad Foller. pract. crim. tit.
50 Item, qui commiſit falſitatem n. 45. De-
cimò, non dicitur falſitas, quãdo veritas
eſt poſſibilis, nam tunc falſitas dicitur qñ
veritas mutatur, Hier. Gabr. con. 180. n.
5. vol. 1. Vndecimò, præſumitur falſitas,
51 quando non adeſt cauſa, Hier. Gabr. cõ.
cit. 180. n. 24. vol. 1. Duodecimò, ſi ſen-
52 tentia eſt lata de nocte, & actuarius di-
cat lata de die, an dicatur falſitas. vel nul
litas, Caball. caſ. 218. numer. 43. & ſeq.
& pro negatiua affirmat, quia intelligi-
tur de die naturali.
Et ex hoc quæritur, Actuarius M. C. V. fal-
53 ſificans acta eiuſdem Magn. Curiæ, vel

manus Iudicis, vel Regentis, pæna tri-
remiſi vita durante punitur, Thor.par.1.
compend.deciſ. verbo falſificans, fol.
203.col.1.idem Thor. ad Reg. Salernit.
54 dec.27.num.5.quæ ſi eſt commiſſa co-
ram Iudicibus ciuilibus, vel Sacro Con-
ſilio punitur, & cognoſcitur à Iudicibus
criminalibus, Taſſ.de antefat.verſ.3.ob-
ſeru.3.nu.165.
Falſificans literas Regiæ Cancellariæ pu-
55 nitur pęna mortis, Muſcatel.pract.crim.
tit. de falſ. num. 49. quem ſeq. Thor.ad
Salernit.dec .27.nu.6.
Falſificans prouiſiones Reg.Cameræ, Mari
65 ad Gizzarell.dec.86.n.16.remittit ſe ad
Reg.Reuerter.dec.3.tom.3. quem vide.
Falſificans literas Regis, vel ſub nomine
Regis factas contrafaciendo manus, vel
57 ſignaturas, licèt afferat Affl. deciſ. 21.
eſſe pænam mortis ex iuris diſpoſitione,
nihilominus per illam Regiam Maieſta-
tem fuiſſe inquiſitos liberatos, tamen de
58 iure fuiſſe diuerſimodè pænam impoſi-
tam refert Thor.par.1.comp.dec. verb.
falſificans literas, fol. 203. col 2. tamen
ex Reg.Tap. in conſt. Qui literas, & ex
Caball.caſ.206.num.4. dicas eſſe pænã
59 mortis, & rumpens filum, vel licia litera-
rum Principis punitur pæna falſi, Cabal.
caſ.294.num.434 Reg. Tap. in conſtit.
literas, nu.6.ad finem.
Sed Iudex in dubio tenetur iudicare, vt ex-
cludatur falſitas, immò ſunt uerba impro-
60 prianda ad excludendam falſitatem,
nec ſubtilis diligentia eſt ahibenda, Pet.
Foller.conſ.78.num.1. inter conſ. crim.
diuerſ.tom.2.Paul.Merend.conſ. 35. n.
16. & conſ.46.num. 48. & iterum conſ.
91.num.8.inter.conſ.crimin.diuer.tom.
2.Thomat.dec.Macerat. 50. num. 414.
Surd.dec.336.num.20.& dec. 263. nu.
9.& deciſ.282.num 13. Vinc. Honded.
conſ.99.num.25.vol.2.Hier.Gabr. con.
280.num.10.vol. 1. Intrignol.dec. 24.
num.6.Merlin.deciſ. 99. num.21.& 22.
Honde.conſ. 109. num. 19. vol. 1. & ex
noſtris Mari ad Gizzarell.dec.86. num.
5. De Angel.ad Gizzarell.nu. 14.
Aggredior nunc primum motiuum, ſi falſi-
61 tas commiſſa non in ſubſtantialibus, ſit
punibilis, & Author hic pro negatiua
concludere uidetur, & falſitatem non
conſiderare, cui adde, quòd quando fal-
ſitas eſt commiſſa circa non ſubſtantia-
lia, nedum non conſideratur, ut Author
hic num. aſſerit, & Petra hic num. 3. cui
adde Gizzarell.diſcept.forenſ. 18. num.
52.Caball.caſ.34.Clar.q.53. uerſ. ſcias
tamen, nouiſsimè Conſil.Marcian.conſ.
13.num.4.nec uitiat dictum teſtis, Man-
tic.dec.Rot.6.num.6.Caſtill. dec.ſicil.
163.num.17.ad finem: neque uitiat ſcri
62 pturam, ſeù gratiam, quando eſt facta
circa aliquam demonſtrationem, quæ de
ſubſtantia non ſit Ger.Spin.cõ.16.n.20
quod intellige quoad pœnam in conſt.
Regn. contentam; tamen arbitrio Iudi-
cis punitur, Reg. Tap. in conſtit. Regn.
Qui falſitatis, nu.1.Reg.Rouit.pragm.1.
de falſ. num 7.
Et quando eſt commiſſa in ſubſtantia teſtis
63 non reprobatur, Ludou. de Alfer. conſ.
143.n. 15. tom. 1. in conſ. crim.diuerſ.
Et quando eſt commiſſa in ſententia circa
64 non ſubſtantialia, an ſententia ſit nulla,
vide Sigiſmund. Scacc. de ſententia, &
re iudic.gloſ.14.quæſt.32.num.44. In
cauſis verò criminalibus, ſi actuarius cõ-
65 miſerit falsitatem in ſubſtantialibus, vt
puta in tempore, in loco, vel negotio
principali, dicitur falsitas, vel quando
ſunt deleta, siuè cancellata uerba, dici-
tur falsitas, licèt teſtis examinatus repu-
tatur, tamen ſemper remanet illa ſuſpi-
ctio, & illa læsio, argumento eorum, quę
dicit Caſtill. deciſ. Sicil. 181. num. 28.
& 29.
Sed quæ ſint ſubſtantialia, quæue acceſſo-
ria, Petra hic num. 3. tangit, ſed non re-
ſoluit, & ſe remittit ad Boſſ. qui in tit.
de tortur.teſt.nu.30. & ſeq. infert ſub-
66 ſtantialia cenſeri ea, quæ nihil faciunt
ad cauſam in eo, in quo falsitas eſt com-
miſſa.
Tu verò ad cognitionẽ terminorum, con-
ſidera plures caſus, quorum primus; Aut
tractatur de materia releuii, & ipsius ſub
ſtantia eſt ipſum releuium, quod plurib.
modis fuit nuncupatum, & cognitum, vt
refert Andr. Capan. Miles Nepolita-

nus ex antiquiſſ. 14. Caruſior. & Gald. 7. Paſſarelli, non minus ingenii ſublimitate, quàm doctrina, & erudimentis, Clarus in eius tract. de iur. releuii par. 1. q. 2. nu. 1. Secundus ſi tractatur de materia cōtractus feudalis, eius ſubſtatialia ſunt diſpoſitio ipſa contrahentium, & quo primum res aliquid eſt ponit rem in quidditate, ſine quibus non poteſt eſſe diſpoſitio, nec contractus; Naturalia verò ſunt qualitas innata ab initio generationis, ex quibus virtus contractus perficitur, & ſemper in eſſe videtur, vt per formalia verba refert Muta tom. 5. cap. Sicil. in addit. ad cap. 355. num 90. & ſeqq. fol. mihi 100 Tertius, ſi ſumus in aliis contractibus, & licèt ſubſtātialia ſint immutabilia, tàm in actibus iudicialibus, quàm extra, Io. Baptiſt. Coſt. in prax. conuent. part. 1. num. 327. fol. mihi 249. tamen ſubſtantialia contractus ſunt quando attenditur illius effectus, non autem denominatio, ſiuè nomen, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 586. num. 14.

Quartus ſi ſumus in donationibus, quæ fiūt abſenti, & non dicuntur acceptatæ, ex lapſu longi temporis à morte donantis, hoc enim intentionis fundamentum reſpicit ſubſtantiā negotii, Gratian. diſcep. forenſ. c. 318. nu. 34.

Quintus, ſi ſumus in teſtamentis, & diſpoſitionibus, ſubſtantia eſt eadem diſpoſitio, acceſſoria denominatio, Gratian. c. 446. num. 36.

Sextus, ſi tractatur de cauſis ciuilibus, quæ reſpiciunt merita cauſæ non ſunt de ſubſtantia, vt infra dicam, vel quando non eſſet aliquid circa formam, quia forma eſt de ſubſtantia, & de eſſentia, Affl. in conſtitut. si quis in poſterum num. 7. ad medium.

Septimus, ſi tractatur in cauſis criminalibus, in quibus licèt ſubſtantia duplici modo conſideretur, vna corporea, qua verſatur præſumptio; præſumitur enim homo ille eſſe in humanis, qui paulò ante viſus fuit, ita præſumitur res extare, quæ ante erat; alia incorporea, circa quam verſatur præſumptio; præſumitur enim Dominus, vel poſſeſſor rei, qui ante Dominus, vel poſſeſſor fuit, Menoch. lib. 1. de præſumpt. q. 14. nu. 1.

Tamen reſpectu principalis, quæ reſpiciunt merita cauſæ, non ſunt de ſubſtantia Iu-
67 diciī, ſed ſolū de ordine iuſtitiæ, Scacc. de ſentent. & re iudicat. gloſ. 14. quæſt. 32. num. 5. & dixi ſupra num. 64. vel qn̄ non ſunt circa formam, quia forma eſt de ſubſtantia, & eſſentia rei, Affl. in conſtit. Si quis in poſterum, num. 7. ad med. & dixi etiam ſupra.

Reſpectu verò teſtis ſubſtantialia ſunt ea, quæ concernunt negotium principale, accidentalia, vel acceſſoria ſunt ea, quæ non faciūt ad cauſam principalem, ideſt ea, quæ extrinſecè conſideranda veniūt ad factum principale, argumēto eorum, quæ dixit Hōded. cōl. 109. num. 45. & ſunt ea, quæ adduxit Author hic num. 1. exemplum, ſi teſtis deponat vidiſſe vulnerantem cum pugione, & re vera fuit aliud genus armorum, vel cum ſcopitto paruo, & verè fuit cum alio inſtrumēto, vel offendiſſe retro, & tamen non ſic fuit vel vidiſſe fugiētem Titium ante Caiū, verè Caius præibat Titiū, & ſimilia; in iſtis enim non verſatur factum principale, & dicuntur acceſſoria, ſiuè accidentalia negotii.

Aggredior nunc præmiſſi motiui reſolutionem, ſi in crimine falſi eſt licita tranſa-
68 ctio, & Author dubitare videtur virtute tunc nouellæ pragmaticæ per eum citatæ, & tandem cum diſtinctione, an in ſubſtantialibus, vel acceſſoria in affirmatiuā inclinat.

Tu verò ſcias, quod pragmatica per authorem citata prohibens tranſactionem in crimine falſi non reperitur in volumine pragmaticarum, pro ut eſt videre, & cōqueritur non potuiſſe inuenire, licet in ore omnium ſit, ne dum Petr. hic num. 2. ſed Reg. Rouit. per Petr. non allegatus in rubr. de compoſit. nu. 8.

Verùm de iuris cenſura licitum eſt tranſigere pro crimine falſi, nedum ex illa ge-
50 generali regula, vt de conſuetudine totius Italiæ eſt licita tranſactio pro omni crimine, Clar. q. 58. verſ. ad hoc autem regula

regula,quem ſequitur Reg.Rouit. in rubric.de compoſit.nu.5. verùm etiam de iuris diſpoſitione per tex.in l.tranſigere, C.de tranſact.& ibi gloſ.in verb. falſum ad fin.& in Regn.Per conſt.poſt citationem ad finem,Maſtrill.dec.250. à num. 38.ad 42.& hoc eſt illud, quod non declarauit, & voluit declarare Reg. Rouit. in prag.4.de falſis.num. 27. quo in loco remiſſiuè locutus fuit.

Author hic num.4.adde Paul.Merend.cõſ. 7.num. 12.

Et ex hoc inſurgit alia dubitatio quando probationes ſunt falſæ, ſententia ex eis
71 lata,an dicatur falſa,vide Scacc. de ſenten.& reiudic.gloſ.14.quæſt. 32. num. 1. & ſeq.

Et an prætextu huius falſitatis, ex qua ſentẽtia eſt lata impediatur executio ipſius
72 ſententiæ vide Scacc.cit.loc.n.54.

Clericus præſentans ſcripturas falſas corã
73 Iudice ſæculari,à quo cognoſcatur, vide Bouadill.lib.2.politic. cap. 18.num. 91.& num.163.fol.804.

Et è contra ſi falſitas fuerit cõmiſſa in vno loco, & ſic coram vno Iudice, & inde
74 coram alio præſentata, quis erit Iudex competens,vide Thor. tom.2. compen. deciſ.verbo falſarius,fol.206.col.2.Ca-
75 poblanc.tom.1.de auth. Baron. pragm. 8 par,1.num.223. de Angel. ad Foller. tit.audiantur excuſatores, num. 102.

Author hic num.5.& Mari num.10.dicunt nõ dici falſum depoſuiſſe teſtem,qui ne-
76 gat ſe eſſe coniunctum,cum vera ſit, ſed propter mendaciũ puniri, tu adde,quod idem dicit Ann.ſingul.521. Caball.caſ. 34.tamen in cauſa ciuili non probat affinitas,ſeù conſanguinitas,enim teſtis cũ producente eſt cauſa magnæ potentiæ ad repellendum,Guttier. conſ.39.nu.3. & 4.vide Boſſ.tit. de oppoſit. contra teſtes,nu.62.

Petra hic num.5.ex ſolo Diaz ibi relato, & Mari num. 6. affert teſti deponenti per eundem præmeditatum ſermonem non
77 credi, vel per eadem præcogitata verba,tu adde, quòd idem dicit Paul. Merend. conſ. 89.num.18.int.conſ.crimin. diuerſ. tom. 2. Marant. conſ. 11.num.4. Viu.deciſ.164.qui limitat, niſi teſtis eſſet bonæ conditionis,& famæ.

Petra hic num. fin.in verbo(modico)tu adde,quòd quando falſitas eſt commiſſa in modica re,nõ dicitur falſitas, nec pu-
78 nitur,quia in modico lucro.& paruo cõmodo non præſumitur falſitas, Honded. con.91.n.19.& 20.vol.2.Iò.Bapt.Coſt. con.24.nu.11.& ex noſtris, Ricc.deciſ. 104.nu. 1. par.1.

Et quando eſt commiſſa in ſumma infra nouem ducatorum, non punitur pæna ordinaria,Ricc.dec.311.num.3.par.3.ceſſat enim quando non adeſt vtilitas conſiderabilis, Hier.Gabr.conſ.169. num. 21.vol.1.

Author hic n.1.in verbo (diſcordarent) & Petra num.4.ad fin.tangunt quando te-
80 ſtes diſcordantes poſſunt reduci ad concordiam,tu adde, quòd ſi teſtes diſcordant in tempore, an poſſint redduci ad concordiã, vide Gratian.deciſ. March. 160.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DEC.XXXXIV.

SVMMARIVM.

Qui impatiens eſt ſubſtinet damnum, nu. 1.

Vulneratus oſtendere debet vulnus,ut ſanetur, nu.2.3.4.5.

Vulnerans,vel debilitans ſe ad euitandam pænam,an puniatur.à nu.7.ad 15.

An incidat in pænam ſtatuti vulnerãtis alios, num.10.

An eius bona applicentur fiſco,nu.24.& ſeq.

Vulnerans ſe, animo alios fraudandi, fingens ſe fuiſſe à latronibus diſrubatum an puniatur,num.16.

Occidere ſe ipſum, dicens nolere bibere, & comedere, ut fame moriatur, an puniatur, numer.17.

Vulnus paruum, ſiuè vulnuſculum, an veniat appellatione vulneris,nu. 18. 19. & 20.

An procedat in leui ſciſſura,ſeù raſcagnatura, ſiuè ſgraffatura, nu.21.

Limita, num. 22.

Occi-

Occidens ſeipſum, an careat ſepultura, numer. 23.
In dubio an præſumatur feciſſe metu pœnæ, numer. 24.
Vulnerans cum dente, qua pœna puniatur, numer. 26.
Vulnerans cum forbice, vel furca, vel alio inſtrumento biſurcato, an puniatur, & qua pœna, nu. 27.
Occidens ſe ipſum an ſit excommunicatus, numer. 28.
Clericus caſtrans ſe an puniatur. nu. 39.

P*Arata ſunt deriſoribus Iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Prouerb. cap. 19. ad finem.* vbi ſimiliter habetur. *quod, qui impatiens eſt ſubſtinebit damnum.*
Boet. de conſolat. lib. 1 metr. 4. proſ. 4. lite-
3 ra E. hæc uerba profert (*Si quis ſanare voluerit oportet morbum, vel vulnus detegere, & manifeſtare.*
Ex quibus verbis nedum reuelat morbum, & dolorem ſuum, ſed oſtendit ſe eſſe pertubatū ex iniuſta ſui cōdemnatione, & ex iis, quæ iniurioſè agebantur contra ipſum, vt proſa ipſa literaliter declarat.
Poſſunt applicari Hieronymo de Ponte,
4 qui videns ſe ad Regias triremes condemnatum, vt inhabilis ad remigandū efficcrerur manum ſuam percuſſit, & vulnerauit, contra omnia iura, vt dixit Fari-
5 nac. quæſt. 128. num. 3. indè vulnus manifeſtauit, & dolorem oſtendit; ſed vè illi, cui parata fuerunt iudicia, & quia impatiens fuit ſubſtulit damnum, & conuenlunt præcitata verba Prouerb. Ex
6 impatientia enim pænæ, & conſcientiæ delicti ſe vulnerauit, vt in præſenti dec. 44. colligitur, quam ſequitur Decian. tract. criminal. lib. 9. cap. 2. num. 5. D. Franc. Caſtill. dec. ſicil. 169. Farinac. q. 128. num. 25. & ex noſtris Thor. tom. 1. comp. deciſ. verbo vulnerans, fol. 584. col. 1. Reg. Conſt. in l. vnica. C. de Claſſic. lib. 11. num. 44.
Ex qua reſultat dubium, qua pæna punitur vulnerans ſe ipſum ad euitandam pęnā,
7 & licet Grammatic. plura adduxerit, tamen non fuit dubium reſolutum, & articulus deciſus, & Petra nil aliud dixit, niſi num. 5. & 6. vt contra interficientem ſe-
8 ipſum procedatur ad confiſcationem bonorum, & inquiſitus occidens ſeipsū ſuſpendatur, & ſepultura carere debeat, & Mari pauca afferat, Ego autem re maturius perpenſa, cum caſus eſt frequētiſſimus, & in dies euenit plures caſus
9 arbitror conſiderandos eſſe ad declarationem ille vulgatæ regulæ, vt nemo ſit dominus membrorum ſuorum, vt Mari hic n. 13. & Farinacc. quæſt. 128. nu. 20. adducit, ex qua nemini licet ſeipſum ledere, & proprium corpus offendere.
Quorum primus, aut quis ſeipſum vulnerauit ſimpliciter & vulnus ſibi intulit, pu-
10 nitur, ac ſi alius vulneraſſet, & incidit in pœnam ſtatuti, vel legis punientis alios vulnerantes, ſic ex multis affert Peregrin. de iur. fiſc. tit. de bonis eor. qui ſib. mort. conſciuer. 4. & 7. Farinacc. quæſt. 128. nu. 5.
Secundus, aut quis ſeipſum percuſſit, vulnerauit, ſeù membrum debilitauit doloris
11 impatientia, furore morbo, vel tedio vitæ, & tunc diſputant DD. an puniri debeat, & impunem eſſe ſcribit Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus, ff. ad Sillanian. Viu. dec. 244. n. 1. Farinac. q. 128. n. 17. 18. & 39. & hæreditas defertur, cui de iure cō-
12 petit, l. 3. ff. de bon. eor. l. in fraudem, §. eius bona, ff. de iur. fiſc.
Tertius, ſi metu pænæ criminis imminentis & maximè poſt ſententiam fecerit, ſi
13 mors ſequatur, bona fiſco applicantur, Viu. dec. 244. num. 1. & nulla pæna cor-
14 pori dátur, quia mors omnia ſoluit, & extinguit delictum, & pænam, licet DD. diſcordent, ſi eius cadauer debet ſuſpendi, vel ne, de quo per Farinacc. cit. quæſ. 128. nu. 10. & 11.
Si verò mors non ſequatur, & ſuperuiuat, licèt pæna, ac ſi perfeciſſet puniri debet, quamuis non ſecuto effectu, vt per
15 Farinacc. cit. q. 128. num. 34. & 35. tamen ſi vulnera ſint talia, vt pæna augeri poſſit, augetur, & pro vulneribus punitur, mitiori tamen arbitrio Iudicis ex Farinac. quæſt. 128. n. 37. quē ſequitur Caſtill. cit. dec. 169. nu. 10. vbi num. 11. refert

fert à Gomeſio in duobus caſibus fuiſſe
ſeruatum, & in vno impoſitam pænam
Exilij, in alio pænam flagellorum, verũ
remanet infamia ex talibus illatis vul-
neribus, Farinacc. q.128. nu. 21.
Quartus ſi quis ſeipſum vulnerauerit ani-
mo fraudandi aliquem. fingendo ſe in-
17 cidiſſe in latrones, & fuiſſe diſrobatum,
vt in dies paſſim fraudolentes fingunt,
& ad inuentionem probandã plura vul-
nera in ſe ipſos inferunt, & pecuniam
domini ſui abſcondunt, & tunc nedùm
de furto tenentur, verùm etiam de vul-
neribus in ſeipſis datis puniuntur, Ca-
ualcan. de Brach. reg. par. 5.num.86.
& 87.
Amplia, vt dicat ſeipſum occidere, qui co-
medere, & bibere noluit, vt fame pereat,
vt non viuat, Farinacc. quæſt. 128. nu.
31.
Quòd tu intellige de vulneribus læthali-
bus, ſeù debilitantibus corporis mem-
18 bra ad euitandam pænam, vel ad eua-
dendam pænam triremium, vt in ca-
ſu præſentis deciſionis, non autem de
19 vulneribus paruis, ſeù vulnuſculis, quæ
vulnera non dicuntur, nec ipſarum ap-
appellatione veniunt, vt tetigi in tom.2.
tit. de homicid. cap.6.num.21. & ſeq. &
poſt ibi ſcripta confirmat Thor. vot. 50.
num.18. & iterum vot. 99. nu.54. Mo-
ſcatell. pract. crim. tit. de homicid. nu.5.
Taſſ. de Anteſat. verſ. 12. obſeruat. 1. nu.
130. Cãpagn. in cap. Reg. ad hoc n. 119.
& quòd vulnus paruũ nõ habeatur pro
20 vulnere, ſcribit Hieronym. Gabriel.
conſ. 177. nu.7. volum. 1. Cataltinus de
viſo, conſ. 21. num. 12. inter conſ. crim.
diuerſor. tom.2.
Declara inſuper non procedere in percuſ-
ſione ſimplici, ſiuè leui, ſeù raſcagnatura
21 vel ſcarpinatura, aut ſgraffignatura, ſiuè
ſciſſura in cute, quæ non veniunt appel-
latione percuſſionis etiam ſanguinolen-
tis, ſic ex multis, Caualc. de brach. regl.
part. 4. num. 151. Moſcatell. cit. tit. de
vulnerib. nu.5.
Quòd ſubdeclara, niſi illa ſciſſura in cute,
ſeù ſcarpinatura, ſgraffignatura, raſca-
22 gnatura, aut graffinatura nõ habeat locũ
medela, tunc enim appellatione vulne-
tis veniunt, Bartol. in l. Prætor, ff. de mi-
nor. Cepoll. conſ.40. nu.4.
Declara dummodo conſtat ſeipuſm occi-
diſſe, tunc ſepultura caret, Farinacc.
23 quæſt. 128. numer. 10. qui numer. 20.
affirmat legatum factum Eccleſiæ per
ſeipſum occidente valere, & Eccleſiæ
deberi.
Eſt tamen uerùm, quòd in dubio non præ-
ſumitur feciſſe metu criminis, Mari ad
24 Gizzarell. deciſ. 15. num.7. Pereg. ibid.
num.2. Farinacc. quæſt. 128. num. 41. &
42. adeo, quòd hæc qualitas eſt à fiſco
probanda, vt poſſit bona ſe interficientis
occupare, Peregr. cit. loc. nu. 1.
Quòd tàm hæredi eius, qui ſeipſum inter-
fecit. quàm ipſi uulneranti, ſi ſuperuiuat
25 competit defenſio, & audiendi ſunt ad
demonſtrandum eorum innocentiam,
Viu. dec. 244. nu. fin.
Sed, ſi quis uulnerauit ſe cum dente ſine
inſtrumento, an comprehendatur appel-
26 latione uulneris, vide Caball. caſ. 155.
num. 16.
Et, ſi uulnera ſunt cum forbice, uel furca,
uel alio inſtrumento bifurcato, an dican-
27 tur plura uulnera, uel unum, uide Ca-
ball. cit. caſ. 155. nu. 16.
Author hic num. 2. in Clerico ſeipſum oc-
28 cidente, an ſit excommunicatus, cõcor-
dat Farinacc. q. 128. num. 25. qui plura
adducit.
Mari num.6. de Clerico ſe caſtrante, adde
29 Farinacc. q. 128. nu. 32.
Ad Mari hic num. 18. adde, quòd opinio-
nem, Mari hic num. 18. ſequitur Bal-
daxar. de Angel. ad Follet.
pract. crim. titul. facta
litis conteſtatio-
ne, num.
17.

Heliſæus Danza.

AD.

ADDITIO AD DEC. XXXXV.

SVMMARIVM.

Hominis periculum in homine conſiſtit, n. 1.
Pericula litigantium ſunt in articulis, ex illo adagio, nelli articoli, ſono li pericoli, num. 3. & 4.
Articulorum materia, an ſit pertinens, vel impertinens, nu. 5.
Articuli, qui dicuntur dolorum ſedes, qui ſint, num. 5. *ad fin.*
Clauſula omnia, & ſingula eſſe vera, quid operetur, à num. 6. *ad* 13.
An requiratur abſolutio à iuramento, pro eo annullando, nu. 6. 7. 8. & 9.
Appoſita in contractu venditionis, perditur beneficium l. 2. *C. de reſcinde. vendit. n.* 10
An habeat virtutem diſiunctiuam, vel copulatiuam, nu. 12. & 13.
Articuli vnde dicantur, quas ſignificationes habeant, & an differant à poſitionibus, & iuribus, nu. 14.
Articuli impertinentes, qui dicantur, num. 15. & 16.
Articuli pertinentes qui dicantur, nu. 17.
Articuli impertinentes an debent admitti, vel reijci, & quæ ſit forma admittendi, vel reijciendi, à nu. 18. *num.* 27.
Clauſula poſita in articulis receptis, ſaluo iure impertinentium quid operetur, n. 30. & 31.
Articulorum copia non datur in Regijs Tribunalibus, ſed tantùm in Curijs Baronalibus, num. 32. 33. & 34.
Ieiunium non frangitur ſi exceditur in modico tempus eius hora, num. 35.
Ieiunium eſt de præcepto, & quilibet tenetur, etiam ſi vir iuſtus, vel ſanctus fuerit, n. 36
Dominus familiæ, quam diligentiam adhibere debet vt illi de familia ieiunium obſeruent, num. 37. 38. & 39.
Ieiunare vouens pane, & aqua, ſi pane, & vino ſecerit, an adimplere dicatur nu. 40.

QVi amat periculum peribit in illo. *Eccleſiaſt. cap.* 3. *num.* 27.
1 Seneca in epiſt. 103. ad medium aſſerit periculum Hominis eſſe in eod. Homine in illis verbis.
Homini perdere Hominem libet, tu tamen ita cogita, quod ex Homine periculum ſit, vt cogites, quod ſit Hominis officium.
Veriſſimum propefert, nam Homines litigantes, vt eorum voluntati, etiam inef-
2 frenatè ſatisfaciant illicito deſiderio vacantes articulos in cauſis quandoque falſos, & alios impertinentes faciunt, & alios non probant, vndè paſſim euenit, uel quod de falſo puniuntur, uel tanquã impertinentes reijciuntur, uel non probantes ſuccumbunt pericula ſubeunt; & conueniunt prædicata uerba, ut tanquam amatores periculi, in eo pereunt; articuli
3 enim in cauſis ſunt ſumendi à corpore, & ſubſtantia libelli ueri, nam uulgaũ eſt
4 illud adagium, nelli articoli ſono li pericoli vt refert Vtsill. ad Affl. dec. 7. nu. 8. & Moſcatell. pract. ciuil. par. 5. gloſ. impertinentes n. 11. & quando ueritate nõ concipiuntur, euenit quod tanquam impertinentes reiiciuntur, ut in præſenti dec. 45. narratur, quam ſequitur Miſing. obſeru. 56. cent. 2. Ricc. coll. 1312.
Et licet materia articulorum impertinentium frequens ſit, & ab omnibus ample-
5 xa, & impertinentia eſſet, eam hic proſequi, tamen pertinentem arbitror, & pertinẽs eſt, vt eam occaſione præſenti tractem, licet aliqui impertinentem me habeant, ad additamentum eorum, quæ Author non cogitauit, & Petra, & Mari non addiderunt, & plura videnda ſunt, Primum quid operetur illa clauſula (omnia, & ſingula eſſe vera. Secundũ, qui dicantur articuli, nõ autem illi articuli, qui dicuntur dolorũ ſedes, vt exclamat Seneca epiſt. 78. ad med. ſed articuli impertinentes, qui ſint. Tertium, an ſit cautius eos reiicere, vel admittere, indè alia miſcellania adducam.
Quò ad primũ per clauſulã (omnia eſſe vera non põt contra iuramentũ deueniri alle-
6 gando ſimulationẽ, etiam ſi ab eo abſolutio petatur, vt per Aũth. nu. 1. & 2. & Petra hic n. 1. dicit in hærede opponente ſimulationem, non requiri abſolutionem, & Mari hic valdè dubitat, Tu adde, quod hæc clauſula excludit ex-
7 ceptionem ſimulationis, & impedit litis ingreſſum, etiam ſi probationes

admiſſæ ſint etiam parte reluctante, Vrſill. ad Afflic. deciſ. 60. nu. 3. qui videtur ſequi opinionē Authoris, & Hieronym. de Martin. ibidem dicit, vt licet exceptioni ſimulationis non poſſit renunciari, tamen quando adeſt clauſula prædicta,
8 omnia, & ſingula eſſe vera, non admittitur ad illam opponendum, poſſet tamen abſolutionem à iuramento petere, tàm
9 agens, quàm excipiens, quod tu intellige, dummodo fiat mentio de iſta clauſula, & ab eius iuramento abſoluatur, vt ſimulatione probata, quia eſt detecta nō obſtantibus clauſula prædicta, & iuramēto prædicto, agitur ſuper ſimulatione, Marant. conſ. 64. num. 14. tu vide Moſcatell. pract. ciuil. part. 7. gloſ. condemnando, num. 67. & ſeq. Afflict. dec. 23. dec. 83. & deciſ. 372. & concordantias poſitas per Moſcatell. pract. ciuil. par. 1. gloſ. petitur, nu. 53.

Et huiuſmodi clauſula (omnia, & ſingula eſ-
10 ſe vera oppoſita in contractu venditionis, operatur, vt perdat quis beneficium, l. 2. Cod. de reſcindend. vendit. & iura-
11 menium facit contractum validum, illudq; firmat Marant. conſ. 72. nu. 2.

Quæ clauſula habet virtutem diſiunctiuam, & denotat ſeparationem, l. huiuſmodi,
12 §. penult. ff. de legat. 1. & ſenſus eſt diuiſus, & non compoſitus, quaſi quod omnia ſimul, & quælibet de per ſe, ſed ali-
13 quando habet virtutem copulatiuam, & per illa verba colligitur magis laxa, & lata intentio diſponentis nil excipiendi, ſed omnia includendi, Bart. con. 113. ad fin. vol. 1. Surd. qui plures cumulat dec. 268. nu. 4. & 14.

Quo ad ſecundum omiſſa quæſt. vndè dicatur articulus, & quas ſignificationes habeat, de quo per Carauit. rit. 70. num. 2. Capic. dec. 28. & 92. & dec. 127. & an
14 articuli poſitiones, & iura differant, de quo per Vrſill. ad Affl. dec. 7. n. 8. Marc. Anton. Tomat. deciſ. macerat. 116. num. 41. hodie verò non differunt, Marant. in pract. part. 6. art. 4. licet de Franch. dec. 220. dicat differre poſitiones, exceptiones, & interrogationes ab articulis, & an incidentes, & emergentes differant, de quo per Burg. de mōd. procedendi ex abrupt. quæſt. 39. num. 6. articuli impertinentes, qui ſint, Mari hic n. 12. ex Bar-
15 tol. Mangrell. & Moſcatell. ibi relatis, dicit eos eſſe, qui in repulſa factum principale reſpiciunt, tu adde, quòd articuli impertinentes dicuntur, qui nullo modo directè, nec indirectè ad cauſam faciūt, Alexander, & Iaſon. in l. ad probationē la prima, cod. de probat. Mut. tom. 4. capitul. ſic. cap. 135. num. 127. Reg. Rouit. in prag. 12. de ordin. iudicior. num. 5. vel
16 qui probati non releuant intentionem probantis Antonius Scappi de iure non ſcripto lib. 3. cap. 58. num. 3. de Franch. deciſ. 220. num. 11. Crauett. conſ. 5. nu. 18. vol. 1.

Et è contra articuli pertinētes, dicuntur illi, qui nedùm directè, verùm etiam alio
17 quouis modo ad cauſam pertinent, & cauſæ adminiculantur, Gaillus obſeruat. 81. lib. 1. Hieronym. de Laurent. deciſ. Auenionenſ. 70. num. 9. Thomas Triuiſ. deciſ. 4. palat. Venet. & ex noſtris Anna allegat. 77. nu. 9. & ſeq.

Et quando ſunt articuli impertinentes dicuntur de iure non admittendi, tàm in
18 prima, quàm in ſecunda inſtantia, Reg. Rouit. citat. prag. 12. de ordin. iudicior. num. 6. & 7. & non debent recipi, parte inſtante, etiā ſi dixerit cū clauſula, etiam ſtāte ſtatuto, Ludouic. belli. cōſ. 14. n. 2.

Author n. 3. uerb. Et ſi reperti impertinentes, facta publicatione reiiciuntur, tu ad-
19 de, quòd nedùm articuli, & teſtes reiiciuntur, nerùm etiam habentur pro non admiſſis immò ſunt ipſo iure nulli, Valēzuel. conſ. 129. num. 61. uol. 2. uide Crauett. conſil. 1. pro genero, n. 128. Rolan. conſ. 34. uol. 3.

Verùm ſi articuli impertinentes fuerint præſentati, & intimati parti, ſi pars nihil
20 opponit ante concluſionem, non poteſt inde poſt concluſionem opponere, Coſta in tract. de ſcient. & ignorant. inſpect. 31. nu. 9.

Licet non eſſe reprobandum teſtem, qui deponit ſuper articulo non faciente ad
21 cauſam ſcribit Conſil. Marcell. Marc. conſ. 13. n. 4. ad med.

Quod

Quòd amplia, vt articuli impertinentes nō
22 admittantur publicatione factā etiam
colore repulſæ, pragm.2.de ordin.iudi-
cior.& ibi Troiſius nū.1.& 4.

Author nu.4.in verbo(melius eſt prius hoc
diſcutere, & hac occaſione deuenio ad
23 tertium promiſſum, an ſit cautius ante
reiicere, vel admittere, Mari hie nu 8.&
9. vtitur pulchra diſtinctione, Antonin.
de Amat.reſol.93.n.9.to.2.infert, quòd
poteſt Iudex procedere ad vlteriora nō
24 oppoſito impedimento, imo quando ar-
ticulus videtur iudici notoriè calumnio-
ſus, non debet neceſſario decidere, im-
mò eo non obſtante prouidere etiā ſi ſit
proteſtatio, D.Franc.de Caſtil.dec.ſicil.
54.n.3.de Franch.deciſ.220.& de Ann.
alleg.77.& ſing.622.dicit, quòd in du-
bio ſunt admittendi; tu verò dicas, quod
25 quando articuli ſunt præiudiciales ante
omnia debent diſcuti,& decidi, aliàs nul
litas eſt, Reg. Valenzuel.con.182.n.27.
vol.2.Giurb.deciſ.ſicil.36.n.13.& quā-
do articulus eſt plenè diſcuſſus, dicitur
deciſus, etiam ſi in ſententia non ſit ex-
26 preſſum, Marcell. Marcian.conſ.5. num.
5.articulus vim iuris controuerſus æqui-
paratur quæſtioni facti etiam in materiā
compromiſſi, Fab. Capicius Galeota
controuerſ. iur. cap.63.nu.49.tom.1.

Sed quomodo reiiciantur articuli imperti-
nentes, Petra hic n.4. remiſſiuè loquen-
27 do remittit ſe ad Frāch.dec.220.tu ve-
rò dicas, quod duplex datur forma reii-
ciendi. prima, vt dato termino in cauſa
comparet pars aduerſa, & dicat articu-
los alterius partis eſſe impertinentes, &
reiici, inſtat, & tunc interponitur decre-
28 tum, vt ſi facta publicatione in cauſa re-
periuntur articuli impertinentes, vel de
iure non admittendi reiiciantur, prout
præſenti decreto reiiciuntur, Dec. con.
162. Bartol. in l. duo ſunt patroni S. Iti-
dem Iulianus ff. de Iur. Iurand. 45.

Secūda poteſt pars poſt receptam copiam
antequā procedatur ad alios actus op-
29 ponere de impertinentibus, & hoc eſt
quòd declarare voluit Petra ex citat.
deciſ.de Franch. 220.

Ambr.nu.5.in verbo(ſaluo iure impertinē-
30 tium, adde vt hæc clauſula, ſaluo iure im
pertinentium operatur, vt ſi poſitio re-
periatur impertinens non habetur pro
31 confeſſo ille, qui reſpondit, Miſincer.ob
ſeruat.56.cent. 2. tu vide Arnon. com-
ment.182.ad fin.& eſt poſita ad obturā-
dum os loquentium iniqua, Afflict. dec.
38.nu. 8. vide Franc.Marc. quæſt.564.
Guid.pap.ſingul. 957.

Sed contingit dubitari in dies, an ſit conce
32 denda copia articulorum in Regiis Tri-
bunalibus, ſicuti cōceditur in curiis Re-
gni, dicit Afflict.deciſ.33.n.3.quod non
datur in S.C.ante publicationem in cau-
ſa, quem ſequitur Carau.cum Rit.79. tu
33 verò diſtingue, aut ſumus in M.C.V.Re
giis Audientis, aliiſq; regiis tribunalibus
& tunc copia articulorum non datur, vt
declarat de Franch.dec.220.n.14.

Aut verò ſumus in curiis Regni,& indiſtin-
ctè datur, examinata parte petente, vt
34 docet Moſcatell.pract.ciuil.Gloſ.imper
tinentes, nu.37.& teſtatur Petr. ad Ca-
pic.dec.62. n.2.

Petra hic n.6, deuenit ad declarationem du
35 bietatis modicum exceſſum temporis in
hora ieiunii non frangere ieiunium, Tu
ſcias, quod ieiunium eſt adeo de præ-
cepto, ut quilibet ad illud teneatur etiā
26 ſi vir iuſtus fuerit, vel ſanctus, & carnem
ſuam perfectè domuerit, quia carnis re-
preſſio non eſt, ſola cauſa propter quam
indictum eſt ieiunium, ſed ſunt aliæ mul-
tæ, eleuatio mentis ad Deum, meritum
obedientiæ, quæ ſufficiunt ad obligatio-
nem ieiunii opponendam, vt per forma-
lia verba docet *Sayr.* tom.1. Clau. Reg.
lib.3.cap.7.nu.13.ex multis, quos addu
37 cit, & eſt adeo verùm, vt Dominus fa-
miliæ, ſiuè pater familias inuigilare de-
bet, vt illi de familia ſi aliquod legitimū
impedimentum non repugnet ieiunia
obſeruent, etiam eis denegando cænam,
quamuis ab illis maledicantur, ſic docet
38 Nauar.conſ.3.de obſeru. ieiun. tom. 1.
fol.mihi 77 t. contrarium tamē affirmat
Antonin. Diana part. 1.reſolut. moral.
reſolut. 28. vbi docet eſſe monendos
ſiuè corrigendos, non autem compel-
39 lendos, ſiuè reiiciendos è domo illos

de familia à Patribus, ſiuè Dominis ad
ieiunia obſeruanda, ea ratione, quia ſi
compellerent filii, uel ſerui, poſſent etiã
medűs inhoneſtis, & ſcãdalo procurare
ſibi ad comedendum etiam clam.
Sed, ſi quis uouerit ieiunare pane, & aqua,
tamen pane, & uino fecerit, an adimple-
40 re dicatur, uide Sanchez in ſumm.lib.4.
cap.11. nu.45. uide ad materiam Lay-
man.reſolut.moral.tract.8.cap.3.de ob-
ſeruar.ieiunior.ad fin.fol.171.Dian.par.
3. tract.6. reſolut.66.fol. mihi 207.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DEC.XXXXVI

SVMMARIVM.

Principis poteſtatem diſputare an liceat, num. 1. & 2.

Eius poteſtas, quæ ſit, nu.2. & 3.

Priuilegia Neapolitanorum ſunt, vt non extrahantur, nu.4.

Prouentus dicũtur fructus iuriſdictionis propria, vel impropria, nu.5. & 6.

Iuriſdictione conceſſa, an veniant prouentus nu. 7.

Paulus Staibanus primarius Aduocatus laudatur, nu. 7.

Conceſſione facta cum prouentibus, an intelligantur regalia, nu. 8.

Prouentus an ſint de regalibus, nu.9.

Prouentuum appellatione comprehenduntur emolumenta quomodocunq; prouenientia, num.10.

Prouentus an connumerentur inter fructus terræ, & ſint de iure releuij, & an naſcantur, nu.11.12. & 13.

Limita, niſi Terra, vel Oppidum fuerit conductum in moneta, nu.14.

Prouentus ſimul cum officio actuariatus, an poſsint vendi per Baronem, num.15.

Si fiant ab officiali, indè ab officio remoto, an ad illum, vel ad ſucceſſorem ſpectent, numer. 16.

Quid ſi fiant per Iudicem ſecundarum cauſarum, ad quem ſpectent, num. 17. 18. & 19.

Prouentus fraudans, quà pena punitur, numer. 20.

Maritus recipiens Caſtrum pro dote, in caſu reſtitutionis, an reſtituat prouentus ex Caſtro perceptos, nu.21.

An veniant in liquidatione releuij, nu. 22.

Vaxalli an cogantur colere territoria Baronis, & propria deſerere, nu.23. & 24.

Conductor iuriſdictionis, an teneatur ſtare prouiſioni facta per prædeceſſorem, nu.25. & 26.

Ciues nõ conſentientes rebellioni, nec liti vniuerſitatum, an teneantur contribuere in expenſis ex rebellione, vel liti proueniendis, nu.27. & 28.

Vniuerſitas an teneatur ex delicto, num. 28. ad finem.

Si eſt feudataria, & delinquat, an amittat feudum, nu.29.

Ciuitate damnata, an ſint damnata caſalia, num. 31.

Vniuerſitas dicitur delinquere cõgregato concilio, nu.31.

Ciues an teneantur pro mũtuo recepto ab vniuerſitate, num.32.

NOolite ſapere pluſquam ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *B.Pauli Apoſtol. cap.12.ad Romanos.*

Qui de Principis poteſtate diſputare præ-
ſumit, ſedem in Aquilone ponere vide-
1 tur, & ſi eius vires quærit, os ſuum in cœ-
lum ponit, nec debet ſapere pluſquam
ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, magna
2 eſt enim eius authoritas, vt ſcribit Cra-
uett.conſ.266.Gaill.obſeru.56 num.15
Theſaur.deci.95.Albert. Brun. conſ. 1.
col. 3. vndè non audeo contendere eius
facultatem, & ſi poteſt duobus idem pri-
3 uilegium concedere, & quale ex illis po-
tentius, & anterius iudicandum ſit, cum
latè dixi in meo 2.tom.titul. de priuileg.
cap.1.ſed tantum materiam prouẽtuum
per Author. in hac dec. ſimpliciter am-
plexam per Petram parum tactam, & per
Mari non ditatam, & antequam illam
aggrediar, eſt aduertendum, quod Au-
thor hic in principio dicit, quod cauſæ
neapolitanorum non extrahuntur. tu vi-
de, quæ dixi in eodem tom. titul. de im-
munit.

munit.Neap.cap.1.& 2.per totum.
Author num. 1. verbo (Prouentus, aſſerit
eſſe fructus iuriſdictionis, & Petr. num.
1. declarat eſſe fructus impropriè, non
autem propriè,& Mari pars condemna
tionibus, & bonorum confiſcationibus
facit,tu adde,quod doctrinam auth.con
firmat Capobl.tom.1.de author. baron.
6 prag.8.par.1.num.203. Reg. Conſtant.
l.1.C.pœnis fiſcalibus num. 70. lib. 10.
Cenc.de cenſib.par.1. cap. 3. quæſt. 1.
num.21.conſil.Theodor.alleg.47.nu.5.
Reg.Salernit.deciſ.52.num.21. Capan.
de releu.part.4.quæſt.2.num.7.& ita vt
7 conceſſa iuriſdictione veniant prouen-
tus, Staiban.Senior,conſ.84.num.14.&
ibi Paulus Staib. nepos eruditus, & Pri-
marius Aduocatus in Tribunalibus Nea-
polis.

Et eſt adeo verùm,vt facta conceſſione cũ
prouentibus intelligantur regalia, quæ
8 prouentuũ appellatione comprehẽdun-
tur,Maſtrill.de Magiſtr.lib.1.cap.14.n.
22. Ann. ſingul.421. contrarium aſſerit
Reg.Lanar.con.34.nu.7.quem ſequitur
Maſull.ad Capic.deciſ.185.nu.4. quod
neque de regalibus dicuntur, quia licet
9 dicatur fructus ſiuè redditus nõ ſunt feu
dales, licet iuriſdictio ſit de regalib. ap-
pellatione prouentuum comprehendun
tur emolumẽta quomodocunque proue
10 nientia,etiã ratione iuriſdictionis, vt ex
multis refert Alexander Trentacinque
conſ.2. numer.13.

Tamen non connumerantur inter fructus
terræ, quia ſunt incerti, & ex accidenti
11 proueniunt ex officialis labore,diligen-
tia, & induſtria, nec ipſorum occaſione
fructus augentur,Gonſil.Marcian. conſ.
49.num.15.ad fin.Capan. de iur. releu.
12 par.4.quæſt.2.num.13. Reg.Conſtant.
ad l. vnic. C. de pœn. fiſcalib. num. 67.
quia non naſcuntur, & renaſcuntur, pro
ut cæteri fructus terræ, ſed licet in ſpe-
13 cie non naſcuntur, tamen in genere na-
ſcuntur, Mele ad Gizzarell.deciſ.34.nu.
84.& Barboſ.ibi relat. Reg. Conſt. in l.
vnic. C. pœnis fiſcalib. nu. 70.

Tamen quando quis conducit Terram in
14 moneta, tunc prouentus dicuntur certi,
Capan.de iure releuii par. 4. quæſt. 37.
num.6.& Mele cit.loc. num. 89.

Quos Baro vendere non valet ſimul cum
15 officio actuariatus,Reg.Conſt. cit. loc.
num 17.Capobl.tom.1.de auth. Baron.
c.20.nu.17.

Sed, ſi fiant ab vno officiali, qui ab officio
16 fuit remotus, ante quàm illos exegerit,
an competant eidem officiali componẽ-
ti, vel ſucceſſori, vide Maſull.ad Capic.
deciſ. 187.num.7.& 8. Reg.Rouit.dec.
91.nu.30.

Et, ſi in aliquo loco ex conſuetudine, vel
priuilegio ſpectent ad Vniuerſitatem,
17 tamen prouentus fiunt,non per Capita-
nium, ſed per Iudicem ſecundarum
cauſarum, ad quem ſpectet ad Baronem
uel Vniuerſitatem, Doctiſſimus Paulus
Staib.Senio.conſ.74.num.5.& 6.diſtin-
guit, aut prouentus fiunt per Iudicem
ſecundarum cauſarum voluntariè,& tũc
non ſunt Vniuerſitatis, Aut uerò compo-
18 ſitiones fiunt per Iudicem ſecundarum
cauſarum ex neceſſitate, quia coram eo
inquiſitus appellans alia probauit, qui-
bus neceſſe fuit ad pœnam pecuniariam
deuenire, & tunc ad Vniuerſitatem ſpe-
ctãt,ratio diuerſitatis eſt, quia ſententia
lata ex neceſſitate, nõ porrigitur,nihilq;
commune habet cum lata ex uoluntate
DD.adducti per Maſull.ad Capic. dec.
185. num. 6.

Fraudans uerò prouentus, qua pœna puni-
20 atur,Campagn.ad cap. Regn. Scire vo-
lumus, nu.14. & Maſull.cit.loc. n.4.

Sed inſurgit dubium,maritus ex cauſa do-
tis habuit caſtrum, & tempore, quo poſ-
21 ſedit, prouentus percepit, inde contin-
git ex cauſa dotium reſtitutionis caſtrum
reſtituere, & quæritur an teneatur pro-
uentus perceptos reſtituere, uide DD.
adductos per Mele ad Gizzarell. citat.
dec.34.num.87.

Ad Auth. num. 1. verbo (Fluunt,& refluũt,
adde tex. in l. Digna uox, C. de legib.
Bart.conſ.246.

Auth.num.2.uerb.Tollit, idem Auth. hoc
idem dicit uoto 28.

Petra hic num.1.dicit, quod prouentus nõ
22 ueniunt in liquidatione releuii ; adde

Capan. cit. loc. Mele cit. loc. n. 89.
Reg. Conſt. in l. 1. C. penis fiſcalibus n.
70. ad finem.

Petra hic n. 9. quæritan Vaxalli poſſint
deſerere culturam territorij Baronalis,
23 & extra colere, & remittit ſe ad Ann.
tu adde quod uaxalli coguntur recipere
ad culturam territoria feudalia, ne feu-
dum ſit inutile, Camill. de Iarat. conſ.
41. num. 9. & 12.

Verum ſi Vaxallus habet propria territoria,
quæ quamuis per prius nõ ſint culta, nõ
poteſt Baro eum cogere vt illa propria
24 deſerat, & feudalia recipiat, Nouar. de
grauam. vaxall. num. 2. grauam. 15. per
tot. vbi pluries ſic fuiſſe deciſum refert.

Petra n. 7. quærit, an conductor Iuriſdictio
nis teneatur ſtare prouiſioni factæ per ve
25 rum dominum, an verò amouere officia
lem, tu vide quæ ego pleniori calamo
dixi in meo tom. 2. tit. de procedent. cap.
26 2. per tot. vbi habes, quid ſi Terra ſit
vendita, an nouus emptor teneatur con-
tinuare facere officialem.

Petra n. 12. dicit diues non teneri in con-
tributione expenſarũ ex cauſa rebellio-
27 nis, ſi tamen ipſi ciues rebellioni con-
ſenſerint, tu adde quod ſi imponitur col
lecta inter ciues pro delicto commiſſo, in
quo Vniuerſitas tenetur in illa collecta,
non coguntur contribuere illi ciues, qui
de delicto ſunt innocentes, Oſaſc. deciſ.
90. n. 1. ſequitur Caballin. milleloq. fi-
nali. pro vt in ſimili ſi Vniuerſitas litigat
contradicentibus aliquibus ciuibus; ci-
ues contradicentes non tenentur ad ex-
penſas illius litis, Montanar. ad prag. 1.
de admin. Vniu n. 17. & licet ciues in cõ-
cernẽtibus cõmodum Vniuerſitatis sũt
28 obnoxij, & ſubditi patriæ, Reg. Rouit.
conſ. 73. vol. 1. tamen Vniuerſitas obli
gatur ex delicto, tam proprio, quàm ad-
miniſtratorum, Montanar. ad prag. 1. de
adminiſtr. vniu. nu. 102.

Verùm, quãdo Ciuitas feudataria delique-
rit in dominum, amittit feudum, ſecus
verò ſi pars deliquerit, & pars non, Ca-
pan. in tract. de Iur. releu. par. 5. q. 12. nu.
2. & 3.

Ad hoc enim ut Vniuerſitas delinquẽs te-
neatur de delicto, eſt neceſsè, vt conuo-
cato cõſilio faciat, & delinquat, vt addu
cit Mari infra deciſ. 47. num. 5. cui adde
Montanar. pragmat. 1. de admin. vniuer.
num. 184.

Et quando per delictum eſt damnata ciui-
tas, non cenſentur damnata caſalia, Mer-
lin. controuer. forenſ. cap. 99. nu. 9.

Et pro coronide, ſi Ciuitas receperit ali-
quid mutuo, omnes de ciuitate tenentur
32 reſtituere, Corſett. conſ. 25. num. 23. in-
ter conſ. crim. diuerſ. tom. 1. & quando
eligit ſindicum, non dicendum eſt in
culpa, & ei imputandum, Montanar. cit.
prag. 2. nu. 322.

Ad Mari à nu. 3. ad 6. vide quæ dixi in meo
2. tomo tit. de remiſſ. part.

Ad Mari n. 11. à ſententia ſindicatorum, ad
quos appellatur, vide quæ dixi ſupra
deciſ. 35.

Heliſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XXXXVII

SVMMARIVM.

Vniuerſitas quid ſit, num. 1.

*Quandò dicatur Vniuerſitas iniquitatis, nu-
mer. 2.*

*An teneatur pro delicto commiſſo per ciuem, à
num. 3. ad 7.*

*An teneatur pro delicto per ciuem de nocte, n.
8. & 9.*

*An poſſit ſtatuere, vt pro ſoluenda collecta
vendantur, vel pignorantur res vniuerſita
tis, nu. 9.*

Quando dicatur ratificare delictum, n. 10.

*An poſsit reſpondere per Procuratorem,
num. 11.*

*Quando non tenetur denuntiare delicta. num.
12. & 13.*

*Ciues an teneantur reſiſtere officiali delinquẽ
ti, & in quibus caſibus, nu. 14.*

*Debitum vniuerſitatis, an ſit ſingulorum, &
è contra, num. 17.*

Et

ET lingua ignis eſt Vniuerſitas iniquitatis. B. Iacob. cap. 3. nu. 6.

Nicolaus Loſeus in tract. de Iur. Vniuerſit. par. 1. num. 1. cum ſeqq. teſtatur vniuerſitatem nihil aliud eſſe, niſi ipſos homines vniuerſitatis, & dicitur hominum col
1 lectio in vnum corpus miſticum, & abſtractiuè ſumptum, quòd intelligo de bonis ciuibus, ſi autem mali ſunt, ex quo ad malum finem tendunt, poſſet dici potius Vniuerſitas iniquitatis, nam ex delictis
2 ciuium quandoque vniuerſitas tenetur, vt in præſenti deciſ. 47. colligitur, in qua diſputatur, an vniuerſitas teneatur de furtis, & aliis delictis, quæ committuntur per eius Ciues. quam materiam in
3 præcedenti deciſ. 45. à num. 27. & ſeq. parum exaraui, vndè alia in præſenti ſūt videnda, & primo.

Author nu. 1. quærit an Dominus teneatur pro delicto ſerui, & ciuitas pro delicto ciuis, & Petr. nu. 1. declarat vt ſi pater, uel Dominus præſens ſit, & contradicat,
4 non tenetur, & Mar. num. 1. & 4. plura dixit, tu adde Mancin. de confeſſ. cap. 3. artic. 5. num. 35. & à contrario ſenſu ſeruus Vniuerſitatis, non dicitur ſeruus ci-
5 uium, Loſeus citat. tract. de iur. vniuerſitat. par. 1. c. 1. n. 23. & ſeq. vbi plures caſus habes.

Et ad illud an Vniuerſitas teneatur pro dāno dato, vel dicto commiſſo per ſuum
6 ciuem, licèt regula ſit negatiua, ut vnus non teneatur pro delicto alterius, vt refert Auth. hic num. 1. ſequitur Petr. nu. 1. & confirmat. Mar. num. 1. tamen dato, quod virtute ſtatuti, vel banni tenere-
7 tur, dubitatur, an obligetur pro delicto de nocte commiſſo Magon. dec. Rot. Florent. 123. pro affirmatiua concludit, tu
8 tamen dicas, vt non teneatur pro delicto de nocte patrato, Oſaſch. dec. 88. num. 11. & 23. Vide Rip. in tractat. de noctur.
9 tempor. cap. 77. num. 16. niſi Vniuerſitas ratificaret delictum, Oſaſch. ibid.

Quandoq autem Vniuersitas dicatur ratificare delictum, vide Nact. conſil. 493. & Creſcent. deci. 1. de procurator. Morot.
10 conſ. 35. nu. 18.

Et an poſſit per procuratorem reſpondere, vide Miſincer. obſeruat. 79. num. 4.
11 Guid. pap. dec. 106. nu. 3. ad fin.

Et de delictis commiſſis tenetur Vniuerſitas, vel officialis loci denunciare Regiæ
12 Audientiæ. quod tu limita, niſi alius denunciauit, vel ex officio Iudex ſuperior inquiſiuerit, tunc nec officialis loci, nec
13 Vniuerſitas denunciare tenetur, Bartol. in l. 1. §. eleganter, ff. de liber. agnoſcēd. Franc. Marc. 765. cuius doctrina multas Vniuerſitates defendi.

Et ſi ciues vident officialem delinquentē,
14 tenentur reſiſtere obuiando à delicto in quantum poſſunt, dummodo duo concurrant, ſcientia nempe primum, & potentia reſiſtendi, & obuiandi ſecundum, Farinac. quæſt. 24. num. 133. & ſeq.

Author num. 9. in verb. Bannum, dicit eſſe promulgandum in locis ſolitis, & conſuetis, vt ſubditos liget, & Petr. nihil di-
15 xit, ſed tantùm Mar. num. 13. & 14. infert non ligare ſi fuerint publicata in curiis Regiis, donec in Prouincia publicata non fuerint, tu ad pleniorem cognitionem publicationis bannorum, & pragmaticarum, & an debeant publicari in
16 in omnibus locis, vel ſufficiat tantùm in famoſis, vide quæ latius dixi in meo 2. tom. tit. de Pragmaticar. public. c. vnic. per tot.

Petr. hic affirmat debitum ſingulorum non eſſe Vniuerſitatis, nec è contra, tu adde quod idem dicit Fontanell. de pact. nu-
17 ptial. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 3. num. 34. & proinde pro debito Vniuerſitatis non poſſunt exequi ciues etiam ſi nomine proprio ſint obligati, ſed debet fieri diſcuſſio in bonis, & introitibus vniuerſitatis, & illis deficientibus debet fieri exactio inter omnes ciues genericè per æs, & libram, quod intellige dummodò ipſi Ciues obligati non ſint adminiſtratores introituum communitatis, nec illius debitores ſint, & ſic quàm plurimas prouiſiones à Regia Camera Summariæ vidi relaxatas, vt ciues etiam ſi ſint nomine proprio obligati, non aſtringantur ad illorum ſolutionem, niſi modo prædicto: de iure enim quando duo rei

ſunt

ſunt obligati in aliquo, & ad vnum pecuniam peruenit, non exequi ille, niſi in ſubſidium; ſed prius exequitur ille ad quem pecunia peruenit, ex Gomeſ. in tractat. de duobus reis, cap. 12. quem ſequitur Ancharan. quæſt. famil. 45. par. 1. Rodoric. de annu. reddit. li. 2 quæſt. 5. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 8. verſ. 4. Fyrr. Maur. in tract. de fideiuſſor. par. 2. cap. 1. fol. mihi 205. Gomeſ. cit. loc. ampliat procedere etiam ſi ſint inſolidũ obligati nõ poſsũt inſolidũ conueniri, ſed pro parte, niſi alter ſit inops, vel abſens prout eadem formalia verba (Nos eidem, Gomeſ. cit. loc.

Et an Vniuerſitas poſſit ſtatuere, vt pro ſoluenda Colletta illi de regimine poſſint pignorare, vel vẽdere bona vniuerſalia, vide Petrum Iacob. in pract. in rubric. de ſtatut. Vniuerſit. num. 7. & Rodoric. de ann. redditib. lib. 1. quæſt 14. nu. 67. & ſeq.

Et in tali collecta an includantur Clerici, vide Petr. Iacob. in pract. rubric. 98. de duello, ſeù pugna, nú. 26. 27.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DEC. XXXXVIII.

SVMMARIVM.

Tempora humana ſunt, num. 1. & 2.

Sunt ſubiecta fragilitati, num. 2.

Iudex poteſt pronũciare circa ætatem ex aſpectu, nu. 3.

Aetas priuilegium perſonale eſt, & eius conſtitutio eſt de iure poſitiuo, n. 4. & 5.

Aetas in ſindico, qua nu. 6. & 7.

Aetas in tutore, quæ debet eſſe, nu. 8. & 9.

Aetas in Canonico collegiatæ, vel cathedralis, vel in alio curam Animarum habente, nu. 11. & 12.

Aetas, quæ requiritur in omnibus ordinibus Eccleſiaſticis, nu. 11.

Aetas in officialibus, quæ eſſe debet, num. 12.

Aetas in fideicommiſſo eſt conſideranda tempore mortis vltimi poſſeſſoris, & quare, num. 13.

Aetas, quæ requiritur in vno ex coniugibus, vt altero conſentiente, vnus monaſterium ingrediatur, num. 14.

Aetas, quæ requiritur in feudatario, in barone, in pupillo, & feudo habente, n. 15.

Aetas hodie in regno eſt reducta ad annos decem, & octo, nu. 16.

Aetatis probatio ex aſpectu, eſt fallax, num. 18.

Niſi alia concurrant, n. 19.

Aetas an probetur per librum Patris, & quomodo debeat eſſe liber, nu. 20. & 21.

An probetur per teſtes, & quomodo, num. 22. & 23.

An per librum Baptiſmi, & hic liber debet eſſe approbatus ab Ordinario, num. 24. & 25.

Probatur per compatres ſpirituales, nu. 26.

Per domeſticos, n. 27 per vicinos, n. 28.

Probatur per deſignationem temporis memoria digni, num. 29.

Pupillum eſſe mortuum in pupillari ætate præſumitur, num. 30.

Teſtes deponentes ſuper ætate per verbum, credo, probant, ſed debent detrahi anni decem, num. 32.

Tortus interrogari poteſt de alijs delictis, pro quibus non extant inditia de generali conſuetudine, nu. 13. & 14.

Furta commiſſa diuerſis temporibus, an pro vnico reputentur, nu. 35.

Confeſſus plura furta, ſi probauerit aliqua nõ commiſiſſe, an confeſſio erronea dicatur, n. 36. & 37.

Teſtis interrogatus vti principalis in ſe, & teſtis in alios, ſi delictum confiteatur, nu. 38.

Pater plus diligit filium, quàm ſeipſum, num. 39.

Pater an admittatur in teſtem contra filium, & in quibus caſibus, à num. 40. ad 46.

Limita, num. 47.

Filius an cogatur deponere contra patrem, & in quibus caſibus, num. 48.

Pater an poſſit caſtrari facere ſuum filium pro cantu Eccleſiæ, n. 49.

An cogat filium ad contrahendum matrimonium, num. 41.

Si

Si filius matrimonium cum indigna contraxit, an poſſit negare allocutionem, & teneatur confeſſarius illum abſoluere, num. 43.

NVnc quid dies hominis dies tui, & anni tui, ſicut humana ſunt tempora? *Iob. Cap. 10.*

Boet. de conſol. lib. 2. metr. 5. littera N. fol. mihi 30. col. 2. ex Poetarum phantaſia quatuor eſſe hominum ætates, & nos in quarta reperiri aſſerit, & Mari ſupra deciſ. 34. num. 2. plures ætates eſſe refert, quem ſequitur Baldax. de Angel. ad Follet. pract. crimin. tit. audiantur excuſatores, num. 80. Inſaniam iudico eorum, qui ętatem perquirunt, niſi eam, quæ ad delendum peccata, & ini-
1 quitates memoratur: tempora enim noſtra humana ſunt, & fragilitati ſubiecta,
2 & ideò ętas illa perfecta eſt, quæ Dei ſeruitio irrogatur, ſalutiq; Animæ impēditur, & ſi in pręſenti deciſ. 48. Grammat. Author noſter num. 18. & 19. poteſtatem iudici confert pronunciandi, circa
3 ætatem ex aſpectu. Ego materiam ampliando circa probationem ætatis afferam, quæ requirantur, & quomodo probetur ætas, cuius priuilegium eſt per-
4 ſonale, Marta de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 8. art. 1. num. 7. & eius determinatio, & conſtitutio eſt de iure poſitiuo,
5 Cæſar Manente deciſ. mantuæ 63. num. 53. & pro inde ſciendum eſt, quod diuerſa in diuerſis actibus requiritur ætas;
6 in ſindico enim Vniuerſitatis exigitur ætas de iure communi 25. annorum, vel ad minus viginti, in quo tempore eſt capax iuriſdictionis; ſed vt ſit immunis, & exemptus, & excuſetur à munere requi-
7 ritur ætas ſeptuaginta annorum, plenius dixi vtrumque articulum diſputando in meo 1. tom. tit. de priuileg. Baron. cap. 4. à nu. 12. ad 16.

Aetas in Tutore de iure communi eſt eadem viginti quinque annorum, verùm
8 hodie in Regno virtute conſtitutionis Regni (minorum iura) eſt reducta ad
9 decem, & octo annorum, Montanar. in pragmatic. 2. de adminiſtrat. Vniuerſit. num. 321.

Aetas in Canonico collegiatæ, vel cathedralis ad beneficia obtinenda tetigi in
10 meo 2. tom. titul. de præcedentia, cap. 5. num. 18. & in dignitatibus curam animarum non habentibus, requiruntur
11 ætas viginti annorum ſuper qua Epiſcopus poteſt diſpenſare, cap. 1. de ætate, & qualitate in ſexto. & de ætate in omnibus Eccleſiaſticis ordinibus, vide Guttieres. lib. 1. canon. quæſt. cap. 26. & nouè Mar. Megal. prima part. verb. ætas fol. mihi 69. prompt. moral.

Aetas in officialibus quorum annorum de-
12 bet eſſe, plura refert *Muta* tom. 3. cap. ſicil cap. 46. num. 10. & 33.

Aetas in fideicommiſſo eſt conſiderandą tempore mortis vltimi poſſeſſoris, quia hoc tempus eſt præciſum ad ſubſtāriam
13 actus, *Marta* de ſucceſſion. legal. par. 4. quæſt. 21. articul. decimo tertio, num. 51. tom. 4.

Aetas autem ſenectutis, quę eſſe debet vt in ſęculo maneat vnus ex coniugibus ſi
14 alter religionem ingredi velit, vide doctiſſ. & ſatis laudandum Antonin. Dian. Panormitan. Clericum Regularem in 4. par. reſolution. moral. qui reſolution. 73. diſtinctè, & more ſuo articulum diſputat.

Aetas verò, quæ requiritur in feudatario, in Barone, in pupillo, in tutela, ſi in no-
15 bilibus feuda habere quærentibus, uide de Franch. deciſ. 650.

Sed hodie in Regno Neapolitano ętas perfecta eſt decem, & octo annorum completorum, de Franch. cit. dec. 650. nu.
16 1. & ſeq. uerùm in muneribus publicis cæpta habetur pro completa fauoris cauſa, l. ad rem publicam, ff. de muner. & honor. & gloſ. in §. Sabinus, l. qui filium, ff. ad Trebellian. Montanar. citat. pragmatic. ſecunda de adminiſtration. Vniuerſitat. num. 320. Capoblanc. tom. ſecundo de authorita. Baron. capit. 25. num. 17.

Et dùm Author nu. 18. & ex aſpectu æta-
17 tē probari aſſerit, quē ſequitur Mari hic n. 16. & 19. licet onus probādi in aduerſa-

ſarium transferatur dicit Muta deciſ.50.
num.30.dicitur enim probatio ex ocu-
lari inſpectione, Grammat.con.ciuil.17.
18 num. 1. & ex aſpectu veritas colligitur
ex Capic.deciſ.143.num.5. Tu verò di-
cas, quòd probatio ex aſpectu non eſt de
iure admiſibilis, quia fallax eſt, de Frã-
chis deciſ.119. num. 9. verùm quando
19 cum aſpectu concurrunt alia adminicu-
la, veluti ſi negat eſſe maiorem, & ex aſpe
ctu videtur barbutus, aut grandis, præ-
ſumptio locum habet; Author hic num.
16. quod totum arbitrio iudicantis re-
mittitur, Menoch. de arbitr. iudic. caſ.
117.

Petra hic num. 3. admittit probationem
20 ætatis per librum patris, pro ut admiſit
ſupra deciſ.23.num.14. & Mari numer.
13.& 17.hic adiungit alia adminicula
cum teſtimonio parentum, & ex teſtimo-
nio parentum probatur ætas filij, dicit
Farinacc.de teſtib.quæſt.54. num. 177.
declara vt nu.178.

Tu adde, quòd ſi pater in aliquo libro ſuo.
deſcripſerit natiuitatem filii dicitur eius
21 ætas probara, Anna ſingular. 379. limi-
ta non procedere inter ruſticos, & viles,
qui notam non habent de natiuitate fi-
liorum, nec annos ſcribunt, & in iſtis pro
batur ætas per coniecturas.

Mari hic num.21.infert ætatẽ poſſe proba-
ri per teſtes legitimè vocatur per Mar-
22 cheſan.in tractat. de commiſſion. tit. de
commiſſ. reſtitut. in integrum capit. 2.
num.64.

Sed ſi teſtis deponat de minori ætate, ſed
non concludit de tempore, ætas non
23 cenſetur probata argumento eorum,
quæ dicit Theſaur. deciſ.30. numer. ſe-
cundo.

Petra hic num.6. aſſerit probationem æta-
tis fieri per librum baptiſmi, tu adde vt
24 idem affirmat Caualcan. de Tutor. &
curator.num.294.& 295. Thomat. dec.
Macerat. 67.num.9. Gurb. deciſ. 109.
nu.7.& Viu.dec.489.Verall. deciſ.314.
par. 1.

Sed hic liber debet eſſe approbatus ab Or-
25 dinario, Rip.obſeru. 247.

Probatur inſuper ætas per atteſtationem
26 Matris, & Patris ſpiritualis, Bart. conſ.
92.nu.1.Alex.con.29.nu.1.vol.7. DD.
in l.de ætate, ff.de minor.

Probatur per domeſticos; Viu. deciſ. 443.
27 ac per vicinos, Grammat.con.ciuil. 17.
28 nu. 1.& per obſtetrices Caualcan.de tu-
tor.& curator.n.296.

Probatur inſuper ætas per deſignationem
temporis, nempè ſi teſtis dixerit talem
29 eſſe natum in anno, in quo fuit coronatio
talis Regis, vel Imperatoris, vel natiuita-
tis Principis, vel quid memorię dignum,
tradidit Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.
55.num.47.& ſeq.

Et an præſumatur minor ætas, vel neceſſe
ſit eam probare, vide Ioſeph Ludou. de-
ciſ.peruſin.56.Anna con.29.n.5. & ſeq.
& con.73.nu. 1.

Et, ſi quis oppoſuerit pupillum eſſe mor-
tuum in pupillari ætate, non tenetur
30 probare, præſumitur enim in tali ætate
31 deceſſiſſe, ſed aduerſarius probare tene-
tur, Garſia dict.204.

Probarur per delationem tutelæ, vel curæ
delatæ à Iudice, etiam contra tertium,
vt Caualcan.ibidem num.294. dicit, &
tationem aſſignat, quia illud inſtrumen-
tum tutelæ probat ætatem, nedùm con-
tra contrahentes, verùm etiam contra
tertium, contrarium tamen dicit Anton.
Fab.dec. 55.de probat. Benintend. de-
ciſ. Bonon. 82. ſcilicet, quòd decre-
tum tutelæ delatæ, vel curæ non pro-
bat ætatem minorem in præiudicium
tertij.

Hæc ſufficiant, quò ad ætatis probatio-
nem.

Si verò teſtis deponens ſuper ætate dixe-
rit per verbum (credo, probat ex addu-
32 ctis per Marant.conſ.12.num. 7. tamen
ab illa ætate detrahuntur anni decem,
Verall.dec. 57.par.3.

Author num.1.& 2. teſtatur, vt ſi quis cõ-
fitetur vnum furtum, tàm cum tortura,
quàm ſine, legitimis præcedentibus in-
ditiis, poteſt nedùm interrogari de aliis
delictis, & furtis, pro quibus inditia non
extãt de gñrali cõſuetudine Italiæ, & Pe
tra hic num. 1.ampliat procedere ẽt in
aliis delictis, & interrogatio debet eſſe

non

non ſpecialis, puta de ſpeciali delicto,
de quo non conſtat, ſed debet eſſe gene-
ralis, puta ſi alia delicta commiſerit, Car-
tar. de eſecut. ſent. cap. 2. num. 84. Mari
verò hic num. 3. & 4. improbat hanc cõ-
ſuetudinem, & proinde diſtinguit, aut
contra inquiſitum viget fama eſſe cri-
minoſum, & tunc conſuetudinem ipſam
approbat, aut verò nulla fama laborat,
& tunc conſuetudo eſt reiicienda,
& per conſequens de aliis delictis in-
terrogari non debet ſi inditia non ex-
tant.

Ego autem tutus deciſ. Afflict. deciſ. 176.
& Marantæ conſil. 117. dico non poſſe
puniri quem interrogatum de alio deli-
34 cto, ſi de eodem delicto non conſtat,
quia illa confeſſio dicitur incidenter fa-
cta, nec confeſſioni ſtandum, niſi adſint
probationes, Vrſill. ad *Afflict.* citat. dec.
176. in princip. Farinac. q. 81. cap. 7. n.
250. & ſeq.

Et confeſſus plura, & diuerſa furta commi-
ſiſſe diuerſis temporibus, an vniantur,
35 & vnicum furtum reputetur, vide quæ
dixi in tom. 2. tit. de furt. cap. 5. num. 18.
& ſeq.

Verùm ſi quis confeſſus fuerit plura furta,
tamen probauerit aliqua non commiſiſ-
ſe, & ſic non omnia confeſſata; an pro
36 omnibus confeſſatis puniatur, an verò
pro verificato tantùm, & confeſſio præ-
ſumatur erronea in omnibus, *Mele* ad
Giurbarell. deciſ. 86. num. 25. mouet ar-
37 ticulum, & remittit ſe ad Viſcontem
in concluſ. iur. verb. confeſſ. delict.
Viſcont. & remittit ſe ad Farinac. q. 81.
nu. 21. Farinac. & loquitur extra caſum
propoſitum.

Et ſi teſtis interrogatur vt principalis, quò
ad ſe, & teſtis quò ad alios, ſi delictum
38 confitetur, poterit ex tali confeſſione
ipſe confitens puniri, & condemnari, &
præſertim in caſu, in quo principaliter
proceſſus in ipſum dirigitur, Farinac.
quæſt. 81. num. 249. contrarium defen-
dit Mancin. de confeſſ. cap. 3. articul. 2.
num. 23.

Auth. num. 13. teſtatur Patrem plus dilige-
re filium, quàm ſeipſum, tu adde, quod
39 idem dicit Ciazz. diſcep. foreuſ. cap. 91.
num. 3.

Author num. 13. aſſerit Patrem pro filio te-
ſtificari non poſſe, nec è contra, tu ad-
de, quod etiam si voluerit deponere
Pater contra filium non admittitur, &
quando cogitur ad deponendum ex de-
40 poſitione patris fortè facta poteſt filius
tormentis ſubiici, & nullum inditium
facit, ſic ex multis affert Ciazz. citat. di-
ſceptat. 91. à num. 1 ad 7. & adeo patria
poteſtas eſt, vt pater cogere valeat filiũ
ad contrahendum matrimonium, & non
incurrit in excommunicationem, Sabt.
Concil. Trident. Seſsion. 24. cap. 9. de
matrim. sic nouè tuetur Antonin. Dia-
na part. 4. reſolut. moral. reſolut. 33. verſ.
41 aduerte, si verò pater promiſerit, vt fi-
lius tale matrimonium contrahere ha-
beat, & præceperit filio, vt illud con-
trahat, an filius teneatur præcepto pa-
tris parere, vide Dian. citat. part. 4. re-
ſolut. 132.

Tamen si filius matrimonium contrahit cũ
indigna contra voluntatem parentum
cum familiæ conditionis deterioratio-
42 ne, poteſt Pater nedùm ipſe negare
colloquium huic filio, ſed præcipere
aliis filiis, vt cum tali eorum fratre, qui
familiæ per matrimonium præiudicauit,
ne conſortium habeant, nec ad domum
recipiant, quòd intellige duobus con-
currentibus: Primò, vt fiat non
odio, ſed ſolùm ad iſtam iuſtam vindi-
ctam familiæ honorem, & aliorum ma-
43 iorem cautelam: Secundò, non ſit *in*
perpetuum, ſed tantum ad tempus, &
donec cenſeatur ſatisfactum illi pœnæ,
& poteſt à confeſſario abſolui pater ta-
lia negans, sic nouiter reſoluit Diana
44 citat. part. quarta, reſolut. 182. ſed non
poteſt pater exhæredare filium si eo pa-
tri inuito contrahit matrimonium, Bar-
boſ. ad Conc. Trident. ſeſſ. 24. de refor-
mat. matrimon. cap. primo, num. 3. fol.
mihi 317.

Quod ſupra dictum eſt Patrem non admit-
ti in teſtem contra filium, amplia vt in-
telligatur etiam in matre tũ ex illa regu-
45 la, vt appellatione parentis veniat ma-

ter cum etiam quia idem amor, immò maior procedit in matre, quàm in patre, Farinacc. qui multos affert, quæſt. 54. num. 146.

Et hoc caſu procedere affirmo etiam ſi pa-
ter depoſuerit pro filio emancipato, ea-
36 dem enim ratio militat, & quamuis per
emãcipationem ceſſat paterna poteſtas,
non autem ceſſat paternus amor in fi-
lium, & proinde repellitur Campegg. in
tractat. de teſtib. regul. 2. verſ. 2. Anton.
Gabriel. tit. de teſtib. concluſ. 17. num. 7.
Maſcard. concl. 1148. nu. 5.

Quod non habere locum infraſcriptis ca-
ſibus affirmo, primò in crimine læſæ Ma-
47 ieſtatis; ſecundò, in crimine hæreſis,
tertiò, ambobus volentibus, nempè Pa-
tre deponente, & filio conſentiente, vt
pater deponat contra ipſum filium, Fari-
nacc. citat. quæſt. 54. numer. 173. 175.
& 176.

Et è contra filius non cogitur deponere
contra patrem, & ſi cogitur deponere,
48 nõ poteſt propter depoſitionem filij pa-
ter torqueri, nec Iudex poteſt hanc iuris
prohibitionem tollere, vt filius contra
patrem deponat, quia eſt introductum
ex reuerentia paterna, & naturali iure,
quibus Iudex derogare non poteſt, Ci-
azz. diſcept. 92.

Sed poſtquam ſupra dixi filio conſentiente,
quæritur, an pater poſſit filium ſuum
49 caſtrare, conſenſiente tamen filio, vt
poſſit in cantu Eccleſiæ, cum pulchra
voce vacare, vide Dian. par. 3. reſolut.
38. fol. mihi 158.

Conueniret huic deciſioni aliqua de furto,
& furum enarrare, verùm quia in meo
50 2. tom. amplum diſcurſum de furtis feci
in tit. de furt. ibi te remitto.

Heliſæus Danza.

ADDICT. AD DECIS. XXXXIX.

SVMMARIVM.

Emphiteuta alienans partem rei emphiteoticæ inrequiſito Domino an à tota re cadat, vel à parte alienata tantùm, à num. primo ad 7.

Quid in alienatione feudi, num. 8.

Clauſula appoſita in alienatione rei emphiteuticæ ſaluo aſſenſu quid importet à num. 10. ad 20.

An impediat diſpoſitionem, nu. 17.

Quid ſi poſſeſſio fuerit tradita, num. 18. 19. & 20.

Clauſula poſita in alienatione rei emphiteoticæ, ſaluis iuribus Domino directo quid operetur, nu. 21.

Et ſi dixerit ſaluis iuribus alienis quid importet, nu. 22.

Clauſula ſine conſenſu Domini, cuius effectus ſit, nu. 24.

Clauſula ſine præiudicio iurium tertij, quid importet, nu. 25.

Clauſula dummodo non ſit alteri ius quæſitũ quid importet, nu. 27.

Clauſula noſtra curię ſaluis ſemper iuribus cenſetur impoſita in aſſenſu feudi, nu. 28.

Emphiteuta poteſt imponere ſeruitutem in re, durante tamen tempore emphiteotico, à num. 31. ad 35.

Emphiteuta locans ad longum tempus rem emphiteuticam, an cadat à iure ſuo, à num. 36.

Quid ſi hipoticauerit, vel pignorauerit, numer. 37.

C*Vr nos decipere fraude voluiſtis ita quę ſub maledictione eritis. Ioſue cap. 9. num. 22.*

Boet. de conſolat. lib. 4. proſ. 6. fol. mihi 72. lit. C. miratur de ignorantia hominũ, ex quo ignorant. quod vnicuique conueniat, malis enim mala proueniunt, quia malum cogitant, & malum operantur, malum. n. egit. Petrus in hac dec. per Auth. enunciatus alienando rem monaſticam eo inrequiſito, cogitabat ex clau-

ſula

ſula poſita in contractu ſaluo(aſſenſu bo-
num ſibi obuenire; ſed ex oppoſito ma-
lum prouenit, & ſe ipſum offendit,& cō-
ueniunt præcitata verba Ioſue cum per
ſac. conſ. non obſtante clauſula reſerua-
tionis aſſenſus, fuit deciſum partem alie
natam eſſe deuolutam, vt in præſenti
deciſ. 49. Auth. nos docet quàm ſequi-
tùr Caſtill. deciſ. 41. n. 6. & Viu. deciſ.
234. duo reaſſumuntur additionibus di-
gna primum nēpè an alienata aliqua par
te ex re emphiteotica inrequiſito Do-
mino tota res emphiteotica deuoluatur,
an verò pars alienata tantùm.

Secundum an clauſula (ſaluo aſſenſu Domi
ni operetur,ita vt nō poſſet dici res alie-
nata ſi aſſenſus non concedatur,& in his
duobus pendet tota virtus huius ſermo-
nis, & diſcurſus.

Quò ad primum refert Auth. hic per multa
media fuiſſe deciſum partem alienatam
eſſe deuolutam, non autem totam rem
emphiteoticam, & Mari hic, n. 1. mul-
tos Doctores cumulat, & Petra perbel-
lè diſcurrit, an cenſuarius cadat à iure
ſuo ſi partem canonis ſoluat.

Contra tamen iſtam opinionem Auth. ad-
ſunt multi Doctores ſubſtinentes alienā-
tem cadere à tota re emphiteotica, non
autem à parte alienata,& ſunt. Cornazz.
deciſ luceuſ. 112. & 210. Rolād. à Vall.
conſ. 17. n. 11. 18. & 21. vol. 2. Natta
conſ. 479. Surd. in tractat. de aliment.
tit. 9. quæſt. 26. n. 68. Anton. Gamm.
deciſ. luſitan. 156. ad fin. arguendo de
locatione vltra triennium, & adeo eſt
contrarietas Doctorum, vt neſciri poſſit
quæ opinio ſit verior,& Clar. in. §. em-
phiteuta n. 10. aſſerit nō inueniſſe Doc-
torem atteſtantē, quæ opinio ſit æquior

Tu autem non recedas à propoſita conclu-
ſione, vt cadat tantum à parte alienata
4 iuxta deciſ. Auth. quam ſequitur Rolād.
cit. conſ. 17. num. 1. & 9. Clar. cit. §. em-
phiteuta num. 10. Magon. dec. Florent.
19. ad fin. & dec. 145. num 11. Vincent.
Honded. conſ. 51 num. 34. vol. 1. Caſtil.
5 cit. dec. 41. num. 6. qui hanc commumē,
& æquiorem appellat, & ibid. addentes
& ex noſtris regnicolis Ann. ſingul. 170.
Vrſill. ad Affl. deciſ. 107. num. 7. Viu. de-
6 ciſ. 234. ad fin. & iterum in commun.
opinion. opin. 241. num. 4. part. 1. con-
ferunt dicta per Franch. dec. 267.

Et ratio eſt quia caducitates ſunt odioſæ,
& in quantum poſſibile eſt, ſunt euitan-
7 dę, & in eis ſtricta eſt facienda interpre-
tatio, quod ampliatur procedere etiam
ſi res in pluribus partibus conſiſteret ex
dictis per Reg. de Apont. con. 57. volm.
primo.

Et ſi fuerit impetratus aſſenſus ſuper alie-
8 natione totius rei emphiteocæ, & fuerit
non tota res, ſed pars elienata, vide Reg.
de Apont. cit. con. 57.

Quæ concluſio habet locum etiam in alie-
9 natione feudi Apont. ibid. & Hodiern.
ad Surd. dec. 188.

Deuenio ad ſecundum, nempè quid ope-
retur hæc (clauſula ſaluo aſſenſu,& per
Auth. hic num. 3. & 5. & licèt multa de
10 clauſulis oſtendat Mareſcott. variar.
reſolut. in verb. clauſula, & de hac clau-
ſula ſaluo aſſenſu, & non aliter, nec alio
modo remiſſiuè loquitur *M*ele ad Giz-
11 zarell. deciſ. 29. num. 2. & 3. & iterum
dec. 22. num. 28.

Et licèt hæc clauſula ſaluo(aſſenſu opere-
tur, vt donec aſſenſus non fuerit præſti-
tus, cenſeatur rés in ſuſpenſo, & impe-
12 diat diſpoſitionem Conſ. Theodor. al-
legat. 19. num. 6. & clauſula (non aliter,
nec alio modo, importat conditionem,
& inducat formam Conſil. Marcian. cōſ.
25. num. 8. *M*ontan. de regalib. titul. de
regalib. offic. num. 65. ad med. fol. mihi
238. Conſ. Giorg. allegat. 31. num. 3. &
ſunt præciſa verba, & inducūt formam,
& generaliter negant potentiam, ita ut ſi
13 aliter fuerit factum contra tenorem, di-
citur nullum, Præſidens Capicius Ga-
liota controuerſ. Illuſtr. lib. 1. controuer.
14 11. numer. 31. & quando eſt illa ſim-
plex clauſula (ſaluo aſſenſu abſque illis
verbis non aliter, nec alio modo non
operatur de iure, cum ſit contraria facto,
& dicitur proteſtatiua, Paul. Straiban.
conſ. 95. num. 60.

Tu tamen, quod attinet ad propoſitum no-
15 ſtrum, an propter reſeruationem aſſen-
ſus

ſus incidat venditor in caducitatẽ diſtin
16 gue, aut alienatio eſt facta cum reſerua-
tione aſſenſus, & re vera res non eſt tra-
dita, & tunc vendẽs non cadit à re ven-
dita, nec etiam cenſetur facta alienatio
17 ex clauſula, ſaluo aſſenſu quę diſpoſitio-
nem impedit vt ſuprà dixi ex conſiliar.
Theodor. alleg. 19. n. 6. & ex adductis
per Flamin. Monaci ad Minadoes deciſ.
18 24. n. 4. imo etiam ſi res tradatur per il-
lam reſeruationem non incidit in com-
miſſum licet contractus ſit nullus vt de-
clarauit Sac. conſ. per Minadoes deciſ.
24. & hoc eſt illud quod declarare voluit
Petr. hic n. 8.

Aut verò 2. caſu poſſeſſio eſt tradita qua-
muis ſit hęc proteſtatio, ſiue clauſula cũ
19 reſeruatione aſſenſus, & tunc non pro-
deſt, nec operatur, Dominus enim vide-
20 tur contemptus quando eſt tradita poſ-
ſeſſio de Franch. deciſ. 267. n. 1. & ſuf-
ficit rem eſſe traditam, quia reſeruatione
aſſenſus non obſtante incurrit in caduci-
21 tatem, Reg. Tapp. deciſ. conſ. Neap. 5.
n. 24. ad. med. ſi verò emphiteuta in
alienatione dixerit tantum ſaluis iuribus
Domino directo competentibus: dicas
quòd hęc clauſula modificat, limitat, &
reſeruat, Lanar. conſ. 15. n. 27.

Et ſi dixerit (alienis iuribus ſemper ſaluis
quid importet hęc clauſula vide, Afflict.
22 in cap. 1. col. 7. ver. quando ſucceſſor
tenetur, Hoffred. conſ. 47. verùm ſi alie-
natio eſſet facta ſine conſenſu Domini
ille Dominus non poteſt propria autho-
ritate expellere emptorem, ſed requiri-
23 tur citatio, & ſententia, Afflict. decis. 97.
Anton. Queſada q. iur. cap. 32. Menoc-
ch. de recuperat. remed. 5. numer. 44.

Quę clauſula ſine conſenſu Domini à Doc-
toribus interpetratur ad effectum tantũ
24 caducitatis, & deuolutionis, quando dãu-
num ipſius Domini directi concernit nõ
autem ad aliud prẹiudiciũ ſic fuiſſe de-
ciſum, refert Mareſcott. variar. reſolut.
lib. 2. cap. 117. n. 18.

Et per clauſulam (ſine prẹiudicio iuriũ ter-
tii, ſiue (ſaluis iuribus tertii operatur, vt
25 conſtituat rem integram, & ad eandem
inſtantiam redducat iudicium, & eius vir-
tute cauſa terminari debet coram eodẽ
iudice, Conſiliar. Carleual. in tractat. de
26 iudic. n. 950. & ſi fuerit poſita in priui-
legio, facit actum conditionalem, & ac-
tus contra ipſius formam habetur pro
non facto, Mareſcott. lib. 2. cap. 138. n.
27 1. & 2. clauſula (dummodo n. 3 ſit alteri ius
quæſitum, intelligitur de iure puro, &
irreſolubili non de conditionali, & incer-
to, Valenzuel. conſ. 128. n. 165. vol. 2.
& ex Regnicolis, D. Galiota controuer.
illuſtr. lib. 1. controuerſ. 14. n. 25. Mõtan.
28 de Regalib. tit. de Regalib. offic. ſub. n.
56. fol. mihi 226. col. 2. verſ. nec quic-
quam, vide Capan. in tractat. de releuio
part. 3. queſt. 10. Reg. de Ponte de preſt
Proreg. tit. de aſſenſib. Reg. ſuper alie-
nat. feudor. S. 1. n. 5. quæ clauſula alienis
iuribus ſemper ſaluis præſumitur in quo-
29 libet priuileg. Reg. Rouit. in prag. 1. ubi
de delicto n. 16. quia clauſula (ſaluo iure
alterius ſemper intelligitur in Principe
Afflict. dec. 334. n. 2. vide Staiban. conſ.
30 82. n. 40. & in cõceſſione aſſenſus feudi,
etiam ſi non apponatur, cenſetur appoſi
ta illa clauſula (iuribus noſtrę curię ſem-
per ſaluis, Reg. Conſtant. in l. vnic. C.
de claſſicis, n. 153. ad med. lib. 11. Af-
flict. deciſ. 334. n. 5. & 6.

Sed poſt quam vt ſupra dixi emphiteuta
non poteſt alienare irrequiſito Domino
31 verum poſſit alia facere, dicas quod po-
teſt in re illa emphiteotica imponere ſer
uitutem gloſ. in l. in Prouincial. C. de
ſeruitutibus, & aqua, Cappell. tholos
32 deciſ. 461. qui dicit quòd poteſt impo-
nere ſeruitutem, ſine requiſitione Do-
33 mini, concordat Guid. Pap. deciſ. 575.

Et hæc ſeruitus durat tantum durante tem-
pore emphiteotico, Afflict. dec. 380.
34 quòd debet intelligi ſi res deuenerit ad
directum Dominum iure dominii, tantũ
ſi alio enim titulo peruenerit, ſecus erit
35 puta tanquam perſona priuata, Guid.
Pap. cit. deciſ. 575. Caſſan. in conſuetud.
burgun. lib. 3. S. 8. n. 37. ad fin.

Et, ſi emphiteuta non vendiderit irrequi-
ſito Domino, neque ſeruitutem impo-
36 ſuerit, ſed ad longum tempus locauerit
dicas, quòd adhuc à iure ſuo cadit,

Gam-

Gamm. deciſ. Luſitanenſ. 46.
Et ſi illam hypotecauerit, vel pignoraue-
37 rit, non cadit à iure ſuo, Gamm. deciſ. Luſitan. 28.

ADDITIO AD DEC. L.

Agitur hac in dec. de materia blaſphematorum, & blaſphemię, quam latiſſimè, & non parco calamo exaraui per titulum ſeparatum de blaſphemia, & blaſphematore, vbi qua pœna puniūtur blaſphematores, quibus verbis cōmittatur blaſphemia, vbi te remitto.

ADDITIO AD DECIS. LI.

Prætermitto hanc deciſ. 51. cum diuina fauente clementia ſermonem ſeparatū de iure offerendi faciam.

ADDIT. AD DECIS. LII.

Agitur, in hac dec. de materia emphiteotica, quam omitto cum eam dixi ſupra deciſ. 49.

ADDITIO AD DEC. LIII.

SVMMARIVM.

Accuſatores adeſſe intereſt reipublicæ, & quare, num. 1.
Accuſatio de Hereſi, & alio publico delicto eſt publica, & omnes poſſunt accuſare, n. 2.
Accuſatio, quæ requirat, n. 4.
Si eſt facta calore iræ, debet per Iudicem abſolui, num. 4.
Accuſatus, an pendente accuſatione poſſit reaccuſare, n. 5. ad 10.
Quid fiſco iſtante, n. 12. Quare, n. 11.
Quid ſi eſt facta eidem due, vel ſequenti. nu. 13. & 14.
Accuſatio, ſi differtur, an admittatur, n. 14.
Reaccuſatione admiſſa, an ſit ſuperſedendum in accuſatione, n. 15.
Falſitate pendente in cauſa inſtrumenti, an ſit ſuperſedendum in cauſa ciuili, n. 16.
Accuſatus, an teneatur apponere diem, locū, & tempora, qualitates, n. 17.
Accuſator, an faciat indittum, n. 18.
Accuſatores duo ſocij in crimine, an poſſint ſe ad inuicem accuſare, n. 19.
Accuſatur, & puniri petens pares ſunt, n. 20.
Capiens aliquem in aliena iuriſdictione ſine licentia ordinarij, punitur de vſurpata iuriſdictione, n. 21.
Clericus offenſus, an poſſit querelare offenſorē coram laico; & cum proteſtatione, citra pœnam ſanguinis. & hac proteſtatio quid operetur, n. 22. 23.
Officialis accuſatus, an poſſit officio priuari, vel reamoueri, n. 24. ad. 39.
Officialis priuatus officio, an priuetur beneficio, & emolumentis, n. 48. & 41.
Quid ſi fuerit in cauſa appellationis abſolutus an recuperabit emolumenta, n. 42.
Canonicus condemnatus, inde per appellationē abſolutus, an recuperet diſtributiones quotidianas, n. 43.
Excommunicatus abſolutus, an recuperet fructus pendente excommunicatione ſuſpenſos, num. 44.
Excommunicatus pro debito, vide abſolutus an recuperet fructus, pendente termino excommunicationis interceptos, nu. 44. ad finem.
Inquiſitus an poſſit pendente inquiſitione officia petere, n. 45.

Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum ſicut fecit, ſic fiet ei, Leuit. cap. 24. num. 19.

Omni tempore fuerunt accuſatores, & delatores, ſed diuerſis temporibus diuerſimodè habiti; tempore enim romanorum fuerunt prę miati, vt refert Tacitus lib. 4. annal. immo à Nerone imperatore quartam partem bonorum à condemnatis exactorum fuiſſe tributam, refert Alex. ab Alex. lib. 4. genial. dier. cap. 22. & reputabantur tanquam cuſtodes legis ad terrendum delinquentes, vt refert Bouadil. lib. 5. politicor. cap. 1. num. 75. verb. Eſtos delatores, fol. mihi 554. Hinc Taſſon. iu tract. de antefat. verſ. 11. offeru. 1. num. 4. infert, quòd accuſatores habere intereſt reipublicæ, vt eorum metu refrænetur audacia, & prohibeatur anſa delinquendi.

Verùm tamen ex Ariſtot. lib. 6. politicor. cap. 5. non permittitur, dùm in eos valdè animaduertit, & Bouadill. lib. 5. politicor. cap. 2. num. 92. aſſerit Rempublicā benè

benè ordinatam oportere, calumniato-
res grauiter animaduertere, ſunt etenim
multi, qui falſò accuſant, & falſò reaccu
ſantur, & conuenit dictum, ſicut fecit,
ſic ei fiet, nimirum igitur ſi in pręſenti
deciſ. 53. accuſatus pendente accuſatio
ne fuit reaccuſatus: hinc ſumpta occa-
ſione, decet materiam iſtam exarare,
vtrum accuſatus pendente accuſatione
poſſit reaccuſari, vt habetur in præſenti
deciſ. 53. in qua Petra, & Mari pauca di
xerunt quam ſequitur Muta tom. 4. ca-
pitulor. ſicil. cap. 150. n. 2. Clar. quęſt.
14. n. 12. ad med. Maſtrill. deciſ. 8. & ex
noſtris de Thoro tom. 1. comped. deciſ.
verbo (accuſatus, fol. mihi 17. col. 1. in
qua Gram. Auth. plures ritus citat, ſed
non in ordine, tu ſcias, quòd in ordine
Carauit. ſũt ritus 66. 191. & 193. eſt ſci-
endum quòd nedùm de Hæreſi, verùm
2 etiam de omni alio publico delicto poſ-
ſunt omnes accuſare, Marcellus Megall.
in promptuar. in verbo (accuſatio, num. 9
& 10. Muta cit. tom. 4. cap. 149. & iterũ
tom. 5. cap. 359. num. 5. Ricc. dec. 135.
num. 1. par. 2. & quando dubitatur, an
pro publico intereſſe debet recipi, vel
ne, eſt admittendus accuſator, inde par
3 ta inſtante fit diſcuſſio, ſi debent reiici,
vel ne, Maur. Burg. in tract. de modo pro
cedendi ex abrupto, quæſt. 18. num. 16.
& ex noſtris teſtatur de Franchis deciſ.
382. num. 10. verùm quando accuſatio
eſt facta ab eo, cuius intereſt, & ſi non
probauit, nõ tenetur nec de infamia, nec
de calumnia, neque ad expenſas, Muta
cit. tom. 5. cap. 359. num. 20. nec accu-
ſator tenetur in caſibus, quos infra de-
ſcribam.

Verũ, vt accuſatio valeat, tria deſiderantur
primùm, vt delictum ſaltim per duos te-
4 ſtes probatum ſit; ſecundum, vt ſit ſine
ardore vindictæ, ſed tantùm zelo iuſti-
tiæ; Tertiùm, vt delictum ſit verè com-
miſſum ab accuſato, aliàs non admitti-
tur, & accuſans mortaliter peccat, ſic
doctè tutatur Marcell. Megal. in prom-
ptuar. in verb. accuſatio, num. 7. & iterũ
in tractat. variar. reſolut. 151. num. 1. qui
in promptuario cit. verb. acccuſatio, nu.
12. dicit quanto tempore præſcribatur
accuſatio. Immò ſi accuſatio eſt facta ca-
lore irę, & primi motus, debet per Iudi-
cem oboleri, Reg. Valenzuel. conſ. 142.
num. 10. vol. 2.

Tractatur in hac deciſ. ille frequẽs, & quo-
tidianus atticulus, an accuſatus poſſit
pendente accuſatione accuſantem reac-
5 cuſare, & Auth. diſtinguit; aut de eodẽ,
vel pari, vel maiori crimine tractatur, &
tandem concludit, vt, ſi accuſatio, & re-
accuſatio ex eodem fonte deſcendunt,
6 poteſt ſuper vtraque procedi, Exemplũ
ponit in accuſante de periurio virtute
vnius inſtrumenti, qui poteſt de periurio
reaccuſari uirtute eiuſdem inſtrumenti
ab accuſato, & ſic fuiſſe decisum, quod
idem dixit, & hoc decretum adduxit in
conſtitut. Regn. ſi ciuiliter agens, ad fin.
quem ſequitur Clar. in pract. crim. q. 14.
uerſ. 3. eſt caſus ad fin. qui ad med. mul-
tas opiniones refert, & ſeruatum non ui-
diſſe, ut accuſatus reaccuſet de eodem
facto; deſtrueretur enim practica per ac-
cuſationem namque reus admitteretur
7 ad defenſiones extra carceres, & ſic ſer-
uari aſſerit, etiam ſi ſecunda quęrela eſ-
ſet pro grauiori, ſed tandem teſtatur in
illo Ducatu ſeruari, ut ad inſtantiam fi-
ſci ſemper recipiuntur accuſationes, &
8 reaccuſationes, & informationes aſſumũ
tur nulla habita diſtinctione, an de eodẽ
9 crimine poſſit ſequi reaccuſatio, aſſerit
tamen quando accuſatus reaccuſat ea
cauſa, ut accuſatio ſuum non ſortiatur
effectum, poteſt cautio ab accuſatore
ſumi de pręſentando toties quoties Iu-
10 dici uidebitur, & inde ſuper prima quę-
rela procedere.

Et ratio quare accuſatus pendente accuſa-
ſatione reaccuſare non poteſt, ea eſt,
quia non debet quis alium reaccuſare,
11 niſi prius ſe lauet, & expurget ab eo cri-
mine, pro quo fuit accuſatus, ne conſe-
quatur effectum reaccuſationis per ex-
ceptionem, & reaccuſationem, Muta to-
mo 4. capitulor. Sicil. cap. 150. num. 2.
12 & adeò uerum eſt, vt neque fiſco iſtante
poteſt in reaccuſatione procedi, ſic ex
authore noſtro ampliat Muta illo in Re-

gno

Regno ſeruatur,tom.4.cap.150.n.3.
Nos verò hic ſeruamus, vt ſi reaccuſatio
eſt eadem die, vel ſequenti porrecta re-
13 cipitur,vt affert Grammat. in conſtitut.
Regni (ſi ciuiliter agens,num.3. ſi verò
non die eadem, vel ſequenti, ſed poſt
quam eſt captum in informatione,
porrigitur reaccuſatio, recommitti-
tur ei,cui per prius fuerit commiſſa, vt
de veritate facti pro vtraque parte ſe
informet, & eſt proponenda infra legi-
timum tempus, Burg. de Mod. proce-
dend.ex abrupr.quæſt.18.num.41.aliàs
ſi extra tempus porrigitur, eſt nulla,
Burg.ibid.nu.43.
Et quando accuſatio, ſiuè reaccuſatio, diù
differtur, non recipitur; ex tarditate .n.
14 præſumitur dolus, Ciazz. diſcept. fo-
renſ.diſcep.30.num.23.Muta tom.4.ca-
pitulor.Sicil.cap.141.num.13. & iterũ
tom.5.cap.360.num.92. & ex noſtris
Conſilar. Merlin. controuerſiar.forenſ.
cap.16.n.12.
Immò quando reaccuſatio eſt admiſſa, eſt
ſuperſedendum in accuſatione, Muta
15 tom.4.capitulor.Sicil.cap.150.nu.1.&
ex noſtris Afflict. in conſtitution.Regni
(ſi ciuiliter agens, pro vt in ſimili, ſi
16 fuerit porretta accuſatio ſuper falſitate
inſtrumenti, ſuperſedetur in cauſa ciuili
etiam in cauſa falſitatis teſtium, Ioſeph
Ramonius Hiſpanus inſignis Doctor,
con.73.n.34.& 35.
Tu ſcis;quòd accuſator tenetur de iuris di-
ſpoſitione apponere diem, locum, tem-
17 pus,& alias qualitates,immò & qualita-
tes omnes probare,aliàs ſuccumbit exẽ-
plum, si accuſat de vulnere cum ſangui-
ne,vel cum talibus armis,si de qualitate
ſanguinis non fuerit probatum, vel de
qualitate armorum,ſuccumbit,Muta to.
4.capitulor.Sicil.cap.159.nu.2.& iterũ
tom.7.cap.52.num.10.nunc ſcias,quòd
non tenetur apponere diem,locum, &
tempus,& ſic limitatur illa prepoſitio;
quando eſt facta acuſatio coram Princi-
pe,vel Papa,coram quo tot requiſita nõ
deſiderãtur,Mut.to.4.cap.72.n.5.& 6.
nec in delictis clandeſtinis commiſſis
addict.cap.73.littera D.

Scias tamen, quod accuſator, ſiuè denun-
ciator nullum inditium facit ex dicto ſuo
18 nec ad inquirendum etiã in leuibus, ſed
tantũ ad capturã,Ciazz. diſcept. forenſ.
19 diſcep.8.num.7.& iterum diſcept.117.
num.6. Nec poteſt eſſe teſtis, Ricc.dec.
226.num.21.& Vulpell.conſ.24.nu.4.&
ſi examinatur vt teſtis nõ probat,Ciazz.
diſcep.118.nu.6.& diſcep.30.nu.20.&
quando eſt ſocius criminis, in totum re-
20 pellitur; Ciazz.diſcep.192.nu.11.& ſi
quis non fuerit accuſator;neque denun-
ciator, ſed tantùm petat puniri, dicatur
obtinere locum accuſatoris, vel denun-
ciatoris,Gramm.Auth.noſter ſuper dec.
39.n.6. nomen accuſatoris tribuit illi,
qui detulit, quia pares ſunt effectus etiã
quò ad punitionem,Gallupp. in practica
cap.5.n.80.vide Menocch.coſ.263.lib.
3.& ſi duo ſunt ſocii in eodem crimine,
& participes non poſſunt ſe adinuicem
accuſare,l.ſi filium, C.de liberal. cauſa.
& ibi gloſ.fallit in cauſa hæreſis, & ma-
trimoniali,Ricc.deciſ.citata 226. num.
6.& 8.
Et capiens aliquem in aliena iuriſdictione
ſine licentia ordinarij, quia illi officiali
fit iniuria, poteſt accuſari de vſurpata iu-
riſdictione, Capeblanc.de auth. Baron.
tom.1.cap.19.nu.5.
Pono tibi caſum,qui in dies euenit;clericus
eſt offenſus,poteſt quærelare coram iu-
22 dice laico offenſorem; cum proteſtatio-
ne tamen, citra pœnam ſanguinis, quæ
tendit ad modicam pœnam, vel ciuilem
emendationem,eſt tamen neceſſe,vt Iu-
dex ad hoc, vt valeat pęnam ſanguinis
imponere, proceſſum nouum inchoa-
re, quia per depoſitionem teſtium exa-
minatorum cum dicta proteſtatione non
cenſetur probatum delictũ,vt ſequi poſ-
ſit condemnatio,ſic Reg.Rouit.in prag.
23 8.de compoſ.n.36.& ſeq. & quod tales
Clerici tales quærelas porrigentes, etiã
cum tali proteſtatione efficiantur irregu-
lares, & mortaliter peccant, vide *Me-*
gal.to.2.variar.reſol.reſolut.151.Moder-
ni tamen in tract.de iuriſd.con.136.n.7.
aſſerũt poſſe Iudicẽ pęnã etiã ad mortẽ
imponere nõ obſtãte iſta proteſtatione.

Et, ſi fuerit accuſatus officialis de aliquo crimine, an poſſit officium continuare, vel eo priuari, & ad aliud non admitti? quæſtio quotidiana eſt, & articulus fre-
34 quens; nam in dies officiales locorum accuſantur,& ab accuſatoribus,ſiuè æmulis petitur eos ab officio ſuſpendi,Ludouic.Roman.ſingular. 443. affert, vt, ſi ex accuſatione officialis eſt effectus infamis,apud graues viros non admittitur.

D.Franc.de Caſtill.dec.ſicil.162.n.31.32 & 33.diſtinguit; aut delictum eſt enorme,& tūc ſuſpendi ab officio poteſt; aut verò eſt leue veluti de culpis,& tunc nō ſuſpenditur; ſed ad ſindicatum remittitur: aut verò delictum non eſt nec enorme,nec leue, ſed ordinarium, & tunc ſi ex eodem proceſſu dubitatur an ſuſpendendus ſit ab officio, tunc non poteſt ab eo amoueri, ſed permitti adminiſtrationem, & in eo procedi, & exitum ſententiæ expectari,Bouadill.lib.2.politic. cap.21.num.263. hanc eandem opinionem videtur affirmare Muta tom. 3. capitulor.ſicil.cap.66.num.69. & ex noſtris de Franch.deciſ.8.num.3.ad finem, immò Riccius,deciſ.327.num.210.par. 4.dicit, quod in hac materia ſuſpenſionis eſt temperatè procedendum.

Maſtrill.de Magiſtrat. in tractat. de viſitat. cap.5.vbi hāc materiam latè examinat,
37 limitat,vt,& ſi pro delicto officio remouendus non ſit, tamen ſecus erit, aliud principe mandante,cit. num.37.

Sed ex noſtris Reg.de Apont. de poteſtat. Proregis tit.de elect. official. §. 5.nu.2. & ſeq.animaduertit,ne ad officium promoueatur ille,qui in eo deliquit,vel qui ob crimen fuit eo priuatus,tunc ad idem non habet regreſſum, neq; ad aliud promoueri poteſt, & rationem aſſignat, vt nō potiatur legis beneficio, qui illo abutitur, concordat Carauit. ab Apont. nō citato rit. 3. nu. 8. & Ricc. deciſ. 133. par. 1.& idem Ricc. iter. deciſ. 264. nu. 5.& 8. par. 2. Reg. Tapia deciſion. Italiæ 17. num. 3. verſic. Hanc concluſionem.

Conſiliat.Io.Andreas de Giorgio alleg.42 num.9.& 11.affert, vt ſi delictum fuerit
39 in officio ex negligentia, eo remouetur, & reus remotus, non reſtituitur, vigore generalis indulgentiæ, niſi in ea adſit ſpecialis mentio,rationem aſsignans, n. 17.quia negligētia in officio dicitur culpa, & quando cum negligentia concurrit delictum, ſemper eſt pæna priuationis, vt ibidem nu. 18.

Reg.de Apont.dec.7.loquitur de officiali,
30 qui pecuniam ſui officii in proprios vſus conuertit,fuiſſe ab officio ſuſpenſum.

Sed in dec.25.caſum noſtrum tractat,& aſſignat caſus,quibus poteſt ad priuatio-
31 nem officii priuari,& ſunt,infamia,ſuſpitio,ſcandalum,ſiuè aliud delictum,& tādem nu.7.concludit vt officialis,pendēte inquiſitione ex delictis in officio,poſſit ab ea ſuſpendi, immò affert, vt ſi delictum fuit enorme, nulla dubitatio eſt adhibenda.

Præſidens de Franch.deciſ. 8. mouet articulum, & diſtinguit; aut delictum eſt extra officium commiſſum,& tunc retinet
32 officium,& adminiſtrationem; aut verò delictum eſt in officio, & tunc licet officio non remoueatur, tamen pendente inquiſitione interdicitur adminiſtratio, quod procedere affirmat dummodò fiat ante terminum datum ad defendēdum; ſi enim eſt proceſſum ad dationē defen-
33 ſionū, non poteſt admotio fieri, & monet fiſcales,vt ſint cauti ad proponēdū ſuſpenſionem ante terminum defenſionū, vt ibi nu. 7. ſequitur Capoblanc.tom.1. prag.5. nu.79. & ante eum Reg. Rouit. prag.15.de official. num. 12. ſic reaſſumit in RegnoHiſpaniarum,Bouadill.lib. 2.c.21.fol. mihi 416.

Et adeò hoc verùm, vt ſi quis fuerit accuſatus de crimine, quod infamiam inducit,non poteſt promoueri ad ſacros ordi-
34 nes,de Frāch.dec.384.n.10.de Angel. in l.official. C. de Epiſcop.& cler.n.10.

Et in condemnato in exilium,vt non poſsit
35 exercere officia,nec promoueri ad alia, dicit Caball.reſolut. caſ. 121.

Reg.verò Rouit. in antiqua impreſſione in pragmat. 13. in noua verò in pragm.15.
36 de officialibus num.12.& ſeq. tres caſus diſtinguit;aut officialis tantùm eſt accu-

ſatus,

ſatus,ſed non poſitus inter reos, & tunc retinet dignitatem, officium, opinionē, & famam,quia ſolus delicti titulus non facit quem reū, vt idem Dominus Reg. affert in pragmat.prima de cuſtodia reorum,num.4.Amendol.ad Franch. deciſ. 8.num.4.Reg. de Apont. de iuriſdictione, tit.de bigamis num.31. Capoblanc. tom.2.cap.98. num.6.

Secundus caſus, aut officialis eſt receptus inter reos,quia delictum eſt probatum

37 quod conſiderandum uenit quando eſt citatus,uel litem conteſtatus eſt, & tunc retinet dignitatem, quam habet, ad nouam uerò promoueri non poteſt, niſi

38 annus ſit elapſus, quo tranſacto nouos honores quærere valet, & iterum quæri pōt an elapſo biennio petat officia; uide dē Thoro tom.3.compend. deciſ. uerbo (inquiſitus,fol.553.uol.1.

Auth. 3. caſus officialis fuit accuſatus inter reos poſitus,& ex ſententia condemna-

39 tus,& tunc priuatur officio, & eius adminiſtratione, & dignitate, & omnibus contentis in ſententia.

Sed in caſu, quo ſuſpenditur ab officio, & ſic adminiſtratione, an priuetur benefi-

40 cio,& ſic emolumentis,ex officio depēdentibus Reg.de Apont.conſ. 134. uol. 2.diſtinguit, aut ab officio eſt remotus, non factis defenſionibus,neque ipſo audito,ſed ex abrupto, & tantùm ex iudicio ſummario,quòd ſufficit ad remanendum, ut idem de Apont. refert deciſ. 7. num.15.& tunc non poteſt priuari emo-

41 lumentis officii; aut uerò ſuſpenſio proceſſit factis defenſionibus, & ſic cauſa cognita, & ipſo audito,& tunc ſecus erit & emolumenta non recuperat,hanc eādem diſtinctionem amplectitur, Molſeſ. conſ.16.num.22.par.4.

Quid autem ſi fuerit à ſententia appellatū, & inde per ſententiam abſolutus, hanc eādem quæſtionem mouet idem Reg.de

42 Apont.dec.25.nu.9.& ſeq.& concludit non reſtitui emolumēta,niſi fuerit in ſētētia expreſſum, rōnem aſsignans, quia nō eo,quòd fuerit abſolutus pōt inferri, ut non fuerit iuſtè remotus; iuſta enim potuit eſſe ſuſpenſio, & iuſta abſolutio.

Secus uerò in canonico condemnato, qui, ſi fuerit per Iudicem appellationis abſolutus recuperat diſtributiones quotidianas,ut affert Quarant.ſumm. bull. uerbo (diſtributiones quotidianæ,ad medium,

43 fol.215.cui adde Viſcont.in ſingul. ſuis uerbo (diſtributiones quotidianæ, Nauarr.conſ.11. de Clericis non reſidentibus,Sanchez de matrimon.tom.1.lib.3. diſputat.51.nu.10. & 12.

Quid autem in excōmunicatis,uide Franc. Marc.dec.537.n.3.Capp.Toloſ.q.567.

44 & 366.Grat.diſcep.for.to.1.c.119.n.3 Guttier.canonicar.quæſt.lib.1.c.1.n.90 & ſeq.qui affert excommunicatū ex cauſa debiti non recuperare fructus,per ipſum enim ſtat ſe abſolui facere, uel ſoluendo, uel utendo beneficio capituli, Odoard.quod nota,quia ſæpè cōtingit.

Quid autē,ſi aliquis priuatus, & nō officialis, fuerit inquiſitus, & uoluerit officia quærere, an poſsit pendente ſua inqui-

45 ſitione, ſiuè accuſatione ad illa promoueri? Reg. Rouit.ad citat.pragm.15. de official.num.17. remiſsiuè loquitur, Tu uerò dicas,ut ſi ſunt tranſacti anni duo, poteſt ad nouos honores promoueri, ad nouaq; officia admitti, & ſic fuiſſe deciſum in ſupremo conſ. Italiæ refert Reg. Tap. deciſ. 17. *Heliſaeus Danza.*

ADDITIO AD DEC. LIV.

SVMMARIVM.

Filiafamilias maritata, nupta ſi vidua efficiatur, an reuertatur ad poteſtatem patris à nu. 3.ad 21.

Contrarium ſubſtinet Auth. à nu. 22. ad 33. & de ratione ibid.

Vidua quid agere debet, & quomodò gerere in morte viri,nu. 31. & 32.

Filiusfamilias quibus medis liberatur à patria poteſtate,num.34. 35. & 36.

Filius feudatarii, uiuente patre, dicitur feudatarius,nu.37.

Filia familias nupta, an poſſit teſtari de dote, num. 38. & 39.

An poſſit donare patri, vel alteri,cā mor.n,40

Siculi non veniunt appellatione italorum, num. 41.

Vidua, an gaudeat priuilegio fori viri, num. 42.

Vidua luxurioſè viuens, quæ priuilegia habeat, num. 42, & 44.

Mulier, quæ ſibi acquirere poteſt, nu. 45.

IN *filia non auertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione vtatur ſe, Eccleſiaſtic. cap. 26. num. 13.*

Curſu tanti temporis, & ſtudii, ex tenuita-
te ingenioli mei non inueni filiam quæ-
rentem ſe auertere à poteſtate patris ſui
prout in caſu præſentis dec. 54. & miror
de libertate huius filiæ, quæ ſic manife-
1 ſtè, & ſic inobedienter patriam prote-
ctionem transfugit, cauti ſint patres, in
filias auertere, ne illis conueniant præ-
narrata verba.

Hāc igitur deciſionem pauci extero natio-
nis afferunt ſolum Gratian. diſcep. forēſ.
382. num. 24. Theſaur. dec. 150. num. 6.
2 & 7. Vaſquez in tract. de ſucceſſion. pro-
greſſ. lib. 1. §. 1. n. 25. eā citant, ſed ex re-
gnicolis noſtris multiſſimi eam addu-
cunt.

Tractatur inquam ille pulcherrimus arti-
3 culus an filia familias nupta mortuo vi-
ro reddat in poteſtatem patris, multi ef-
fectus ab hoc oriuntur, nedùm circa pa-
triam poteſtatem, & reuerentiam, verum
4 etiam circa diſpoſitionem, tàm in vltima
voluntate, quàm inter viuos, de quo per
Molfeſ. ad conſuetudin. Neapol. part. 1.
cap. 3. nu. 9. & ſeqq. Variæ enim ſunt ſcri
bentium opiniones; multi enim pro ne-
gatiua ſubſtinēt, & pro fundamento ra-
tionem reddunt. quia, quando filia fami-
5 lias nubit, à patre recedit, videtur nedū
familiam viri augere; ſed illam patris ex-
tinguere, & illi finem imponit, adeò, vt
ſi vidua ſit effecta, non dicitur de cogna
tione patris, ſed viri, ſic ex multis Bar-
boſ. tit. de appellation. appellat. 84. nu.
27. 28. 29. & 30. Barbat. conſ. 1. num. 39.
vol. 1. & iter. conſ. 228. num. 8. 10. 46.
vol. 3. & iter. conſ. 263. num. 10. vol. 3. &
durante viduitate retinet viri domiciliū,
Hondedei conſ. 6. num. 8. vol. 2. Thoro
vot. 14. num. 28. & ſemper in eodem
matrimonio dicitur durare, quamdiu
non nupſerit, Olaſch. dec. 77. num. 15.
& numquam eſt ſoluta niſi nubendo,
Coſta de ſcient. & ignorant. iur. & fact.
centur. 2. diſtinction. 12. num. 56. Surd.
deciſ. 330. num. 27. & iter. deciſ. 106. nu.
22. & deciſ. 61. num. 6. Thoro vot. 14.
nu. 25. & ſi nupſerit alicui non inferioris
7 dignitatis, eandem dignitatem retinet,
Mantic. de tacit. & ambig. coniectur. lib.
21. tit. 6. num. 18. & 19. Fontanell. de
pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. par.
15. num. 46.

Immò. ſi cum plebeio matrimonium con-
traxerit, plebeia remanet, & plebeia di-
8 citur in viduitate, Fontanell. idem af-
fert cit. loc. num. 49.

Et, ſi ſecundò, matrimonium contrahat
ſine tamen conſenſu patris, in quibus ca
9 ſibus excuſatur à pœnæ remiſsione, vide
Fontanell. cit. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 1. par.
1. num. 108. & iter. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 5.
num. 51 52. 54. Paſcal. de parr. poteſtat.
part. 2. cap. 5. num. 15. & 36.

Subſtinentes negatiuam ſunt multi gloſa-
tores ad conſuetudinem Neapolitanam,
quæ antiquitus incipiebat; ſed mulier,
10 nunc verò in noua impreſsione incipit,
ſed, & mulier, vt aſſerit de Franch. deciſ.
546. num. 9. & ſunt Antonius de Viuaia
in eadem conſuetudine, qui aſſerit filiam
viduam effectam non reuerti ad patriam
poteſtatem, rationem aſsignās, eo quod
ducit uirum, dicitur liberata à patris do-
minio, & regula iuris ſemel liberata ab
eo ſtatu amplius in eundem reddere nō
poteſt, & ratio rationis eſt, quia ſemel
poteſtas extincta amplius nō reuiuiſcit,
11 & multa exempla affert, quem ſequitur,
nouiſſimè, Molfeſ. in conſuetud. Neap.
part. 1. cap. 3. nu. 8. & ſeq.

Afflict. nedùm in conſuetudin. citat. ſed,
& mulier verum etiam in cōſtitur. regni
17 proſequentes. n. 12. negat reuerti ad pa
tris poteſtatē ea ante dicta ratione quia
ſemel extincta non reuiuiſcit, & arguit
Neapodanum contrarium ſubſtinentem
at infra quia in conſideratè locutus fuit,

eius

eius opinionem falſam appellat, nec de
tanto Authore verendum eſt quia, quan
13 doque bonus dormitat Homerus, quẽ
ſequitur Camill. Salern. ad dictam con-
ſuetudinem.

Pro parte affirmatiua, vt filia familias nup-
ta, & vidua effecta reincidat in patris po
14 teſtatẽ affirmat, nedùm Gratian, diſcep.
forens. cap. 382. n. 24. conformando ſe
cum Gramm. Auth. noſtro hic verum
etiam Theſaur. deciſ. 150. n 6. & 7. opi-
nionem Gramm. ſequendo hic immò am
15 pliat etiam ſtatuto exiſtente, vt filia ma-
ritata ſit ſui iuris, valeat teſtari, debet in-
telligi, nuptiis durantibus, ſi vidua enim
efficitur in priſtinam patris poteſtatem
reincidit verùm etiam ex noſtris regni-
colis affirmantibus viduam filiam fami-
lias, quæ nupta fuit, ſi vidua efficitur, ſub
paterna poteſtate reuertitur, nedũ Nea-
podanus per Authorem hic citatur, ve-
rùm etiam Vrſill. ad Afflict. deciſ. 172.
ad finem, & opinionem Neapodani eſſe
ſeruandam affirmat, Molfeſ. citat. par. 1.
cap. 3. num. 8. & ſeq. qui opinionem iſtã
16 nonnullis validiſſimis rationibus ornat,
& idem Molfeſ. tom. 1. par. 2. quæſt. 24.
num. 30. Conſiliar. Paſcal. de patr. po-
teſtat. part. 1. cap. 3. num. 44.

Camill. Salernit. in conſuetudin. citata, ſed
& mulier, enarrando varias, diuerſaſque
opiniones ſcribentium in hoc reperiri.
17 diſtinguit, aut ſumus in muliere, cuius
mores, nec modum in rebus, neque de-
18 corem familiæ ſeruaret, vel quia mino-
ris eſſet ætatis, tunc Napodani opinio
procedit, potius ratione æquitatis, quàm
ex iuris diſpoſitione: ſi verò mulier eſ-
ſet prudens, quæ œconomicam, & ſui, ac
19 familiæ regimen, maſculea virtute cal-
leret, & gereret, tunc omninò cum Affli-
cto, & aliis concurrerem, quod minimè
in poteſtatem patris reuertatur, hæc
ille.

Hanc eandem Neapodani opinionem, &
Salerni diſtinctionem non admittit Mol.
20 feſ. ad conſuetudin. Neapol. tom. 1. par.
1. cap. 3. num. 8. & 9. qui reſpondendo
Neapodan. & Salern. ſubſtinet filiam fa-
milias per mortem viri viduam effectam,
reincidere in patris poteſtatem, tùm, vt
21 dos ad patrem reuertatur, cùm etiam,
vt pater habeat adminiſtrationem, &
vſufructum bonorum filiæ, & eſſe ter-
minos notiſſimos in iure affert.

Ego verò conſiderando inconſtantiam, &
fragilitatem mulierum, ſalua reuerentia
22 bonarum, multæ, quarum noſtris tem-
poribus ſunt adeò imbecilles, debiles,
variabiles, & inhabiles, ſalute domus,
& familiæ vacantes, immò diſſipationi,
& prodigalitati intuentes, & alia pericu-
la quærentes in perniciem domus in fa-
miliæ detrimentum, ita, vt ſi patria po-
teſtas eas non protegat, eiuſque timor
23 non adſit facillimè in laqueos varios
incidere poſſent, concludo ut ſtatim, quod
Vidua eſt effecta per mortem viri debe-
ret tráduci, tranſportari ad domum pa-
tris ibique, & ſub eius protectione, &
obedientia morari, quod amplia, id poſ-
24 ſe procedere etiam ad poteſtatem fra-
trum forte exiſtentium deficiente pa-
tre etiam defuncta matre, ex Menocch.
conſ. 63. nu. 12. & ſeq.

Fundo hanc meam opinionem pluribus
rationibus, prima legali, ſecunda conue-
nientiæ, tertia neceſſitatis.

Prima legali verùm eſt illud, vt filia, nedùm
nupta ſit de agnatione, ſeù familia patris
25 Anton. Monach deciſ. Lucenſ. 68. num.
7. & ea nupta dicitur de viro, vt ſupra di-
xi, ex Franch. dec. 416. num. 2. & forum
ipſius viri ſequitur, Muta dec. Sicil. 71.
num. 22. neque in poteſtate patris eſt,
durante matrimonio, de Franch. deciſ.
546. num. 9. & ſeq. ſed hoc intelligitur
eſſe in poteſtate viri, quò ad debitum
carnis tantũ, & ex eo, quia tenetur ope-
rari viro ſuo; ſecus quò ad alia, quia re-
manet ſemper in poteſtate patris, pul-
chra eſt gloſ. in §. 1. inſtitution. ad ſenat.
conſult. Tertull. in verbo (parentis, &
gloſ. in l. ſi vxorem, Cod. de condition.
inſertis in verb. poteſtatis, prout etiam
colligitur ex alio textu in §. itaque filiæ,
inſtitution. de iniuriis, in gloſ. verbo (pa-
tris, & diſpoſitio huius tex. ſufficeret pro
mea opinione.

Vlterius dum matrimonium fuit cauſa, vt
de

de poteſtate pātris ād illam viri tranſiret
à poteſtate patris ſe eximeret, ſub qua
ſemper cenſetur eſſe, vt ſupra dixi ma-
trimonium enim trahitur, quo ad con-
ſeruitia viri, non quo ad alia, de Franch.
dec. 546. nu. 30, per mortem viri diſſol-
ùitur matrimonium, & per diſſolutionē
reuiuiſcit cauſa, vt ad primęuam patriam
poteſtatem tranſeat ex illa regula, Ceſ-
27 ſante cauſa ceſſat effectùs, ſic affert,
Vaſquez in tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib.
1. §. 1. num. 25.

Pro vt à ſimili, & conſequenti ſi ad ſecun-
da tranſit vota in ſecundi viri tranſit po-
teſtatem, Thoro vot. 14. n. 30. & inſuper
quando vidua repertitur ad proprium
29 domiciliū animo ibi permanendi amit-
tit domicilium viri, & ab eo forenſis ef-
ficitur, Hondedei conſ. 6. n. 22. & 23. vol.
2. ergo quorieſcunque mutat ſtatum, mu
tatur & poteſtas, nupta enim eſt in pote
ſtate viri vidua verò in poteſtate patris.

Secunda ratio conueniētię ea eſt ad euitan-
da pericula, & pro tuitione decoris ipſius
mulieris, & familię nec decet eam in do-
mo viri manere in qua ſemper luctus,
vlularus eſt, & per memoriam viri con-
30 triſtatur, & licer Petrarcha canto 35.
ſtantia 7. hæc carmina canat.

Non ſa per te di ſtar fra gente allegra.
Vedoua ſconſolata in veste negra

ſunt intelligenda quories mulier operi-
bus letitiæ ſe immiſceret.

Et non conſiſtit viduitas in habitu nigrali
nec in lachrimis ſiue alijs ſignis exteriori
bus sed in continentia, modo viuendi, &
gubernando familiā vt aduertit Mantic.
de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11.
tit. 19. n. 16.

Tertia ratio neceſſitatis, éa eſt quia ſi mu-
lier vidua in domo mariti permaneret ne
dùm contentiones cum hæredibus, & aſ-
33 finibus viri quotidie haberet, verum
etiam, & pericula ſubiret nec eſt pemit-
tendum vt liberè à parentibus ſeparetur,
Author infra deciſ. 55. ad fin.

Vnde de primo ad vltimum concludo vi-
duam effectam per mortem viri tranſire
33 ac reincidere in poteſtarem patris, qui
cautus ſit in eas ſtatim aſportādo ad eo-
rum domos ſtante dicta rationē.

Ad Aut. n. 10. filius liberatur à patria po-
teſtate per ingreſſum monaſterii quod
etiam liberatur per emancipationem,
vel matrimonium, D. Gabriel. Pereyra
dec. Portugall. 105, num. 1. & 2. & idem
35 ſeruatur in Catalonia, dummodò matri-
monium ſit contractum per verba de
præſenti, Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 7. gloſ. 4. par. 2. num. 67. rom, 2.

Liberarur inſuper filius à patria poteſtate
36 per deportationem parris, Hondedei
conſ. 62. num. 23. vol. 1.

Ad author. num. 11. adde quòd filius feu-
datarii adhuc viuente patre dicitur feu-
datarius; eo enim mortuo dicitur reti-
nere feudum, D. Petrus de Luna conſ. 2.
num. 67. & 69.

Ad Petr. num. 1. adde, quod filia familias
ſtatim, quòd eſt nupta non poteſt reſta-
ri de dote etiam cum conſenſu patris,
Hendedei con, 32. num. vol. 1. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 382. num. 2. poteſt
tamen donate cauſa mortis cum conſen-
39 ſu tamen ſui patris, & conſenſus debet
eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus, Hon.
dedai cit. conſ. 32. num. 29. 75. & 88.
vol. 1. niſi pacto accedente, vt alias dicā.

Filius tamē poteſt donare patri cauſa mor-
tis, Ludouic. Belli conſ. 110. num. 1. 2.
& 3. pro ut in ſimili filii Regum Impera-
40 torum, & ſimilium poſſunt donare, Man-
tic. de tacitis, & ambiguis coniect. lib.
13. tit. 17. num. 10. Facchin. controuer.
iur. lib. 5. cap. 24. fol. mihi 582.

Ad Petr. num. 5. adde quod in Regno Sici-
liæ numerus quinque liberorū excuſat,
41 à tutela in Italia verò ſufficiunt qua-
tuor, & Sicilia non venit appellatione
Italiæ, nec Siculi inter Italos compre-
henduntur, Intrigliol. conſ. 29. num. 66.
qui filii debent eſſe legitimi, Barboſ.
de appellation. appellat. 94. num. 43.

Ad Petr. eodem num. 5. adde, quod uidua
gaudet Priuilegio fori, quod habebat
42 uiuēte uiro ſic ex multis, Intrignol. cōſ.
19. num. 40. tu uide Io. Bapt. Coſta cōſ.
63. nu. 12. 13. & 14.

Ad Petr. num. 5. adde, quòd uidua, quæ ui-
uit luxurioſè retinet ciuilitatem, quò ad
odio-

73 odioſa, non autem quò ad fauorabilia. Gabriel. conſ. 29. num. 30. uolu. 2. contrarium dicit Barboſ. citat. loc. 2. apellat. 149. num. 7. & appellat. 272. nu. 2.

Ad Petr. num. 8. & Mari nu. 8. adde, quod quando ceſſat ratio obſequii eſt ciuis utriuſq; ciuitatis, & utrique foro ſubiecta eſt, Gabriel. conſ. 29. num. 32. uol. 2. & mulier, quæ ex aliqua induſtria, ſibi aliquid quæſiuit, nempè fuerit lanifica, chirugica, obſtetrix, & ſimilia, ſibi quærit, & poteſt de eis diſponere, Amendol. Franch. dec. 428. nn. 5.

Vtrum tamen non relinquendum arbitror in praxi ad ſupplementum eorum, quæ dixi ſupra dec. 23. n. 5. & ſeq. quod nobiles, qui ſunt aliquarum Ciuitatum, & Terrarum, in quibus non adeſt diſtinctio perſonarũ, nec adſunt Sedilia, poſſunt in Regno adire S. Conſ. aſſerendo ipſos eſſe Nobiles, & deſcendere à Nobilibus parentibus, inſtare tales declarari, & potiri debere omnibus honoribus, quibus gaudent cæteri nobiles aliarum Ciuitatum, & locorum, & per S. C. commiſſa cauſa, & compilato proceſſu taliter fertur ſententia, prout nuper vidi ſententiã declarantem nobiles, nedùm V. I. Doctorem Ioannem Danuſcio, in Tribunalibus Neapolis Aduocatum celebris nominis, virtutibus præditum, & moribus conſpicuum, verùm etiam alios de Danuſcio Terræ Ieſualdi, & eorum deſcendentes, virtute decreti, poſt ibi ſcripta, quòd ad meas peruenit manus, cuius tenorem inſerere libet, vt ſequitur.

In Dei nomine Amen.

Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ, noſtroque S. C. oblata pro parte Ioannis Franciſci, & Ioſeph Danuſci contra intereſſe prætendentes, & R. Fiſcum, cuius tenor eſt v3. S. R. M. &c.

Viſis denique videndis &c.

Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus ſupradictos Ioannem, Franciſcum, & Ioſeph Danuſci fuiſſe, & eſſe nobiles, prout hac præſenti noſtra diffinitiua ſententia nobiles declaramus, vt deſcendentes à nobilibus aſcendentibus ab immemorabili, & proinde ipſos de Danuſcio, & eorum deſcẽdentes debere gaudere, & potiri omnibus honoribus, prærogatiuis, & dignitatibus, quibus cæteri nobiles aliarum Ciuitatum huius Regni gauiſi, & potiti ſunt, gaudent, & potiuntur, ex cauſis in proceſſu deductis.

Franciſcus Antonius Muſcettola.

Hanc eandem, &c.

Lecta, lata, & publicata fuit præſens ſententia in S. C. Curia pro Tribunali ſedente in Aula Conſiliarii Varella, ſiſtentibus ibidem infraſcriptis aliis Magnificis Cõſiliariis Scipione Theodoro, Franciſco Antonio Muſcetola Relatore, D. Franciſco Merlino, & Fuluio Maſtrillo, & quã plurimis Actuariis, & Scribus dicti S. C. Neap. die 15. Ianuarii 1641.

Fabritius Solatius Actorum Magiſt.

De quorum familia dixi in compendio deciſionum, in tit. Ieſualdo.

Heliſaus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LV.

SVMMARIVM.

Educatio filiorum datur matri, numer. 1. 2. 3. & 4.

Limita, num. 7. 8. & 9.

Amplia, nu. 10.

An detur patruo exiſtente matre, & auia, num. 5.

An detur patri conuolanti ad ſecundas nuptias mortua matre, nu. 6.

Non datur matri, quæ turpem vitam ducit, num. 11.

Nouerca non habet educationem, num. 12.

Auunculus an præferatur auia in educatione, num. 13.

Auia materna præfertur auus maternus in educatione, nu. 14.

Sororis fratrum diuidentium bona educatio, ad quem fratrem ſpectat, num. 15 vbi quid in auo paterno, & matre concurrente.

An ſpectet ad fratrem adultum, nu. 16.

Auia materna habens nepotes ex alia filia an habeat educationem, nu. 17.

St

Si concurrat patruus, & auus maternus, quis præfertur, nu. 18.
Vitricus an habeat educationem, nu. 19.
Subſtitutus non habet educationem, num. 21. & 22.
Pupilli exiſtentes extra originem vbi educari debent, nu. 22.
Officiales detinentes puellas in eorum domib. ad educandum, an poſſint cum illis matrimonium contrahere, nu. 23.
A teſtatoris voluntate, quando receditur, numer. 24.
Educatio an ſit voluntaria, vel arbitraria, num. 26.
Filia nubens cum digno, ſine conſenſu patris, an habeat dotem, vel pœnam incurrat, num. 28.

SI quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, & fidem negauit, & eſt infideli deterior, vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor in operibus bonis, teſtimonium habens ſi filios educauit.
1
Ex Epiſtola B. Pauli Apoſt. ad Timoteum, cap. 5, *nu.* 10.

Seneca lib. 2. de ira, cap. 1. num. 115. affert maximam diligentiam deſiderari in educatione, qua de re leges, & Iuris conſulti valdè aduerterunt, vt non committatur perſonæ ſuſpectæ, immò deneganda ei, cum qua requiſita non concurrunt, etiam contra teſtatoris voluntatem, pro ut in præſenti deciſ. 55. colligitur, quam ſequitur Donat. Ant. de Marin. reſolut. quotid. 95. num. 5. & propter diuerſitatem perſonarum concurrentium, & à lege vocatarum videtur educationem eſſe hodie arbitrariam Iudici, dicam infra num. 26.
2
3

Ego tamen reſolutiuè loquendo per modũ enarrandorum caſuum, hanc materiam parum exarabo.

Primus quorum eſt, ut patre defuncto, relicta uxore, committatur eidem uxori educatio, cum matre enim concurrunt plura uincula, ita ut ei non denegetur, Reg. Rouit. dec. 8. num. 1. 2. & 3. de Marin. reſol. cit. 95. num. 1. Caualcan. de tutor. & curat. num. 301. Galter. de tutel. part. 1. tit. cum perſon. pupill. geren. num. 6.

Secundus caſus ſi remanet mater, auia, & patruus, tamen mater, & auia ſunt pupillorum tutores relicti à patre, an ſit danda educatio penes tutores, vel patruum, eſt videndus Reg. de Apont. conſ. 93. volum. 2. quem ſequitur Thor. tom. 1. compend. deciſ. verb. educatio fol. mihi 175. col. 7.

Tertius ſi mortua matre ſuperſtite patre ad ſecundas nuptias cõuolante, non debet educatio filiorum patri concedi; & ſic penes ſuam uxorem nouercam ad eius domum traductam, Reg. Rouit. dec. 8.
6

Quartus ſi pater obiit ſuperſtite matre, quæ ad ſecunda conuolauit uota, educatio prohibetur matri ex præſũptione iuris: quæ viget, vt mater maius diligat filium ſecundi uiri, & eam inſidiaturam filiis ſpe ſuccedendi, ſic ex multis affert Reg. Rou. dec. 8. n. 4. de Marin. cit. reſol. 95. n. 1. Thor. tom. 1. comp. deciſ. verbo. educatio fol. mihi 576. Reg. Tap. dec. Neap. 51. n. 6. & ſeq. citata enim verba epiſtole tribuunt educationem matri, quæ unius viri fuerit vxor.
7

Secus vero eſt dicendum ſi mater fuerit excluſa à defũcto; vel ſtatuto, ſic quia ſpes ſuccedendi eſt adempta, ceſſat ſuſpicio, & per cõſequens non denegatur educatio, Reg. Rouit. cit. decis. 8. n. 5. quicquid aſſerat Surd. de alimẽt. tit. 4 quæſt. 13. n. 10. qui affirmat filios penes matrem educandos eſſe, etiam ſi mater ſit ſucceſſura.
8
9

Tamen priſcis temporibus pluries fuit iudicatum, vt mater, et ſi ad ſecũda cõuolauerit uota habeat educationem filiorum ſic refert, Mari hic n. 3. ad quod adde Reg. Tap. deciſ. Neap. 51. qui multa exẽpla adducit, & plura decreta lata refert. uod limita niſi mater turpem vitam duceret, maloſq; mores gereret, Menoch. 11 de arbitr. Iudic. caſ. 168. nu. 5. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 13. n. 1. & nouiſſimè, Reg. Tap. dec. 5 n. 8. circa fin.
10
11

Quinto, ſi pater obiit, relicta eius vxore, quæ nouerca ſui filii eſt, tunc vti nouerca.

ca non habet educationem, Reg.Rouit. cit.dec.8.num.10.

Sextò, ſi patre defuncto remaneat auunculus tutor pupillorum ſuperſtite auia, edu
13 catio conceditur auunculo tutori, & nō auiæ, ſic ex multis affert, de Marin. citat. reſolut.95.num.8.

Septimò, ſi concurrunt in educatione auia
14 paterna, & auus paternus, præfertur auus paternus, & conceditur educatio, Marin.cit.reſol.95.nu.fin.

Octauò, mortuo patre relictis filiis, maſculis, & filia ſi illi filii, & ſic inter ſe fratres
15 diuidunt bona paterna, educatio eorum ſororum, ad quem ſpectat, Thor. to. 1.comp.deciſ.verb. educatio, fol. mihi 175. & an mortuo patre, exiſtente auo paterno concurrente matre in tutela filii, cui erit decernenda, vide eundem Thor.in 3.par.ſui cōpendii, verbo (educatio pupilli, vbi refert deciſum per S. C. in beneficium aui paterni.

Et ſororis educatio ſpectat fratri adulto
16 Marin.cit.reſolut.95.n. 11.

Nonò, mortuo patre ſi remanet auia materna, quæ habet nepotes ex alia filia non
17 habet educationem nepotum, ex ſuſpicionis ratione adducta per Reg. Rouit. cit.deciſ.ad fin.

Decimò ſi in educatione nepotum con-
18 currant patruus, & auus maternus, quis præferatur, vide *Marin.*cit.reſ.95.n.14.

Vndecimò ex Mari hic nu.3. caſu, quo remaneat vitricus, an habeat educationē,
19 Reg. Tap.cit.dec.51.nu.12.affert vitricum poſſe eſſe tutorem, & non autem educatorē, licèt n.16.enarret amorem, priuignis, ſequitur Marin. cit. reſol. 95. num.18.

Duodecimò, ſi pupilli ſunt educandi, & nō adeſt alius, niſi ſubſtitutus, non poteſt
21 ſubſtituto committi, militat enim ſuſpicio ex ſpe ſucceſſionis, Marin.cit. reſol. 95.nu.11.& 12. qui plures limitationes adducit.

Sed ſi pupilli reperiuntur extra locum originis ex aliqua cauſa ob mortem matris
22 an debeant reduci ad locum originis, & ibi educari, Thor.tom.2.compen. deciſ. ver.educatio, fol.mihi.70.

Hinc nota, quòd officiales, & alii, qui detinent puellas in eorum domibus ad edu-
23 candum, non poſſunt cum illis matrimonium contrahere, Taſſ. de anteſ. verſ. 8. obſeru.2.n.143.

Auth.nu.1.ibi à voluntate teſtatoris receditur, de hac dixi plura ſupra deciſ. 7. &
24 poſt ibi ſcripta vide Marin.cit.reſol.95. nu.4.Reg.Tap.dec.51.n.9.& 12.& ſeq. & ratio eſt quia attendi debet vtilitas pupilli, non autem ſcriptura teſtamenti, Reg.de Pont.dec.30.num.20.21.& 22.

Auth.nu.5.ibi filios à patribus ſeparari non
25 poſſe, dixi ſupra dec.54.ad fin.

Ad Petra hic nu.6.& ad Mari nu.1.& 20. adde, quod educatio eſt arbitraria, Frāchis dec.350.in princ.Thor.vot 11.nu. 23.Marin. reſol. 95.nu. 4 ſed arbitrium
26 debet eſſe regulatum iuri, & æquitati conſonum, Merot.conſ.74.nu.15.& Iudex nec ſeuerum, ſiue rigoroſum ſe demonſtrare, nec mitem, ſiuè placatum reddere ex lachrymis mulierū, ſed rectè perpendere qualitates, perſonas, facultates morumq. vitam educatorum, & eorum, quibus educatio pupillorum committitur, & vtilitatem pupillorum, & quo in loco magis expediat educatio, vt refert Mari hic num.2.& poſt eum refert Reg.
27 Tap.dec.51.num.6.& nu.12.& ſeq. ſexus enim pupillorum miſerēdus eſt ætatis, & ſtatus ratione, Galter. de tutel. cit. loc.nu.8.

Ad Petr.num.fin.adde quod filia, quæ nupſerit cum digno, licet ſine conſenſu patris non poteſt exhæredari, Fontanell.
28 de pact. nuptial. tom.1. clauſ.4.gloſ.2. num.28.& nullam incurrit pœnam, immò agit contra patrem ad ſibi dotem conſtituendam, Fontanell.tom.2.clauſ. 5.gloſ.1.par.1.nu.47.

Heliſaus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LVI.

SVMMARIVM.

Tres optimæ matres tres peſſimos filios pariũt. num. 1.

Virtus inuidiam procreat à pedibus ſcelaratorum calcatur n. 2. & 3.

Delinquentes audaciores ad delinquendum falſitatem procurant, & quando. numer. 4. & 5.

Negatiua quib. modis probatur n. 9.

Cartam loco, & temporis eſt validiſſima numer. 10.

Teſtibus affirmantibus magis creditur quam negantib. etiam ſi eſſent plures n. 11.

Morbo gallico laborans confeſſus delictum an confeſſio ei præiudicet n. 11. & 12.

Laborans morbo gallico an ſit irregularis numer. 13.

Morbo gallico laborans an poſſit torqueri numer. 14.

An habeat electionem fori n. 15.

Moribundus an præſumatur mentiri num. 16. remiſſiuè.

Socius criminis contra conſociũ deponens quã fidem facit numer. 17.

Socius criminis vt fidem faciat contra conſocium debet eſſe habilis, non autem inhabilis, & infamis, num. 18.

Quid ſi conſocius vocatus ſit bonæ conditionis, & famæ, vel in aliqua dignitate, vel ſacerdotali, vel clericali, nu. 19.

Socius primò examinatus tacens conſocios, vel complices, indè eos manifeſtans, quam fidem facit, nu. 20.

Socius examinatus principalis in ſe, & teſtis in alios quam fidem facit contra conſociũ nu. 21. 22. & 23.

Teſtes non probant niſi repetantur remiſſiuè, nu. 24.

Confeſſio non ratificata, & perſeuerata, an præiudicet. nu. 25.

Confitens non dicitur eſſe in recto iudicio, ſi non ratificauerit confeſſionem, nu. 25.

Socius criminis, & ſocius in crimine, an differant, & in quibus, nu. 26.

Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, *Dauid Pſalmo 7.*

Bouadill. lib. 4. polit. cap. 2. num. 3. fol. mihi
424. refert illud vulgatum (vt tres ma-
tres, quamuis optimę, pariunt tres peſſi-
1 mos filios; veritas enim odium parit
familiaritas contemptum gignit, pax
autem otium generat, ex quibus cuncta
vitia oriuntur, vt dixi ſupra dec. 28. num.
5. 6. 7. & licet addere quartum, vt virtus
2 inuidiam procreat, virtus non ſolùm
præmiis caret, verùm etiam ſceleratorũ
pedibus ſubiecta calcatur, & in loco fa-
3 cinorum ſupplicia luit, & egeſtate tabe-
ſcit ex ſententia *Boet.* in tract. de conſo-
lat. quem ſequitur Pugnatar. ad pragm.
4. de falſ. nu. 187.

Conueniunt præcitata uerba, & poſſent
4 adaptari quando delinquentes audacio-
res ad delinquendum, ſunt inde eadẽ
facilitate ad pœnam, euitandam, nega-
5 tiuam probant, & ſic iniquitatem pariũt,
& falſitatem generant.

Verùm quia multoties inculpantur de de-
licto illi, qui ab eo alieni ſunt, & cogun-
6 tur, negatiuam probare, prout Auth. hic
num. 4. refert congruum eſſet negatiuę
materiam hic tractare.

Verùm, quia eam latiùs tractaui in ſepara-
7 to titulo de negatiua ibi te remittendum
arbitror, ſolùm hic repetendum cenſeo,
8 vt lector ſine illius reuolutione, hic ha-
beat, quod ſubſtantialiter ibi dixi.

Et eſt illa, quam reus coarctando locum, &
tempus commiſſi delicti probat tempo-
9 re delicti ſe non fuiſſe in loco, & hora
commiſsi criminis, & licet negatiuam
per rerum naturam eſt impoſſibilis, nec
ſecundum naturam probari poteſt Mã-
tic. de coniect. ultim. uolunt. lib. 2. tit. 1.
num. 5.

Tamen quando coarctatur locus, & tempus
ſcilicet quando probatur reum non fuiſ-
10 ſe in loco, & hora commiſsi criminis eſt
poſsibilis, & ualidiſsima, Mut. deciſ. 38.
num. 8. Hondedei conſil. 84. numer. 34.
uol. 1. Io. Bapt. Coſta con. 1. n. 36. Paul.

Merend.conſ.103.n.17.par.2. Farinac. quæſt.65.n.213.

Et licet magis credatur teſtibus affirmantibus, quàm negantibus etiam ſi negan-
11 tes eſſent plures numero Horat. Lutius con.168.n.1. inter con.crimin.diuerſor. tom.1.Farinacc.quæſt.65.num. 214.de quo infra n.36. latius dicam.

Tamen quando tractatur de negatiua ex qua coartatur locus, & tempus, magis creditur teſtibus negantibus pro reo, quam affirmantibus pro fiſco, vt infra dicam num.

Auth. hic nu.6. affert vt confeſſus ſi morbo
12 gallico laborabat, & fuit tortus, & confeſſus fuit delictum, ex quo non poterat eſſe conſtans, ſed debilitatus reperieba-
13 tur non operatur confeſſio, quod tu amplia adeo ſcandaloſom eſſe laborantem morbo gallico, vt non ſolùm ſi euidens morbus ſit, & ſcandalum ſequatur irregularis efficitur, Sayr. theſaur. caſ. conſcient.lib.6.cap.9. num.5.fol.mihi 467. Bonac.de cenſur.diſput.7.quæſt.2.pun.2.num.18.cenſetur enim corpore debilitatus, quo caſu Molin.in tractat. de iuſtit.commutatiua tractat.3.diſputat.70. fol.mihi 428.debilitatum appellat, & laborantem morbo gallico, non poſſe torqueri etiam in ſancto officio inquiſitionis, affert Diana tract. 6. de tortura in
14 ſancto offic.par.4.reſolut. moral. reſol. 29. verſ. & tandem ad fin. vbi ampliat procedere in debilitato brachio, & patiente venæ crudationem, vel habente difficultatem anhelitus.

Verùm etiam morbo galli co laborantem non habere electionem fori, qui licet rex infirmorum appellari poſſit, tamen
15 declinatoria fori non potitur, Nouar. de elect.for.ſect.2.q.9.n.18. & ſeq.

Ad Authorem nu.12. 161. in articulo mortis mentiri, an moribundus mentiatur? hūc
16 articulum latius ſcripſi in meo 2. tom. titul. de condemnat. pro delictis cap.3. poſtquę vide Politor. Ripa in tractat. de actis in mort.articul. cap. 31.

Ad Petr. hic nu.1.& 2.& Mari nu.1.& 2.& de ſocio criminis, adde quod ſi ſocius
17 criminis confiteatur ſponte delictum contra alium conſocium, dicitur confeſſio ſuſpecta, Ciazz. diſcept.8.num.13. & quæ requirantur, vt dictum ſocii criminis, faciat indicium ad torturam contra conſocium, & quo concurrere debent, ſed tu vide Ciazz.diſcept.8.nu.20. & ſeq. & quando ſocio criminis creditur, intelli-
18 gitur de ſocio habili, non autem de inhabili, & infame, Ciazz. cit. diſcept. 8. num. 36.

Et ſi conſocius vocatus ſit bonæ conditionis, & famæ, vel dignitatis clericalis, vel
19 ſacerdotalis, ſiuè alterius, non facit contra eum aliquod inditium dictum ſui ſocii, Ciazz. citat. diſceptat. 8. numer. 58. & 63.

Et ſi ſocius interrogatus primò tacuerit delictum, vel celauerit ſocios, vel compli-
20 ces, inde iterum examinatus, cōfiteatur delictum, ſocios vocauerit, & complices manifeſtauerit, illa vocatio ſociorum, & manifeſtatio complicium, non facit indi-
21 cium ad torturā contra nominatos propter defectū periurii, ſic literaliter Ciazz. diſcep.8.n.49. qui nu.53.& ſeq. reſpondet contrarius aſſerentibus vitium periurii purgari per torturam.

Et, ſi fuerit examinatus principalis in ſe, & teſtis in alios prout quotidie ſeruatum
22 vidi, quā fidem faciat, Ciazz. in conſ. 3. nu.13. poſt diſcep. forenſ. dicit attendēdum eſſe effectum non autem modum, Mancin. in tract. de confeſſion. cap. 3. ar. 2.n.32. mouet punctū, & dicit non poſſe ex confeſſione ſecuta dānari, nō cōpatitur. enim deponere vti principalis, & teſtis.

Tamen Farinac.q.82.nu. 249. contrarium ſubſtinet, & ex confeſſione, nempè poſſe
23 puniri, & condemnari, & præſertim in caſu in quo principaliter proceſſus in ipſum dirigitur, vide quæ dixi tom. 3. tit. de confeſ. cap.6. per tot.

Mari hic n.3. ibi teſtes non probant, niſi re-
24 petantur, tu vide, quæ latius dixi in 2. to. tit. de repet.teſt, cap.3. & ſeq.

Mari hic num.7. in verbo (ratificata, & geminata, tu adde, quod confeſſio nō præiudicat, niſi fuerit perſeuerata ad hoc vt
25 confitens condēnetur requiritur, vt per

 ſeueret

ſeueret, & licèt ſpontè confiteatur delictum, tamen quia de eius vita tractatur, ſi non perſeuerat in confeſſione, videtur delirare, & non eſſe in recto iudicio ob metum Iudicis, ſic doctiſſ. Ciazz. diſce. forenſ. de confeſſ. rei contra fiſcum cap. 4. nu. 6. & ſeq.

Mari hic nu. 4. mouet differentiam inter ſo-
26 cium criminis, & ſocium in crimine, idem affirmat Reg. Rouit. prag. 6. de receptatoribus num. 7.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LVII.

SVMMARIVM.

Filius à quo deriuatur, nu. 1.

Filia maritata, & ad domum viri traducta, in cuius poteſtate remanet, patris, an viri, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 8.

An conſeruet agnationem, nu. 3.

Cornelia Annia ſe fecit ſepelliri viua cum viro, nu. 7.

Filia dotata à patre, an poſſit petere ſupplementum ſi facultates patris ſunt aucta nu. 10. & 11.

Quod tempus reſpicitur mortis, vel dotationis à nu. 12. ad 16.

Si renunciauit, & eſt læſa non ſibi præiudicauit, num. 11.

Filia de conſuetudine ſemper facit ampliſſimã renunciationem, nu. 15.

Dos quando dicatur congrua, à num. 16. ad 21.

Dotis augumentum quomodo conſideretur, num. 22.

Filia dotata à patre, an excludatur à ſucceſſione fraterna, vel materna, n. 23.

An ſuccedat hæreditati paternæ adita per fratrem, nu. 24.

Si fuerit maritata à fratre ſine dote. & renunciauit fratri omnia bona, an poſſit petere portionem, ſiuè paragium nu. 25.

Si renunciauerit, & aliquam ratam receperit ſibi præiudicat, & quare, num. 26.

Filia excluſa non eſt excluſus nepos ex filia, num. 27.

Si fuerit à patre dotata viro æquali, non poteſt poſt mortem patris petere ſupplementum, num. 28

Si nupſerit cum indigno, an cogat patrem, & fratres ad dotandum numer. 28. 29. & 30.

Nubens indigno poteſt exhæredari numer. 29.

Si eſt nubilis ætatis ad matrimonium habilis an cogat patrem ad dotandum, & quid in matrimonio ſpirituali, nu. 32.

Si à patre eſt maritata tamẽ in teſtamẽto præterita, an rumpat teſtamentum num. 32. & 33.

Et è contra ſi pater aliquid ei relinquat, an aliud petat, nu. 34.

Quid ſi relictum eſt modicum, nu. 35.

An petat talem dotem, qualem alijs ſororibus dedit num. 37, & 38.

Paragium an differat à legitima, quid ſit, & quæ actio competit pro eo, num. 39. & 40.

Filia, an poſſit priuari legitima, & debetur etiam filiæ caſtè viuenti, nu. 40.

Filia dotata etiam dote non ſoluta præfertur creditoribus, qui contraxerunt cum patre poſt dotem promiſſam, nu. 41.

An teneatur computare in legitimã veſtes pretioſas, ſiuè alia habita tempore contracti matrimonij, nu. 47.

Filia dotata à viro propter nobilitatem, pulchritudinem, vel alias virtutes, an agat contra patrem, vel fratem pro dote, ſiuè legitima, nu. 43.

Filia vidua, an de dote diſponere poſſit, & quomodò, nu. 44.

Audi

AVdi filia; & vide; & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui David pſal. 44.

1 Filius deriuatur ab illo verbo greco (filos quod eſt amor Ancharan. lib. 3. quæſt. familiar. quæſt. 12. vnde in ſurrexit illud dictum nullus amor vincit paternum vt Aut. hic profert nu. 37. ſequitur Mantic. de ambig. & tacit. coniectur. lib. 12. tit. 23. nu. 2. & 3.

2 Filia enim quando eſt maritata licet ad domum viri transferatur ad huc remanet in patris poteſtate vt Gramatic. Aut. noſter refert ſupra dec. 54. num. 2. & 8. vbi aliqua dixi ſequitur Maſull. ad Capic. deciſ. 176. nu. 8. ſecus autem vbi viuitur iure longobard. Afflict. in feud. tit, an maritus ſuccedat, Gramat. conſ. ciuili. 87. Pet. ad Capic. deciſ. 159. Litera. H.

3 Et licet fœmina non conſeruat agnationem tamen non poteſt negari quin non ſit de domo, & caſata patris, Hondedei conſ. 56. nu. 31. tom. 2.

4 Quamuis pro alia opinione afferatur, vt liberetur à patria poteſtate per contractum matrimonÿ, quod ſi diſſoluitur no reÿncidit in poteſtatem patris, & ſic ſeruari Cataloniæ, & Barcinonæ, & Caſtelle refert Fontanell. tom. 1. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 28. nu. 28. fol. mihi 590.

5 Nubendo enim dicitur imponere finem familiæ patris illamquæ extinguere, & augere illam viri, & domum patris obliuiſci, & conueniunt præcitata verba ſic ex multis Barboſ. titul. de appellat. appellat. 94. num. 27. & 28. folio mihi 193. duo enim in carne vna iudicantur, & pro inde habetur quod mortuo viro Cornelia Annia eius vxor iuſſit ſepelliri viuam vna cum viro in ſepulcro,
7 viri, & legauit vt plutoni, & proſerpine fierent ſacrificia ſupra arcam, & ornaretur roſis, vt refert, Iul. lauor. lucubrat. variar. tit. 2. cap. 4. tit. de his quę fieri ſolebant nu. 26. & iter. cap. 15. n. 47. & apud Romanos mos erat vt filius pro defūcto patre laudationem haberet, & Concionem vt refert Pulitor. Rip. in tract. de mortis articul. cap. 90. n. 43. vndè ſi filia diligitur tamquam pars viſcerum patris merito debet dotari à patre dote congrua vt in hac deciſ. in qua congruum eſſet tractare de legitima verum quia legitimę materiam amplectar infra decis. 90. hic pertranſeo ſed tantum de eo articulo, an filia dotata à patre poſſit inde tempore mortis patris ſi facultates patris ſunt auctę querelare de incongrua dote, & petere ſupplementum vt Aut. hic. nu. 35. pro negatiua concludit, tu ade Arnō. comentar. 172. Ancharan. quæſt. famil. 50. nu. 11. & quæſt. 51. part. 1. Garſ. dicto 67. & poſt iſtos omnes Toto tom. 1. comp. deciſ. verbo (filia congrue dotata
11 fol. 223. col. 1. Viſcont. in ſingul. verbo filia dotata fol. 95. col. 1. & poſt iſtos de Marin, reſolut. quotidian. capitul. 93. num. 2.

12 Sed quod tempus inſpicitur mortis patris, nempe vel dotationis, duę ſunt opiniones, vna quod inſpiciatur tempus mortis, altera quod attendatur tempus dotationis, pro prima conſuluit Camill. de Medic. conſ. 25. nu. 11. & 12. pro ſecunda ſcripſit Vinc. Hondedei conſ. 10. n. 19. & n. 38. tom. 1. Reg. Ronit. conſ. 26. nu. 11. tom. 2. & pro vtraque opinione Erudite ſcripſit *M*antic. de tacit. & ambig. coniectur. tom. 1. lib. 12. tit. 24. nu. 4. & ſeqq. & vtranquæ opinionem eſſe probabilem refert quem tu vide tamen in alio tit. 24. nu. 14. videtur in hęrere opinioni contrariæ, nempe ſi apparet de
13 enormi, vel enormiſſima læſionæ mulieris, tūc ex hoc capite lęſionis poteſt ſupplementum petere, & dotem congruam allegare quando enim filia eſt enormiſſime lęſa, licet cum iuramento renuntiauerit hereditati paternę non ſibi pręiudicat, vt Aut. noſter hic affert. n. 9. tu adde Anton, de Padill. in l. 2. cod. de reſcindend. vendit. n. 45. Viſcon. in ſingul. ſuis verbo filia dotata ad med. ſol. 95. col. 2, & Camill. de Medic. cōſ. 25. n. 12. & 15. & de renuntiatione non habetur ratio filiæ enim de conſuetudine ſemper faciūt ampliſſimas renuntiationes Staiban. cōſ.

82. nu.

82.nu.114.& pro fęmina lęſa ſcribit Paſcal.de iuribus patriæ poteſtatis par.2. cap.4.n.186. quamuis contrarium affectat. Merlin. controuerſiar.forenſ.cap.3. nu.13.& e normiſſima lęſio ſufficit ad reuocandum renunciationem etiam cum Iuramento factam de Franch. deciſ.119. num.6.

16 Quando autem dicatur congruè dotata Raimon.cons.1.n.1.& 4.congruam dotem dicit eſſe illam quando à patre fuit
17 dotatá,& eſt nupta viro condigno, quo caſu non poteſt conqueri, vel congrua dos dicitur,& competens ratione facultatis,dignitatis,ac patriæ conſuetudinis R. Galiot. tom.2. controuerſ.15. numer.28.

18 Tu vero dicas dotem incongruam eſſe quando eſt minor legitima,nec refert illa regula,vt nullus amor vincat paternū & nullus maius conſilium pro filia ſumat
19 quam pater,vt Aut.hic nu.37. hæc enim eſt pręſumptio iuris, vt pater filiis tanquam pars viſcerum ſui prouideat,& dotem congruam ſtatuat de facto vero cō-
20 trarium accidit.& ſic in dies videmus, vt patres dedignati contra filias, vel intereſſe móti, vel perſuaſionibus Nouercæ inſtigati,ne dum incongruam dotē
21 præbent ſed eas decipiunt, & pro inde non ſequitur, neceſſaria concluſio eſt à patre dotata, ego congrua eſt dos quotiescumque enim eſt minor legitima dicitur incongrua, & poteſt ad ſupplemētum agere Gramat. Aut.noſter infra deciſ.101.n.30. & ſeq.

Quomodo autem conſideretur augumen-
22 tum dotis uide Mantic.de tacit. & ambig.tom.1.lib.12.tit.26.per tot.

Et ſi fœmina eſſet dotata à patre,& extaret
23 ſtatutum quod non ſuccedat, an ſit excluſa à ſucceſſione materna, vel fraterna vide Afflict.deciſ.178. Theſaur. deciſion.62.

Et an ſuccedat hæreditati paternæ aditę per fratrem,& cum alia filia indotata ſucce-
24 dat vide Theſaur. decis.63.de Franch. deciſ.171.num.3. Ricc.Collett.160.& 164.& Hodiern.in l.hac edictali quæſt. 12.nu.51.19.& 80.

Et ſi filia ſit à fratre maritata ſine dote, &
25 renunciauit fratri omnia bona materna & paterna,an poſſit petere portionē,ſiuè paragium ſiuè legitimam Thoro tom.1. cōpend.deciſ.verbo filia maritata à fratre folio mihi 223.refert fuiſſe deciſum per ſac. Conſ.& fratrem condemnatum ad ſoluendum petitum paragium.

Petra hic nu.2. tangit articulum ſi filia re-
26 nunciauit,& per renunciationem partem aliquā receperit ſibi preiudicat ex quo ex illa parte recepta cenſetur vendidiſſe ius futurum,& toti ſucceſſioni ſibi ſpectanti renunciaſſe Hodiern. in l.hac edictali quæſt.11.nu.6. contrarium ſubſtinet Staiban.conſ.16.n.2.

27 Aut.hic nu.1. & 2.ibi nepos ſucceſſionē adde quod ſi filia eſt excluſa à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis ex conſtitutione Regni in aliquibus non cenſetur exceluſus nepos ex filia natus in quo non cadit dos Arnon.epitom.15.Viſcont.latè in ſingular.verbo filia, vel ſoror folio mihi 93.& Iter.verbo filia, excluſa folio 96. col.2.

Mari hic nu.8.ibi dotem con dignam infert vt ſi mulier fuerit dotata à patre dote
28 congrua,& viro æquali, non poteſt poſt mortem patris petere ſupplementum patagij,vt Aut.hic, mari hic nu.8. cui tu adde,Staiban.conſ.11.n.9. & Theodor. allegat.80.nu.1. Reg.Apone.conſ.65.n. 16,vol.1. tu verò econtra ſcias vt ſi filia viuente patre matrimonium contraxit invito eo,& cum indigno, non poteſt pattem cogere ad ſibi dotem dandam ſed fratres ſic poſt mortem patris quod intellige,vt fratres teneantur eam dotare,ſecundum facultatem.& bonorū quātitatem quæ tempore mortis patris extabant,eo in quam tempore filia fuit excluſa.

Immò quando filia nubit indigno poteſt à
29 patre exheredari Capoblanc. tom.1. prag.9.nu.32. vbi habetur quis dicitur indignus ad hunc effectum, & Iter.tom. 2.cap.65.n.3.

Quod tu intelligas,vt hæc duo copulatiuè concurrant,nempe, vt nubat indigno, & ſine conſenſu patris vnum tamen ſine alio

alio non ſufficit hæc omnia pulcre con-
ſenſu patris vnum tamen ſine alio non
31 ſufficit hæc omnia pulcre congerit Anca-
ran.quæſt.famil.46.part.3.
32 Et quando filia eſt nubilis ætatis, & ha-
bilis ad contrahendum matrimoniũ po-
teſt cogere patrem ad dandum dotem
de paragio tam pro matrimonio carnali
quam ſpirituali Reg.Rouit.decis.40.nu.
3.uerum ut non nubat ſine patris conſẽ-
ſu niſi ſit annorum 24.in illo ſenatu affert
Fontanell. de pact.nuptial. clauſ.4. gloſ.
2.nu.10.& 22. tom.1.

Et quando filia eſt à patre maritata tamen
in teſtamento fuerit præterita,non poteſt
filia rumpere teſtamentum nec illud nul-
lum allegare, ſi extant maſculi vt pæna
hic n.3 ac ſeq.cui add.
Afflict.deciſion.158.Molfes.ad conſuetud.
Neapoli part.4.quæſt.18.in princip.pa-
ter enim poteſt pręterire filiam dote
accepta D.Merlin. controuerſ. forenſ.c.
11.nu.2.Reg.Tap. deciſ.conſil.Neapoli
58.num.5.

Tamen attento iure municipali,non dicitur
33 totaliter præterita ſed tacite cenſetur
vocata ad ſucceſſionem paragij Regens,
Galeot. tom.2.controuerſ.cap.16.num.
55.56.& 61.

Et econtra ſi pater aliquid ei relinquat, nõ
poteſt petere aliud vltra relictum But-
34 ſtat.conſ.48.nu.5. vol.primo vide de
Toro tom.1.compen.decis.verbo filia
fœmina folio 223.col.1.latè Viſcont.in
ſingular.verb.filia dotata folio.93.col.1.
ad med.

Etiam ſi relictum eſſet modicum an videa-
35 tur admiſſa ad ſuccedendum vide Reg.
Rouit.deciſ.99. num.12.

Et quando filia eſſet à patre maritata, an
36 poſſit petere vt det ei æqualem dotem
quantam dedit aliis ſororibus. Donat.
Antonius de Matinis reſolutionum
37 quotidianar.cap.93. numer.10. mouet
articulum, & ex Fontanell.Peregrin. &
Soccin.ibi relatis tenet pro affirmatiua
tamen nu.11.opinionem negatiuam ſibi
veriorem amplectitur ea ratione, vt ſuffi
ciat eſſe congruè dotatam nec de patre
conqueri poteſt ſi voluerit vni quam al-
teri meliorem dotem dare,idem affirmat
38 de Thor.à *M*arin.non allegatus tom.1.
compend. deciſ.verbo filia dotata à pa-
tre folio,224.col.1.

Auth.hic num. 43.ad med.dicit paragium
eſſe loco legitimæ, à quo diſcedit Mari
n.9.qui differentiam ponit inter paragiũ
& legitimam,illud enim petitur viuente
39 patre, hæc verò poſt mortem patris, &
paragium dicitur dos, qui de iure com-
muni dicitur competens,& congrua ta-
xode facultatis,dignitatis, ac regionis,
conſuetudinis, vt ſupra dixi,& ad quam
ſummam aſcendat ſcribit Reg. Galeota
cit.controuerſ.15. num.32. & controu.
16.num.4. & 9. *Reg.* de Aponte conſ.
65.nu. 1.vol. 1. qui dicit,quod paragiũ
ſuccedit loco legitimæ,& non poteſt eſ-
ſe minus legitima, & pro eo competit
duplex actio, vna perſonalis,alia hipote-
caria,de *F*ranch.dec.129. num.22.

Quę legitima eſt de iure naturæ, & non po-
teſt filia ea priuari per S. aliud quoque
40 capitulum authent.vt eum de appellat.
cognoſcitur,& debetur etiam filiæ caſtè
viuenti R.Galeot.tom.2.controuerſ.15.
num.88.

Et pro complemento eſt ſciendum quod ſi
pater dotem promiſerit licet non ſolue-
41 rit etiam ſi matrimonium non ſit ſecutũ
filia dotata præfertur creditoribus qui
contraxerunt cum patre poſt dotem
promiſsã tum quia ius irreuocabile cen-
ſetur acquiſitum ex illa promiſſione in
beneficium filiæ,de *M*arin.cap.93.nu.5.
cum etiam quia hypoteca à die matri-
monialiũ capitulorum currit de Franch.
deciſ.677.contra.Antonin de Amato re-
ſolut. ver.reſolut.quinta tom.1.

Et ſi receperit dotem,vel veſtes prætioſas,
ſiue alia data tempore contracti matri-
42 monij,an teneatur computare in legiti-
mam vide Hondedei conſ.63.nu.121.&
ſeqq. tom.1.

Et quando propter nobilitatem, vel pul-
chritudinem, vel alias virtutes fuerit à
43 viro dotata,an agat pro dote,vel pro le-
gitima vide de Franch. deciſ.119.

Vlterius petitur ſi filia vidua poſſit de
dote diſponere,& quomodo, quo ad fi-
liam

44 liam nuptam pro negatiua adduxi ſupra deciſ.54.num.38.& ſeq.hic vero de filia vidua quæritur multi diſtingunt, ſi mulier ſit creditrix ſuæ dotis poteſt de ipſis diſponere inter viuos dumodo citra fraudẽ diſponat, de Franch.deciſ.435.nu.26.& 34.R. Galeot.tom.2.controuerſ.30.nu.12.& 77.alij diſtingunt, aut cum liberis decedit, & diſponere valet de decima parte, aut ſine liberis, & de medietate diſponit, ex conſuetudine, de Franch.deciſ.537.nu.2.ex quo de decem partibus quoad nouem partes habet labia clauſa, os refrænatum, & manus ligatas, & pro nouẽ dicitur inteſtabilis, idem de Frãch. deciſ.606.nu.3.& deciſ.667.nu.2.& 3. et vide Theſaur. deciſ.140. Maſull. ad Capic.deciſ.167.nu.20.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. LVIII.

SVMMARIVM.

Conductor volens excipere de dominio rei conductæ, an rem conductam relaxare teneatur, vel illam detinere à n.1.ad 5.

Textus in l. ſi quis conductionis procedit in omni contractu.n.3.

Procedit ſi agens rei vendicatione ageret numer.7.

Procedit in omni poſſidente alieno nomine numer.8.

Limita non procedere quando agitur ex locatione.num.10.

Limita niſi agens reſtituat rem conductam num.11.

Limita quando conductor poſſidebat tempore conductionis.nu.12.& 13.

Conductor agens in proprietate, non reſtituens rem tenetur in litem, pœnas patitur, & locatorem ſpoliare videtur n.13.& 14.

Conductor poteſt agere quando notoriè de dominio agit.nu.4.

Item agit quando locatio eſt nulla n.5.

Agit quando cauſa ſuperuenit poſt conductionem.num6.

Conductor antiquus, an præferatur nouo numer.16.& 17.

An poſſit opponere eſſe factam relocationem, et quomodo n.18.

An poſſit rem conductam alteri ſublocare numer.19.20.& 21.

Et per quod tempus nu.22.

Et cui perſonæ nu.20.

Fallit in ciuitate Neapolis, in qua non licet ſublocare.nu.24.

Relocatio tacita finita locatione per quod tempus cenſeatur facta, & quomodo.nu.23.

Tutor locãs rem pupillarem, an pupillus reuocare poſſit, quando, & quomodo à nu.25. ad 30.

Relocatio, an habeat locum contra ſingularem ſucceſſorem n.27.

Locatio facta per maritum, an habeat locum à eo mortuo, vel adminiſtratione finita contra vxorem nu.29.& 30.

Conductor ad longum tempus, an teneatur ſoluere collectas nu.31.

An ſeruitium militare n.32.& 33.

Conductio ad longum tempus quomodo conſideratur nu.32.

Dicitur per decennium ibid.

Adobam quis ſoluit conductor, vel locator numer.34.

Conductor rei feudalis, an teneatur ad collectas. nu.35.

Conductor an amouere poſſit officialem electum per dominum ante locationem. numer.36.

Conductio, an reſoluatur vendita re conducta nulliter. nu.37.

Conductor poteſt retinere rem pro penſione ſoluta anticipatè. nu.38.

Locator poteſt retinere bona inuecta, & illata tamquam tacite obligata pro penſione numer.29.

Conductor non poteſt, in vltimo anno fundum exfructuare quia Domini intereſſe reſultat.nu.39.

Locatio temporalis efficitur perpetua ſi fundus eſt effectus pratioſior,nu.40.

Cenſus impoſitus ſuper aliquo fundo ceſſat ſi fundus eſt effectus infructuoſus in totum, vel in partem nu.41.

Quid ſi vendatur fundus, ſupra quo eſt conſtitutus cenſus ibid.

Hypoteca, à quo die currit matrimonialium capi-

capitulorum, & ſic dotis promiſſionis, vel à die matrimonij ſecuti à n.42 ad 49.

Hypoteca prioritas conſideratur etiam reſpectiu bonis, n.49.

Hypoteca conceditur etiam pro bonis parafrenalibus. nu.53.

Non extinguitur ſi res hypotecata non poteſt reduci ad priſtinam formam, nu.54.

Hypoteca an currat in matrimonio contracto ſine inſtrumento, vel alia ſcriptura. numer. 50.

Si matrimonium eſt contractum inter perſonas prohibitas, & diſpenſatione indiget, hypoteca, à quo die currit, promiſſionis, diſpenſationis, vel matrimonij ſecuti, numer. 51. & 52.

Artem exercens an impediri poſſit vt non exerceat remiſſiuè. nu.58.

Appellatio, an detur à decreto exfractationis num. 55.

An detur à mandato, ſeu decreto de ſoluendo penſionem, nu.56.

An detur à ſententia de exequendo, n.57.

Appellatio non datur in cauſa locationis, & quam. num. 56.

D*Omum tuam decet ſanctitudo, Dauid Pſalm.92.*

Senec. lib.7. tit. de benefic. cap.1. nu.38. fol. mihi 135. hæc verba ſcripſit.

Conduxi domum tuam à te in hac aliquid tuum, aliquid, meum, res tua eſt: vſus rei tuæ meus eſt; itaque, nec fructus tanges colono tuo prohibente, quamuis tua in poſſeſſione naſcantur, & ſi annona carior fuerit, aut fames,

Quaſi dicere vellet vt domus conducta cõmunis locatoris, & conductoris ſit illius quo ad dominium iſtius, quoad vſum, & pro inde ritè controuertitur, an conductor qui ad vſum eſt dominus rei conductæ poſſit excipere de dominio contra locatorem vt hac in dec.58. Aut. noſter inc ontrouerſiam de ducit, in qua de tribus quæri poteſt. 1. an conductor de dominio excipiens in re conducta poſſit illam retinere, vel prius relaxare, inde de proprietate agere, 2. hipoteca in dote, à quo die currat, 3. an à decreto exfractationis detur appellatio.

Quo ad 1. an conductor excipiendo de do-
1 minio, vel proprietate, vel aliquo alio iure, quod habet in re cõducta, valeat illã retinere, vel prius relaxare, inde excipere, de quo Mari hic n. 15. diuerſas rationes adducit ex Petr. hic n. 16. pauca affert tamen ſcias quod Sac. conſ. ut per Afflitt. deciſ. 12. decidit teneri rem conductam
2 relaxare, inde ſuper proprietate agere ex text. in l. ſi quis conductionis cod. locat. quem textum exornat Viſcont. in concluſion. ſuis in verbo (conductor fol.37. col. 1. & procedere in omni contractu dixit *M*aſtrill. deciſ. 287. n. 29. & habe-
3 re locũ in infraſcriptis caſibus vt infracirandi autores ampliant, 1. quando agens poteſt notoriè agere de dominio, 2. quã-
4 do locatio fuit nulla cumulat Marant. in
5 pract. part. 4. diſtin. 7. n. 49. ad fin. 3. quando agenti noua cauſa poſt conduc-
6 tionem ſuperuenit, Menocch. de recuperand. poſſ. remed. 11. n.47. refert *M*erlin. controuer. forenſ. cap.90. n.9. quem ſequitur de Tor. tom.3. compen. deciſ. verb conductor fol. 143. & ante iſtos dixerat Vrſill. ad Afflitt. deciſ. 12. ad fin.

Quartò, remedium l. ſi quis conductionis
7 habet locum ſi agẽs rei vẽdicatione agere, refert Merlin. cit. cap.90. n. 5.

Quintò procedere in omni poſſidente alie-
8 no nomine itaur conueniatur dictæ l. ſi quis cõdictionis docet Vrſill. ad Afflict. deciſ. 12. n.5.

Limitant verò non procedere in infraſcrip-
9 tis caſibus. primò, quando agit ex locatione, refert Merlin. cit. cap.90. nu.7. Vrſill.
10 ad Afflict. deciſ. 12. num.5. Mangrell. ad hanc l. ſi quis condictionis.

Sextò niſi agens reſtituat conductam etiã
11 ſi agens vellet probare in continenti, Maſcard. concluſ. 687. nu.9. ea ratione quia colore huius actionis locator deridetur, Ricc. collect. 195.

Tertiò, quando conductor tempore condu-
12 ctionis poſſidebat, & ſic ſi ignoranter conduxit, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 12. num. 8. immò quando ignoranter cõduxit nõ amittit dominium, Camill. de *M*edic. conſil. 51. numer. 61. & 64. & Iterũ,

conſ.9.nu.9.& agens remedio dictæ l.ſi
quis conductionis, & non reſtituens te-
netur in litem, Vrſill.ad Afflict. deciſ.12.
13 ad fin,& pœnas patitur, Merlin. cit.c.90.
nu.5. Ricc.collect.195. & denegando
14 reſtituere rem conductam cenſetur loca-
torem ſpoliare, Viſcont. in verbo condu-
ctor fol.37.col.1. & ad damna tenetur
Mari ad Gizzarell.deciſ.65.nu.3.an hoc
15 remedium l.ſi quis conductionis proce-
dat excipiente Fiſco, vide Mangrell. ad
hanc l.ſi quis conductionis.
Et an conductor antiquus præferatur in re
conducta nouo, vide Toro compend.de-
16 ciſ.tom.1.verbo(conductor.fol.109.col.
2.& tom.2.verbo(conductor fol.98.col.
17 1. ſed pro eodem prætio antiquum præ-
ferri nouo decidit. Reg.Tap. deciſ. Nea-
pol.59.nu.8 qui idem in Eccleſia pro-
cedere aſſerit.
Et an poſſit opponere eſſe factam relocatio-
nem contra nouum conductorem, diſtin-
18 gue vt per Thor.tom.1.verb. conductor
fol.109.col.1. vide Mele ad Gizzarell.
deciſ.5.n.1.2.& 3.& Mari ad Gizzarell.
deciſ.68.nu.6.
Poteſt tamen conductor rem conductam
alteri ſublocare ſine conſenſu locatoris
19 Nouar.tom.1. quæſt.foren. quæſt.64.
num.2.
Dummodò duo concurrant. primum vt ſub-
locatio fiat perſonæ æquè idoneę No-
20 uar.de grauam. Vaxall.tom.1. grauam.
36.nu.7. & ęquè idonietas intelligitur
etiam reſpectu nobilitatis, Camill. de
Medic.conſ.147.n.26.ſecundum vt fiat
21 ſublocatio pro eodem tempore quo fuit
facta conductio, & ſi vltrà tempus con-
ductionis tantum, Marcell. Marcian. cōſ.
22 57.num.6. ſed quomodo teneatur vide
Reg.Rouit.deciſ.23.nu.1.locatio tamen
tacita elapſo tempore affictus cenſetur
23 facta per annū, Horatius Barbatus in tra
ctat.d'aſſiſtentia gloſ.12.nu.116.
Fallit in Ciuitate Neapolis, in qua non li-
24 cet ſublocare idem, Marcianus.conſ.57.
num.5.
Verùm ſi tutor locauerit rem pupillarem
25 per aliquod tempus cum conditione vt
durante tempore locationis illa res ne-
queat alienari ſine decreto Iudicis, & ſic
in ſpetie obligauit, inde pupillus maior
26 factus non poterit locationem irritare,
vti ſingularis ſucceſſor, de Thor. tom.1.
verbo(conductor fol.339.col.1.& con-
27 tra ſingularem ſucceſſorem, an poſſit op-
poni remedium cit.l. ſi quis conductio-
nis vide.Ricc.collect.195.
Quia locatio facta per tutorem obligat pu-
pillum, Gratian.diſcept.forens.32.n.13.
28 quem ſequitur de Thor.vot.14. nu.66.
cui pupillus tenetur ſtare etiam finita
tutela, & cura, de Thoro vot.65.nu.20.
29 & 21.& procedit in marito locante res
vxoris, ita vt mortuo viro ſuo, ſeu admi-
niſtratione finita vxor, & eius hæredes
tenentur ſtare locationi factę per maritū
30 de Thor.vot.65.nu.22.Hodierna ad Sur-
dum deciſ.299.nu.1.
Conductor ad longum tempus tenetur ſol-
31 uere collectas, Nouar.quæſt.forens.tom.
quæſt.91.nu.11.
Quòd longum tempus dicitur per decen-
32 nium Capan.de Adoh. quęſt.58. nu.2.
& ſequitur Nouar.tom.1. quæſt. forenſ.
33 quæſt.146.nu.6.& ſoluit ſeruitium mili-
tare quia conductio eſt à Domino feudi
Capan. de releuio part.4. quæſtion.7.
num.14.
Et adoghā quis ſoluit, locator, an cōductor
diſtingue, aut adogha debetur de feudo
34 locato, & ſic eius corpore, & locatio eſt
per biennium, vel triennium, & tunc lo-
cator illam ſoluit: aut verò adogha debe-
tur vigore fructuum, & tunc cōductor te-
netur Capan.d.adogha q.58.n.2.3.& 4.
Et conductor rei feudalis an tētur ad colle
ctas pro illa re, deducto onere quod ſoluit
Domino, diſtingue. aut tractatur de feu-
dis quæ tenētur à regia Curia, & pro is,
nō tenētur ad collectas per Capit.Regn.
porrecta.
Aut vero tractatur de feudis quæ tamen à
Barone, & licet Lucas de Penna ſit in
opinione, vt contribuant in collectis, de-
ducto onere, ſeù adogha, vel alterius ſer-
uitij, tamen eius opinionem, non ſeruari,
35 & non teneri ad collectas, nec ad al-
iam contributionem. referr.Reg. Rouit.
qui opiniones conciliat in rubrica

de

dē appret.nu. 12. & ſubſtinet in feudis, nobilibus non dari collectam, nu. 12. per tor.& Nouiſſ.Capan.de iur.adoh.quæſt. 12.nu. 10.verſ.ſic etiam, qui ampliat vt etiam ſi feudum eſſet inhabitatum eſt immune à collectis Vniuerſitatis,& plu- ries fuiſſe ſic deciſum Refert, & decreta adducit quorum autoritate cōſultus ipſe reſpondit vt Vaſſalli mōtis Falcionis te- nentes feuda a D.Carolo de Tocco prin cipe montis militum pro quibus ſoluitur adoha Regię Curiæ, non teneantur ad collectas vniuerſitatis Montis Falcionis pro vt latius dicam infrà deciſ.77.

An liceat conductori feudi amouere offi- cialem infrà annum, & ſic ante condu- ctionem electum per Dominum, vide quæ pleniori manu ſcripſi in 2.tom.meo de pugn. Doctor.tit.de pręcedent.c.2. Capoblanc.tom.2.cap.26.nu.9.

Eſt quoque notandum quod ſi res condu- 37 cta venditur,& venditio eſt nulla, non reſoluitur conductio, Hodierna ad Surd. deciſ.51.nu.1.

Petr.hic nu.3. dicit quod conductor poteſt 38 retinere rem pro penſione ſoluta etiam ſi fuit condemnatus ad relaxandum, tū amplia quòd etiam locator poteſt reti- nere bona in re conducta exiſtentia pro penſione propria authoritate ex illa re- gula(bona inuecta,& illata cenſetur ta- cite hypoteca per affitiū quòd quomo- do procedat vide Mauſon.de Cauſ.exe- cut.ampliat.5.à nu.26.ad 30.hæc reten- tio non procedit contra ſubconducto rem ex quo ille ſubconductor, non ſe obligauit illi primo locatori,& ſic deficit conſenſus obligandi bona inuecta, Reg. Rouit.deciſ.23. nu.6.

Conductor in vltimo anno non poteſt fun- 39 dū exfructuare ex quo reſultat Domini præiudicium, Hodierna ad Surd.deciſ. 131.nu.13.

Et licèt locatio ſit temporalis ſi tamē fun- 40 dus eſt effectus fructuoſior efficitur per- petuus, Nouar.tom.1. de grauam.vaxal- lor.grauam.357. nu.6.& ſeqq. *M*ele ad Gizzarell.deciſ.6. nu.39.

Et è contra ſi fundus ſupra quo eſt impoſi- 41 tus cēſus eſt effectus infructuoſus in to- tū vel in partē ceſſat cēſus Theſaur.quæſt. forens.3 lib.1. & Rouit.ibid. nu.37. in- fert quod ſi vendatur fundus ſuper quo eſt impoſitus cenſus contra pactum va- leat, quem vide.

Quoad ſecundum hypoteca pro dote con- 42 tracta à quo die currat ſi capitulorum matrimonialium, vel matrimonii ſecuti, vtilitas eſt nam inter tempus promiſſio- nis,& matrimonii ſecuti creditores poſ- ſunt contrahere pauca attuli in 3. tom. de pugn.doctor.tit.de hypotec.cap.vni- co hic verò materiā latius exarando di- co varias eſſe ſcribentium ſententias, nō nullis enim ſubſtinent hypotecam in dote currere à die capitulorum matri- 43 monialium,& licet ſponſi contrahentes ad eorum libitum, capitula diſſoluere, & ab illo diſcedere, tamen non poſſent hoc agere citrà verecūdiā,& ſcādali fu- turi metum, de Franch.dec.677.ad med. vnde à die capitulorum matrimonialium currit hypoteca.

Alij diſtingunt tempus perfecti matrimonii 44 eſſe attendendum, ita, vt creditores prę- ferantur, ſi ante matrimonium perfectū, & poſt capitula matrimonialia contra- cti à quo onera illius ſubſtinuit non autē retrotrahitur ad tempus capitulorum, & 45 pro hac opinione mulit Doctores con- currunt, vt refert Antonin. d'Amato va- riarum. reſolution.tom.1.reſol.5.num. 13.& 16.

Non deſunt diſtinguentes, aut cum capitu- 46 lis matrimonialibus eſt ſtatim ſecutum matrimonium, & tunc à die capitulorū currit aut verò matrimonium eſt perfe- ctum longo tempore poſt capitula,& tūc à die matrimonii ſecuti currit, de Franch. deciſ.677. nu.4.

Alii diſtingunt inter hypotecam expreſſam, & tacitam Guttier. de iurament. confir- mator.part.1.cap.46.num.8. Molfes in conſuetud.*N*eapol.quæſt.1.& 2,nu.71. part.6.Alexand.trentacinq.variar. reſo- lut.lib.3.tit.de pignor. & hypotec.reſo- lut.9.nu.26.& 27.Theſaur.quæſt. forēs. 34.numer.5.lib.2.de Thor.in compen. deciſion.part,1. verbo hypotec.in dote promiſſa.

Vt refert Muta tom. 6. cap. Sicil. cap. 7. num. 15. & 16. teneri ad damnum, & intereſſe partis, quando eſt imperitus, quę imperitia deber eſſe ſupina, & conſtare, quòd interceſſerit. Ripa in tractar. de peſte rit. de remediis præſeruatiuis contra peſtem, nu. 80. & cum imperitia con currat dolus, calliditas, & lata culpa, quibus ceſſantibus, nō tenetur, Franciſ. Marc. dec. 523. nu. 2. ſecus verò quando Miniſcalcus vtitur arte ſua, nec ad alia exercitia diuertendo; ſed tantùm illud ſuum exercendo imponendo ferrum ani malibus, & ſecundum regulas artis, atię imitando operatur, quæ eſt tanti ponderis, vt non traharin conſequentiam voluntatem operantis, ſecundum partē appetitiuam; ſed ipſum opus, quod fit in ſe, bonum ſit, Barboſ. aſſiom. 33. num. 1. & 2. Nouar. prag. 2. de magiſtr. artium num. 9. Megal. in prompr. moral. verbo (artifices, num. 1. & iret. in verb. ars, nu. 3. & numquam præſumitur dolo artem ſuam exercere, Franc. Marc. deciſ. citat, 523. num. 2.

Vlterius quando miniſcalcus eſt notus, fidelis, legalis, & communis diligens, qui ſemper artem ſuam diligenter exercuit, ſequitur non eſſe ei attribuenda accidētalia, dùm dolus, & malitia exular, horū enim magiſtrorum cognitio, & notitia fidelitatis eſt tantæ potentiæ, vt nedùm plena fides adhibeatur, verùm etiam poteſt vendi res prohibita, Bonacoſſ. in tract. de equo, quæſt. 459.

Ergo ceſſante dolo, malitia, vel imperitia craſſa, & ſupina non tenetur, non obſtat doctrina loc. citat. de Thor. quæ intelligenda venit, vt ſupra dixi interueniente dolo, malitia, vt idem de Thoro refert, vel quando tractatur de equis martialibus, vt affert Ferrert. in tractar. de re militar. tit. de equis martialibus num. 16. ad med.

Volui hæc ſcribere tùm pro deciſione articuli, cùm etiam quia ſæpius adſunt lamentationes particularium conquerentium circa prædicta de iſtis Fabris ferrateis, & ſignanter in regionibus, in quibus eſt concurſus, vel muliorum, vel militum, & aliorum practicantium, & quando fabri ferrarii in hoc incidunt cenſentur eſſe impunes ex illo adagio; Chi chioda inchioda.

Petra hic num. 32. & ſeq. quærit quotuplices ſint feriç, & illarū materiā tangit, & Mari hic nu. 14. quærit, quæ cauſæ poſſint tractari in diebus feriatis, quam ego latè exaraui in meo 2. tom. de pugn. Doctor. tit. de feriis.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DEC. LIX.

AD hanc longam deciſionem 59. declarantem diſtinctè materiam priuilegiorum, & eorum virium poteſtatem, prioritatem, ac confirmationem nihil addendum mihi videtur ex eo quia de ea latè dixi tam ſupra dec. 20. quàm in meo 2. tom. de pugn. Doctor. tit. de Priuileg. & eorum prioritate vbi recurre quando caſus euenerit.

ADDIT. AD DECIS. LX.

SVMMARIVM.

Actio ciuilis, an impediatur per criminalem, & è contra, num. 2. 3. & 4.

Lis ciuilis ſi ſit inter actorem, & reum, & criminalis tendat contra tertium, an impediatur per criminalem, nu. 5.

Falſi quæſtio non impeditur in cauſa ciuili, ſi vtraq. de per ſe ſtare poteſt, nu. 6.

Iniuriarum actio poteſt ciuiliter, & criminaliter intentari tamen quando intentatur ciuilis, ceſſat criminalis, nu. 7.

Falſitas, vel error dicatur remiſſiuè, num. 8. & 9.

Teſtis, an tractu temporis poſſit variare dictū ſuum, nu. 10.

Obliuio, quo tempore conſideretur, nu. 11.

Falſitas commiſſa in acceſſorijs, & ſic non in facto principali, an ſit punibilis nu. 12.

Teſti neganti prout Notarius ſcripſit, an credatur

creditur plus Notario, quàm teſti, Clar. quæſt. 53. verſ. quintus eſt caſus, & vltra eam, Nat. conſ. 392. licet Papon. lib. 9. tit. 1. arreſt. 15. dicat, quod ſi teſtis negat & Notarius ſit bonæ opinionis, & famæ ſtatur dicto dicti Notarii, aliàs ſtatur dicto teſtis vide Crauett. conſ. 13. & con. 74. nu. 3. Roland. conſ. 38. vol. 1. Farin. de falſitat. & ſimulat. tom. 5. quæſt. 158. part. 3.

Quæ autem pœna erit teſtis falſum deponentis diſtingue, aut deponit in cauſa
14 capitali, & ex illa depoſitione falſa fuerit inquiſitus capitaliter punitus, & tunc pęna mortis infligitur teſti, aut verò non ſequitur mors, & ſecus erit, Ioſeph Ludouic. dec. Lucenſ. 15. nu. 19. vide Peguer. dec. 19. & teſtis falſum deponẽs an gaudeat immunitate Eccleſiæ, difficultas eſt, quia cum prætio, falſo deponens, ex qua depoſitione inquiſitus ad mortẽ condemnatum pro aſſaſſino cenſetur, vt aſſaſſinus, non gaudet immunitate neque hic teſtis, quando enim in aliquo caſu competit diffinitio competit, & definitum, ſic docet Peregrin. de immunitat. Eccleſ. cap. 7. num. 42. verſ. amplio nono, & ampliatione 8. comprehendit iudicem mercede corruptum ad condemnandum aliquem ad mortem: nam inter aſſaſſinos reputatur.

Contrarium ſenſit Antonin. Diana inter Theologos non ſecundus part. 4. reſol. moral. tract. 1. de immunitat. Eccleſ. reſolut. 104. fol. mihi 32. qui aliorum authoritate procedere, ſubſtinet etiam in teſte deponente falſum ſine pecunia, vel alia mercede, ex qua falſa depoſitione mors inquiſiti ſequatur, & in vtroque caſu eſſe conſulendum ſummum Pontificem conſulit; adeò, quod opinio dubia redditur.

Auth. num. 19. & Petr. hic num 33. inferũt reum citatum poſſe pendente citatione
15 capi, quod iterum Petr. dixit ſupra dec. 40. nu. 20. & licet ex pragm. vnic. de cuſtod. reorum ſit cautum, vt non procedatur ad capturam antequam incipiat conſtare de delicto, tu tamen ſcias in ciuitate Neapolis citati ad informandum, & appellantes ad Sacrum Conſilium poſſunt, pendente appellatione, & relatione facienda capi, vt ſtatuit Reg. Prag. 44. in antiqua impreſſione, in noua verò facta in anno 1633. eſt prag. 41. tit. de offic. magiſtr. Iuſtitiar. licet Reg. de Aponte de poteſtate Proreg. tit. de prouiſion. fieri ſolitis S. 1. num. 18. & 19. & 20. ampliat poſſe Dominum Proregem mandare quem capi ſi iuſta cauſa ineſt probat quia captura eſt arbirraria, dum-
16 modo inſit aliqualis informatio, non in figura iudicii de delicto commiſſo.

In aliis verò tribunalibus Regiis captura, vt in dies, experientia docet, eſt arbitra-
17 ria, quod tu declara aliqua cauſa legitima ſubſiſtente; nempè quando timetur, vel fuga citati delinquentis, ex quo orirerur delicti impunitas, vel quando delinquens eſſet potens, vt impedire poſſit informationem, vt docet Reg. de Apon. cit. loc. num. 18. vel quando delinquens poſt delictum, vel poſt citationem publicè deambulat, quaſi pęnam paruifaciens & aliis de cauſis arbitrio Iudicis viſis, arbitrio eorum, vt dicit Carauit. rit. 35. in fin. vide quę dixi ſupra dec. 40. num. 18. & ſeqq.

Tamẽ citatus ad hoc vt nõ capiatur, poteſt tueri offerendo cautionem, Clar. quæ-
18 ſtion. 28. quæſt. 31. verſ. vltimo quæro, & colligitur, & cit. pragm. 1. de cuſtod. reorum.

In curiis verò Baronum eſt eis prohibitum, officialeſque carcerare de facto, niſi
19 in enormibus delictis, & infraganti delinquentem, & captum etiam condemnare. multos Doctores congerit Carab. ſingular. 172.

Nec citari ad informandum, niſi viſa informatione, & præcedentibus indiciis ſufficientibus: prag 37. de offic. Magiſtri Iu-
20 ſtitiar. & ibi Reg. Rouit. qualia ſunt indicia ſufficientia, vide Rouit. ibidem, qui teſtatur citatum ſine indiciis non poſſe tanquam principalem interrogari, nec cogi reſpondere, prout in ſimili, nõ eſt attendendus ſolus titulus delicti; ſed veritas inquiſitionis, probationes factæ, & indicia verificata, Reg. Rouit. in prag. 1. de

1.de cuſtod. reor. num. 4. & vltra eum Capoblanc.tom.3.cap.98.nu.6.Amendol.ad Franch.deciſ.8.num.3. Reg.de Apont.de iuriſdict.ad Pennam,tit.de bigamis num.31.

Vndè caueant Iudices de carcerando ſine
inditijs,probationibus; ſed tantum cum
22 titulo, quia carcerando de facto eſt cõ-
tra diſpoſitionem prag. in Regno.
Auth.num. 21. (Fiſcus indebitè aliquem
23 vexaret) dixi ſupra deciſ.39.n.39.
Auth.nu. 22. adde quod minor non poteſt
24 iudicare maiorem,cap.penul. & fin.21.
diſtinct. tamen Iudex maior poteſt ſe ſub-
25 mittere iuriſdictioni Iudicis minoris,
Roman.ſingular,44.quod procedit in
voluntaria iuriſdictione: ſecus ſi contẽ-
ptioſa, Iaffred.Bajbus deciſ.114.& quod
inferior factum ſuperioris etiam ſi ſit nul
lum non poſſit reuocare, dixit Crauett.
conſ.148. num.3.

Petr.hic num. 23. aſſerit credendum eſſe ſacerdoti aſſerenti habuiſſe licentiam à confitente reuelãdi confeſſionem, quod an ſit verum, & procedat, & in quibus caſibus, latè Vinc. Carrocc. in tract.de reuel. confeſſ.quæſt.16.per tot.& eundẽ Carocc. in tract. de iurament. quæſt. 6. per tot.fol.mihi 23.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DEC. LXI.

PRiuilegia, prærogatiuas, exemptiones Clericorum à Iudicibus laicis in hac dec.61,author tractat, quibus ſupra deciſ.21.& dec.29.aliqua dixi,& Clericus mulctetur ex contumacia cõtracta, immò,quod reſtituatur, dixi plenè in meo 1.tom.tit.de contumac. cap. 2. & tetigi remiſſiuè ſupra deciſ.29. num. 1. vbi te remitto.

Et an Clericus valeat coram Iudice laico ſe obligare; docet Vrſill. ad Aff. deciſ. 306.num.4.

ADDIT. AD DECIS. LXII.

SVMMARIVM.

Teſtamentum,quid ſit,nu. 1.

Operatur effectum ſuum poſt mortem,nu.2.

Si teſtatoris mors non intercedat non dicitur teſtamentum,nu.2.

Quæ ſolemnitates requiruntur,n.3.& 4.

Teſtamentum,& codicillus,in quo differant, num.5.10.

Teſtamenti apertura, quomodo fieri debet, num. 6.

Notatur, & teſtes,an debent eſſe rogati,n.7.

Teſtamentum inualidum ex defecto ſolemnitatis,an ſubſtineatur alia via,& quo iure, num. 8.

Clauſula, quæ apponi debet, vt teſtamentum valeat, num. 8.

Ad validandum teſtamentum poteſt auctatus tueri opinione vnius Doctoris ſingularis,dummodò non ſit cõtra opinionem Bartoli,num.11.& 12.

Teſtamentum manu teſtatoris, ſine teſtibus, an valeat, & quo iure, nu. 13. & 14.

Si eſt imperfectum, ratione ſolemnitatis, vel numeri teſtium, quibus in caſibus ſubſtineri poſſit à num.15. ad 22.

IN *die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam,Eccleſiaſtic.cap.33.nu.35.*

Seneca lib.4.de benefic.cap.1.nu. 59. fol. mihi 67.hæc verba profert.

Quid cum ipſo vitæ in fine conſtitimus cum teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profuturum diuidimus quantum temporis conſumitur quamdiù ſecretò agitur quantum,& quibus demus.

Quaſi ex noſtra legali facultate vires aſſu-
mens dicere velit, vt in fine vitæ de bo-
nis diſtribuamus per viam teſtamenti,
1 quod poſt mortem operatur effectum
ſuum; teſtamentum enim eſt voluntatis
noſtræ, iuſta ſententia de eo, quod poſt
2 mortem fieri voluerimus,l.1.ff. de teſta-
mentis. vbi enim teſtamentum eſt mors

neceſſe

neceſſe eſt intercedat teſtatoris, teſtamẽtum enim in mortuis confirmatum eſt alioquin, non valet dum viuit, qui te-
3 ſtatus eſt ex Paul. Apoſtol. ad Hebræos capitul. 9. numer. 17. & in teſtamento requiruntur, tot ſolemnitates, tot requiſita deſiderantur, quod figuræ in eo cõcurrunt, & per quamlibet litera Hyeroglificè reaſſumendo colligitur quodlibet requiſitum.

T eſtator ſe in illo ſubſcribit.

E t ſeptem teſtes ſint præſentes, Afflict. decil. 169. nu. 5.

S ubſcribant, & ſigillent l. hac conſultiſſima, Cod. de teſtament. notat Capic. deciſ. 29. nu. 5.

T eſtamentum.

A lius pro alio non ſubſcribat, l. ſingulos, cod. eod.

M ulier non teſtis regulariter, propter fragilitatem, vt aſſerit Franc. de Petra inter ſcribentes venerandus, conſ. 49. num. 13.

E xceptione maiores ſint teſtes, S. teſtes inſtitution. eod.

N on muti, non ſurdi, Afflict. deciſ. 166. num. 3. & 4.

T abellio illud claudat.

V nico contextu, ideſt nullo alio actu interueniente, niſi neceſſario naturę, l. cum antiquas, Cod. eod.

M ortuo teſtatore aperiatur auditis intereſſe prætendentibus, l. de vno quoque, ff. de re iudic. vocatiſque teſtibus ſigilla cognoſcentibus, l. ab initio, ff. quemadmodum teſtamen. aperiant.

Secus enim in codicillo, in quo minor numerus teſtium requiritur vulgaris iurib. & quare tot ſolemnitates deſiderantur,
5 quia dum ſumus in vltimis voluntatibus maiores diligentiæ adhibentur, vt per maiorem numerum veritas clarior ſemper habetur, Franc. de Petr. conſ. 49. num. 13.

Apertura autem ipſius teſtamenti, ſiue publicatio, quomodo fieri debeat practica
6 omnibus nota tamen in theorica, vide Mantic. de côiec. vltim. volunt. lib. 1. tit. 6. Paul. de Caſtro conſ. 111. Curt. cõſ. 53. vol. 1. Surd. deciſ. 291. & ex noſtris Maran. conſil. 90. de Franch. deciſion. 530.

Sciendum, tamen eſt, quod rogitus Notarij debet fieri per teſtatorem, & Notarius
7 poteſt rogare teſtes, Crauer. conſ. 117. & dum Auth. hic nu. 1. aſſerat non præſumi rogitum teſtium, ſed requiritur, vt appareat, dicas tu quod præſumitur, Notarius rogatus, tùm de iure ex Boer. deciſ. 34. & 35. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. titul. 11. & 12. tùm etiam in practica, quia Notarii apponunt illud verbum ad hoc rogati, & teſtes à quocunque rogari poſſe nomine teſtatoris, aſſerit Petr. hic nu. 4.

Et ſi teſtamentum ſit inualidum ex defectu ſolemnitatis ſubſtinetur in vim teſtamē-
8 ti nuncupatiui, & Afflict. deciſ. 143. & 144. & ibi Vrſill. cum etiam quia Notarii ſolent apponere illam clauſulam, & ſi non valet iure teſtamenti nuncupatiui, & ſi vti teſtamentum nuncupatiuum non valeret, valeat iure codicillorum, ſeù alterius, cuiuſuis vltimæ voluntatis, & quamuis, hæc verba non eſſent appoſita habentur pro appoſitis, tã quam de ſtilu Notariorum, vt Author notat hic num. 19. & 20. & hæc verba cenſeri, appoſita ita ut teſtator non cenſeatur coarctatus ad teſtandum per vnã viam, ſed per plures, & multas pro manutentione ſuæ voluntatis, vt idem Author noſter num. 25. & 26. hic refert, & ſcias, quod ſolent docti teſtatores, ac practici, & eruditi Notarii apponere alia verba importantia manutentionem teſtamenti, nedùm in ſupra relatis, verùm etiam in iſtis vt unus titulus ſit trãſmutatus in alium, immò, vt verba obliquentur, & improprientur, ut omninò teſtamentum ſubſtineatur Minadoes deciſ. fin. num. 12. immò ſi teſtamentum non valeret, ſeù dubietates apparerent ſortiatur ſuum effectum efficaciam, & robur, etiam ſi expreſſa verba exprimenda eſſent.

Differentia inter teſtamentum, & Codicillum multiplex eſt, quam ego omitto in
10 ſcholis enim ventilatur, non autem

in palatijs diſputatur.

Tantum dicam, vt ſi contingat dubitari de
validitate, vel inualiditate Aduocatus
eam defendens, poteſt tueri vna opinio-
ne vnius doctoris ſingularis non obſtan
tibus alijs opinionibus aliorum Dotto-
rum pro defenſione, & validitate ipſius
teſtamenti Ioſeph Ludouic. decis. Lucēſ
29. num. 85.

Quod limita niſi illa opinio Doctoris ſin-
gularis non ſit contra opinionem Bart.
cuius authoritas eſt veneranda valde
12 notabilis, & aurea vt refert Auth infra
deciſ. 63. num. 15. cuius rationem ego
addo ex Affl. de feud. tit. de ſucceſſion.
feud. in rubric. col. 32. quod nota,

Auth. hic nu. 10. controuertit, an teſtamē
tum manu teſtatòris ſcriptum, in qua nō
13 ſunt deſcripti teſtes, & teſtator aſſerat
compleuiſſe teſtamentum, quod non
valeat, & Petr. hic nu. 7. ampliat vt non
valeat etiam quoad diſpoſita, quoad le-
gata pia quia eſt imperfectum, & Mari
hic num. 4 punctum tangens dubitatiuè
loquitur, & remittit ſe ad Menocch. &
quod teſtamentum manu teſtatoris nul-
lo exiſtente teſte inualidum ſit, ſcribit
Surd. deciſ. 97.

Tu tamen ſcias, quod ſi teſtamentū eſt fac-
tum inter liberos, & ſcriptum totum
manu teſtatoris, etiam ſi nullus adſit te-
14 ſtis valet, & ſubſtinetur inter liberos,
Achill. de Graſſ. dec. 1. tit. de reſtament.
Gratian. dec. *M*arch. 207. & hæc confe-
runt ad primam limitationem.

Limita tu tamen vt teſtamentum imperfe-
ctum, ratione ſolemnitatis, vel numeri
15 teſtium valeat in infraſcriptis caſibus
videlicet.

Primò ſi teſtamentum ſit factum à patre, &
16 ſic inter liberos valet, & ſubſtinetur, vt
dixi ſupra n. 14.

Secundò, quando teſtamētum eſt factum
coram Principe, vel coram quocunque
17 alio iudice, etiam ſi duo tantum teſtes
adſint valet, *M*iſincer. obſeruat. 29. cen-
tur 6.

Tertiò, ſi factum fuerit tempore peſtis etiā
ſi duo teſtes interueniant valet, *M*iſinc.
18 centur. 1 obſeruat. 95. Put. deciſ. 372. &
281. lib. 1. Anton. *F*ab. dec. 5. titul. cod.
quia tempore peſtis dicitur priuilegia-
tum, Theſaur. deciſ. 180. *A*nn. ſingular.
505.

Alij verò diſtinctione vtuntur, aut teſtator
poſt teſtamentum conditum, tempore
peſtis ſuperuixit, & periculum morbi ceſ
ſauit, & dicunt non valere, ex quo ſanita
te ſuperueniente ſupplere videtur defe-
ctū teſtium, alii affirmant valere, quia
tempus conditi teſtamenti attenditur,
aut verò teſtator ex illo obiit, & ualet
hæc omnia reaſſumit Ripa in tract. de
poſte. tit. de priuileg. voluntatum, cauſa
peſtis à num 28. ad 35. & eadem diſtin-
ctio poſſet adhiberi in eo, qui eulogium
facit in periculo exiſtendo, nempè in
poſſe latronum, in naufragio, vel altero
quæ vide tom. 2. tit. de condemn. cap. 3.

Quartò, ſi teſtamentum eſt factum penes
acta valet cum numero duorum teſtium,
19 *A*nton. Fab. deciſ. 23. cod. de teſtament.
& tangit Petr. hic num. 3. cui limitationi
non inhęreo in Regno noſtro Neapolita
no ex Regni Conſtitutione.

Quintò, Mari hic num. 1. porrigit aliam li-
20 mitationem, nempè quando fuerit fa-
ctum coram *P*arocho, & duobus teſti-
bus ad pias cauſas valet, tu adde pro va
liditate huius opinionis, Boer. dec. 228.
21 nu. 5. Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ. 53.
*M*agon. dec. Lucenſ. 33. n. 11. 5. & 58,
quod tu intellige, dummodò duo con-
currant, primum nempè, quod teſtator
ſit ægrotus; ſecundum, quod ex infirmi-
tate decedat, Guidon. P. p. deciſ. 543.
Boer. dec. 91. & 328. Abb. conſ. 11.

Sextò, limita teſtamentum valere, quando
eſt factum in loco religioſo, veluti in
22 monaſterio, vel *E*cclesia, dummodò ſit
intra fines territorij ſtatuentium etiam
forma ipſius ſtatuti ſeruata Roland. conſ.
53. vol. 3. Natt. conſ. 643. quicquid ſit
dictū tamē in practica ſemper vidi teſtes
ſeptem, & alia requiſita adhiberi, inquo
libet teſtamento.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. LXIII.

SVMMARIVM.

Præſentia alicuius in aliquo negotio eſt neceſſaria, & cauſa felicitatis, num. 1.

Abſentia alicuius in aliquo negotio eſt cauſa miſeriæ, & infelicitatis, nu. 2.

Filius ex patre præmortuo, an ſubingrediatur in locum patris, & ſuccedat auo, à numer. 3. *ad* 15.

Authoris opinio affirmatiua, vt nepos ſuccedat auo, à nu. 16. *ad* 20.

Filius fratris præmortui, an ſuccedat cum patruo in ſucceſſione patrui, à num. 21. *ad num.* 29.

Teſtator faciendo plures ſubſtitutionum gradus, vt bona conſeruentur in familia, an inducat fideicommiſſum, num. 4.

Fideicommiſſum quotuplex ſit, quibus verbis inducebatur antiquitus, quibus priſcis temporibus, à nu. 5. *ad* 8.

Verba poſita per teſtatorem ſi deceſſeris, an differant ab illis ſi defecerint, n. 8.

Filijs, & nepotibus, extantibus, an ſuccedant nepotes, nu. 10.

Nepos quando ingrediatur perſonam patris, num. 11.

Teſtator vocando proximiores, quos vocare cenſetur, nu. 12.

Affectio teſtatoris conſideratur maior erga fratrem, quàm erga filium fratris, nu. 12. *de veritate, nu.* 20. *&* 28.

Patruus quando admittatur ad ſucceſſionem neptis, num. 15.

Fideicommiſſum factum ab aſcendente quomodo conſideretur, num. 17.

Facultates præſeruant dignitates, quæ perpetuant memoriam teſtatoris, nu. 18.

Nepos non natus tempore mortis, ſed poſthumus, quomodo ſuccedat auo, vel patruo, nu. 19. *&* 29.

Filius fratris defuncti, quem locum obtinet, num. 24.

Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, à nu. 17. *ad* 25.

Prohibitio per teſtatorem facta, vt bona non alienentur, ſed conſeruentur in familia, an inducat fideicommiſſum, nu. 26. *&* 27.

Patrem contrahendo debitum pro alendis filijs, & vxore filij, filius tenetur etiam ſi paternam hæreditatem renunciet, nu. 30.

Effectus filiationis eſt vt filius poſſit vendicare bona alienata per patrem, nu. 31.

Maledictio patris, an inducat exhæredationem, nu. 32.

Maledictio patris in filium, quibus verbis concipitur, nu. 32.

Nepotes quomodo veniant appellatione filiorum in fideicommiſſo, nu. 33. *&* 34.

An veniant in contractibus, nu. 35.

An veniant fœmina, num. 36.

Bartholi opinio placebat idiotis, nu. 37.

Doctrina iuris communis, conſtitutionum, capitulorum, & pragmaticarum Regni concurrente, quæ præualet in deciſione cauſæ, num. 38.

Fœminæ an veniant appellatione familiæ, numer. 39.

PRo patribus tuis nati ſunt tibi filij, Et memores erunt nominis tui. *Dauid Pſalm.* 44.

Ex quo infertur vt filij tanquam ex patrib. nati illis ſuccedere debent vt illorum ſint memores, quod an procedat in nepte, quæ an ſuccedat inſimul cum amita, uel illam excludat, in hac dec. 63. dubitatur, & licet eam benè reſoluit Petr. ad Capicium deciſion. 21. & de nouo hic ampleɛtitur, & Mari hic pauca, ſed ego in addition. ad decif. primam plura adduxi, licet ibi in materia feudali, quàm plenè enodaui iuxta ingenioli mei tenuitatem, & requiſitus à Petro Piperno è Ciuitate Beneuenti prothomedico, ſi nepos, & ſic filius ſubgrediatur in locum patris, & ſuccedat auo, tunc temporis currenti calamo in vnum congeſſi magno cum labore, tunc placet inſerere hic vt vigiliæ vtilem ſortiantur effectum.

Boet. de conſolat. lib. 2. metr. 3. proſ. 4. ad fin. refert præſentiam alicuius in aliquo negotio eſſe cauſam fælicitatis, abſentiã verò cauſam miſeriæ, & infælicitatis, exemplum tribuens in nauta, cuius præſentia eſt cauſa fælicitatis nauis,

abſentia verò eſt cauſa periclitationis
eius, ſic, & non aliter poſſem conqueri,
2 ego, qui requiſitus, vt dicerem quid de
iure ſentio in articulo mihi tranſmiſſo,
abſens ſum, & quemadmodum Medicũ
curantem infirmos, decet vt qualitates,
& conditiones ægri reſpiciat, humores
nocentes cognoſcat, eum ad loquendũ
moneat, & ſi præ ualida ægritudine ob-
tumeſcat, manum corpori infirmi adhi-
beat, & verbis conſolatoriis reficiat, vt
docet Boet. lib. 1. metr. 3. proſ. 2. litt. N.
fol. mihi 7. ſic deceret me eſſe præſentẽ,
& in conſilio ſapientium, & congrega-
tione peritorum adeſſe, ut audirem facti
eriẽ difficultates perquirerẽ dubietates
interrogarẽ, & manũ conſultiuã impone
rẽ, ut nauẽ conſultationis mihi ad con-
ſuliãdũ tranſmiſſam ad portũ cõſolatio-
nis amici quærentis ducere poſſem, &
ex abſentia periculum imminet, & pro-
teſtor; quod ſi cibum ſaporoſum, & de-
licatum menſæ huic ducere inhabilis ſũ,
cauſa potens eſt abſentia, & potentior
tenuitas parui mei ingenii, uerùm quia
unum tempus medicinæ, aliud quærelæ
eſt ex Boet. lib. 1. proſ. 2. in princip. fol.
mihi 6. à ret. tempore quærelæ neglecto,
& tempore medicinæ amplexo, deue-
nio ad articuli diſcuſſionem.

Dubitatur, inquã, ſi filius ex patre prę mor-
tuo ſubingrediatur locũ patris, & auo ſuc
cedat, ex quo teſtator inſtituit poſthumũ
hęredẽ, & in caſu mortis abſque liberis
3 ex corpore ſubſtituit eius fratres, & ſoro
res ea ratione, quando teſtator plures
ſubſtitutionum gradus ordinat, & conſer
uationem bonorum iubet in familia, in-
4 ducit fideicõmiſſum Ludou. Morot. con.
50. nu. 19. & omiſſa diſputatione ſi fidei-
5 commiſſum ſit duplex, uel ſimplex, uel
abſolutum, de quo cum ad inſtitutum nõ
6 pertineat, remitto te ad Sforz. od. in trac.
de fideicomm: quęſt. 15. n. 78. fideicom-
miſſum .n. ſimplex inducitur ex illo, ut
bona conſeruentur in familia, Conſiliar.
Marcel. Marcian. conſ. 17. n. 9. & dicitur
reale, & perpetuum, conſ. Scip. Theodor.
alleg. 24. n. 9. nec inſudabo enarrare, ſi
fideicommiſſum ſit de iure ciuili, uel po-
ſitiuo, vt per Sforz. Od. cit. tract. q. 30.
num. 15. 30. & 54. Nec quibus verbis
7 fiat fideicommiſſum, cum licet antiqui-
tus requirebãtur expreſſa verba ad illud
inducendũ, hodie quibuſuis verbis fiat,
quibuſuis coniecturis, & præſumptionib.
de voluntate teſtatoris conſtitutis indu-
citur, Facchin. controu. iur. lib. 4. cap. 49
litt. D. fo. mihi 455. Ioſeph Ruſtic. Aqui-
lan. doctor inſignis, conſ. 1. num. 17. im-
preſſo poſt tractatũ de An, & quando,
qui Facchin. non citat, & concludit qui-
bus verbis inducatur fideicommiſſum
8 tàm vniuerſale, quàm particulare; Neq;
ſi verba poſita per teſtatorem ſi deceſ-
ſerit, differant ab illis, ſi defecerint; &
quid huiuſmodi uerba importent, de
quibus per Reg. de Apont. deciſion. 39.
num. 5.

Sed tantum, an filius patris præmortui lo-
cum obtineat in ſucceſſione aui, iura
9 enim ad inuicem repugnant, & DD. pu-
gnent; nam vna eſt opinio negatiua, al-
tera affirmatiua, primam rigidam, ſecun
dam rigidiorem appellat, Vazq. de ſucc.
creat. lib. 3. §. 31. verſ. ad gloſ. fol. mihi
619. col. 1. & licet aliqua dixerim ſupra
dec. 1. tamen in occurrenti alia afferam.

Pro negatiua, & ſic, vt in ſucceſſione aui
non ſuccedat filius filii, & ſic nepos af-
10 firmat Marzar. con. 1. num. 22. & ſignã-
ter quando teſtator ſubſtituit ſuperſtites
tunc ſuccedunt alii, loco defunctorum;
Curt. iunior. conſ. 57. num. 9. prout in
ſimili, quando extãt filii, & nepotes, non
ſuccedit nepos, & ſic filius fratris, Reg.
Fab. Capic. Galeot. lib. 1. controuer-
ſiar. controu. 48. nu. 14. & dum teſtator
in caſu mortis poſthumi ſubſtituit eius
11 fratres, & ſorores, filius filii, & ſic nepos
non ingreditur perſonam patris, nec auo
ſuccedit, Rol. à Vall. conſ. 38. num. 33.
verſ. verùm quia multi, vol. 4. vbi conclu
dit, quod ſi teſtator proximiores ſubſti-
tuit fratres, ſolùm excluſo nepote, velu-
ti proximiores admittuntur, nam cum
teſtator proximiorem vocauerit, ſanè
ordinem graduum verè, non autem in-
terpetratiuè perpendiſſe videtur, & ideò
cum hæc interpretatio iuris rationi ac-
como-

comodatior, præferenda eſt hæc Rolan.
12 à Vall. quem ſequitur Vinc. Honded.
conſ.65. num.10.vol.1. ea alia ratione,
quia maior affectio conſideratur teſtato-
ris erga ſuum fratrem, quam erga filium
fratris, Mantic. qui multos Doctores
adducit in tract. de coniectur. ultim. uo-
lunt.lib 8. tit.9. nu.2.

Altera affirmatiua opinio, & ſicut in ſucceſ-
13 ſione aui filius filij, & ſic nepos ſuccedit
vna cum patruo, ne dum de iure, vt per
Ruſtic.conſ.2.nu.84. Rolã. à Vall.conſ.
68.n.22.23.& 24.vol.1. qui nu.46.aſſe-
rit hanc eſſe opinionem veriorem, & ma-
gis cõmuniter obſeruandã, ſequitur Hie-
ronym. Gabriel.conſ.86.n.8.& 9.vol.1.
verùm etiam ſtante fideicommiſſo, in
14 quo filius locum patris obtinet, & ſic cũ
patruo ſuccedit, Mantic. de coniectur.
lib.8.tit.9.nu.3. & quando tractatur de
ſucceſſione aſcendentis, filius ſuccedit
in locum patris, patremque repræſentat,
ſic ex multis affert Vinc. Honded. cõſ.4.
nu.12.tom.1.& iter.conſ.13.n.9.tom.1.
& conſ.16.num.41. qui procedere affir-
mat, & etiam ſtante ſtatuto in alio conſ.
8.nu.29.tom.1. ſequitur Burzatt. conſil.
67.n.9. ad fin. lib. 1. Ruſtic.cit. conſ.2.
n.91. Vaſq de ſucceſ.creat.§.31. nu.17.
verſic.ad gloſſam fol.mihi 619. col.1. &
quod ſtatuti Ianuenſis vigore filius fra-
tris cum patre ſuccedat, tàm in allodia-
libus, quàm feudalibus, affert Fab. Capi-
cius Galeot.controuerſ.31. numer.16.
lib. 1. [illegible]

Prout è contra ſi extaret ſtatutũ, vt patruus
admitteretur ad ſucceſſionem nepotis,
filii defũcti ſuccederẽt Mãtic.de coniect.
lib.8.tit.9.nu.4. hanc eandem opinionẽ,
vt filius locum patris ingrediatur, & auo
ſuccedat vna cum patruo, affirmat Bur-
ſatt.conſ.71. vol.1.

Ego verò licèt minimus ſequor opinionem
16 affirmatiuam, vt filius patris defuncti, &
ſic nepos ſuccedat auo, vna cum patruo
duplici ratione, prima quia patris perſo-
nam repræſentat, & eius locum poſſidet,
& pro inde nemo illum antecedit, Fac-
chin.controu.Iur.lib.4.cap.84. Et tanto
fortius, cum fideicommiſſum eſt relictũ
ab aſcendente, & ſic auo, D D. citat.per
Mantic. de coniectur.lib.8.tit.9.nu.1. ad
fin. & nu.3. ad fin. Vincent. Honded. cõſ.
70.tom.1. & conſil.63.tom.2. Burſatt.
17 conſ.71.lib.1. teſtator enim aſcendens
ſe eum iure communi conformare vide-
tur ruſtic.cit.conſ.2.nu.90.

Non obſtant in contrarium adducta, & pri-
mo non obſtat doctrina Roland. à Vall.
18 cit.conſ.38.vol.4 quod intelligitur ſi fi-
lius filii, & ſic nepos tunc non erat na-
19 tus, Mantic. cit.lib.8.tit.9.nu.11. Vinc.
Honded.conſ.65.vol.1. magis enim di-
liguntur nati, quam naſcituri, Theodor.
alleg.26.nu.25.& iter.alleg.70.num.24.
nepos enim natus poſt mortem teſtatoris
non habet beneficium, Auth. res, quæ
Sfort. Odo de fideicommiſſ. quæſt.46.
num.104.

Non obſtat ſecundum, vt maiorem affectio-
20 nem habeat teſtator in fratrem, quam
in nepotem, nàm in contrarium eſt vera
coniectura, & naturalis ratio: maior enim
affectio conſideratur in poſteros, ex qui-
bus longiorem propagationem perſpi-
cimus, & ſic plus diligimus nepotes,
quàm alios, vt affert Ruſtic.citat. conſ.2.
num.86.

Quoad ſecundũ caput, an filius fratris præ-
mortui ſuccedat vna cum patruo in ſuc-
ceſſione patrui, duplex opinio refertur,
21 vna affirmatiua, altera negatiua, & licèt
etiam rigidam illam, rigidiorem iſtam
appellat. Vaſq. de ſucceſſ.creation, ci-
tato loco tamen reſolutiuè loquendo vt
ſuccedat, affirmat Rol. à Vall.conſ.68.n.
22.uol.1. Vincent. Honded.conſ.16. nu.
40.uol.1. & quod filius fratris mortui
admittatur, una cum patruo ad ſucceſſio-
nem alterius patrui defuncti, aurea do-
22 ctrina, & menti tenenda eſt, per Mantic.
de coniectur. ultim. uoluntat. lib.8. tit.9.
nu.3. qui magis communem hanc opi-
nionem appellat, & nouiſſimè affert Io-
ſeph Ruſtic, cit. loco Regẽs Galeota lib.
1. controuerſiar. controu.31.n.16.

Et hæc dicitur iuris interpretatio, ex quo
23 filius perſonam patris præſentans, cum
nemo illum antecedit, quando de patrui
ſucceſſione tractatur, Facchin. contro-
uerſ.

uerſiar.Iur.lib.4. capitul.84.

Et ratio eſt duplex,prima quia filius patris
24 prædefuncti eius locum obtinet eiuſque perſonam repræſentat, & quemadmodū ſi frater defunctus viueret, ſuccederet, ita,& eius filius ſuccedit, & admitti deber,Rolan.cit.loc.

Secunda, quia teſtator præſumitur ſe con-
25 formare cum diſpoſitione iuris communis, de quo filius ſuccedit in locum patris, quando rractatur de ſucceſſione aſcendentis tex. in S.cum filium, inſtit. de hęreditatę quæ ab inteſtat.defert.Mātir.cit.loc.ſequitur Burlatt.conſ.67.numer.9.vol.1.

Et tanto fortius in caſu noſtro, in quo fuit prohibita per teſtatorem alienario bonorum, vt bona conſeruentur in familia,
26 ex quo, nedum inducitur fideicommiſſum,Franc.*M*arzar.conſ.4.nu.3. Ludouic.*M*orot.conſ.50.nu.19.percōſeruationem enim retinetur facultas, & per facultatem præſeruatur dignitas,quę per inopiam collabitur, & per dignitatem perpetuatur memoria,& quatuor formulas prohibitionis adducit Tor. tom.2.
27 comp.deciſ.verb.fideicommiſſum,& affectus huius prohibitionis eſt, vt ſtante fideicommiſſo, vt bona conſeruentur in familia,non datur extenſio ad filias, ſed in eis familia extinguitur ea ratione, quia ad alienam familiā rranſeunt, *M*arcell.*M*aur.alleg.30.Ruſtic.citat. conſil. 1.num. 18.

28 Verùm etiam, quia ex naturali ratione maior affectio conſideratur in poſteros, ex quibus longiorem propagationem perſpicimus, & ſic plus diligimus nepotes,quā alios, ſic affert vt dixi ſup. n.20.

Proſequendo materiam filiorum eſt ſcien-
30 dum,quod ſi pater pro alendis filiis, & vxore filii ceperit mutuum, vel debitum conrraxerit: ille filius tenetur ad mutuū, vel debitum,nō obſtante,quod renunciauerit paternæ hæreditati,Franc.Cremō. ſing.36. ex Bart.in l.his ſolis ff.de condit.indebit.*M*arant.diſput.S vltima. & conſ.104.nu. vide Capic.deciſ.190. & quę latius dixi ſupra deciſion. 12. nu. 13.& 38.

Et effectus filiationis in hoc principaliter
31 conſiſtit,quia ſi pater alienauit bona aduentitia ipſius filii, filius adhuc patre viuente poteſt bona alienata uendicare, Ancaran.quæſt.famil.par.1.quæſtion.3. *M*arant.conſ.55.

Si filius fuerit à patre maledictus,an intelli-
32 gatur exhęredatus,& poſtmodum per benedictionem inſtitutus,uide Petr.ad Capic.dec.158.litera A,Hinc infert Coct. in memorial. in uerb. filius familias el tertiò,ex Iaſon. in l.ſi quis in fundo, uerſ. pro confirmat. ff.de legat.1. ut ſi pater dixerit maledico tibi,quia uerberaſti me uel maledico tibi filio in æternum, eſt inducta exhæredatio per hæc verba,

Auth.nu.6.nepotes, an veniant appellatio-
33 ne filiorum in fideicommiſſo,Ann.ſing. 131.nu.14.& conſ.10.nu.47. Ancaran. quæſt.familiar, lib.3. quæſt.12. Fontanellus de pact.nuptial.tom.2. concluſ.5. gloſ.8.par.4. nu.53.

Et quod veniant non proprietate ſermonis,
34 ſed per quandam interpretationem, idē Fontanel.clauſ.4.gloſ.9.par.5.n.23. Barboſ.de appellat. appell.163. n.2.

An veniant in contractibus, vide Hyer. de
35 Laur.deciſ.Auin.84.Fontanell.cit. gloſ. 9.par.3. nu.3.

An veniant fœminæ vide *A*nn.alleg.138.
36 n.5.vbi pro affirmatiua concludit,& cōprehenduntur extenſiuè, Ann.conſ.53. num. 62.

Ad auth.nu.15.opinio Bartoli ita præuale-
37 bat,quia tenebat opinionem,quæ motiū placebat,idiotis, refert Affl.in feud.tit. de ſucceſſ.feud. in rubric. col.32.

Auth.nu.8 uerbo quādo ceſſat,hoc motiuū
38 fecit ſilere quendam eruditum uirum interrogatum à quodam magiſtratu,quę doctrina præualet. quando concurrunt ius ciuile, capitula, & Pragmaticæ Regni.

Petra nu.6.an fœminæ veniant appellatio-
39 ne familiæ,adde quę dixi ſupra dec.54. num. 5.

Petra nu.7.hæc eſt illa mulier,de qua mē-
40 tionem feci in meo 1.tom.tit.de poteſt. ad mod.bell.cap.2.nu.14.& ſeq.

SVM-

ADDIT. AD DECIS. LXIV.

SVMMARIVM

Dignitas, & authoritas, an differant, & quo modo, nu. 1. & 2.

Precedentia inter moniales remiſſiuè, n. 2.

Præcedentia inter Titulatos præſcribitur, numer 4.

Dignitas Eccleſiaſtica eſt inducta ad conſeruandum, & augendam Eccleſiaſticam diſciplinam, n. 5.

Archidiaconus, an preferatur Vicario generali remoto, nu. 6.

Vicarius ſede vacante à quo conſtituitur, numer. 7.

An ſit iudex in cauſa Hæreſis, n 8.

An poſſit reſidere in omni loco Diœceſis, numer. 9.

Vicarium Epiſcopi percutiens qua pœna puniatur, n. 10.

Conſuetudo quomodo inducatur contra capitulum, Eccleſiam, vel vniuerſitatem, num. 11. & 12.

IN *multitudine populi dignitas Regis, Salomon in prouerb. c. 14. n. 28.*

Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Iſrael. 2. Reg. cap. 21. n. 7.

Aſcent. ad Boet. à me pluries allegatus eſt enim pænes me magnæ authoritatis, in tract. de conſolar. lib. 2. pros. 6 litera I fol. mihi 31. differentiam ponit inter authoritatem; & dignitatem, pro vt ex præcitatis verbis differunt: authoritas enim
1 eſt, (ille refert) grauitas, & Eminentia quædam vite probitate ſcientia, meritis potentia, vel honoribus parta, cuius gra-
2 tia cuiuſpiam dictis, factiſque plurimum deferimus,

Dignitas verò eſt duplex, quædam mundana, ſiuè temporalis, quæ conſiſtit in bonis temporalibus exterioribus, alia eſt
3 ſpiritualis, quæ conſiſtit in ſcientiis, & virtutibus, & eſt ea, quæ eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione ex Archidiacon. in c. 1. de conſuetud, lib. 9. & de hac vltima deceret me loqui occaſione præſentis, deciſ 64. quæ agit de poteſtate, & dignitate Archidiaconi Primicerii, & ceterorum, & de voce in dignitate conſtitutorũ, & de voce in capitulo & Petra hic de dignitate Archidiaconi, & Mari hic de Vicarii authoritate, cuius materiã nõ ſicco pede, ſed liberali manu deduxi in mea pugna tom. 2. titul. de præcedentia, cap. 3. & ſeq.

Vndè his paucis, poſt ibi ſcripta viſis, ero
3 contentus, & de præcedentia inter moniales dixit Marcell. Megal. reſolut. moral. part. 1. teiol. 112. & 470. & nuper ſcribit Ricc. collect. 14. & 470. & nouè Anton. Raguc. Beneuentanus in tract. de voc. in capitul, quæſit. 2. per tot. & de illa inter titulatos huius Regni latè Camill. de Curt. in diuerſ. feudal. cap. Vidennũ eſt modo, n. 6. Frecc. de ſubfeudo cap. incipienti alia etiam fuit quæſtio, fol mihi 23.

Et hoc ius præcedentiæ cum ſit incorporale, exemplo rerum immobilium præſcribitur ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes Megal. par. 2. reſol. moral. reſolut. 112. nu. 6.

Verum, quia dignitates Eccleſiaſticæ ſunt
5 inſtitutæ ad conſeruandum, & augendã Eccleſiaſticam diſciplinam ex S. C. T. de reformat. ſeſſ. 24. c. 12. in princ. ad Epiſcopum ſpectat controuerſias præcedentiarum componere appellatione remota diſpoſitione S. C. T. ſeſſ. 25. de regulari cap. 13.

Sed poſt quam Archidiaconus gaudet per-
6 petua dignitate, an præferatur Vicario generali remoto, vide Reg. de Pont. de pot. proreg. tit. de elect. official §. 8. n. 9. Maſull. ad capic. deciſ. 129. nu. 8. & de Franch. deciſ. 403. num. 7. & 8. & quod Archidiaconus, & Archipreſbiter veniãt appellatione dignitatis, quia ex eorum ſolo nomine habent dignitatem reſoluit Barboſ. de appellationibus, appellat. 22. num. 3. 4. & 5.

Tu ſcis, quod Vicarius ſede vacante eligi
7 tur à capitulo intra octo dies poſt mortem Epiſcopi ex diſpoſitione S. C. T. ſeſſ. 24. de reformat. c. 16. nunc quæritur, an poſſit poſt quam fuerit electus reuocari,

&

& ab eodem capitulo alter cõſtitui, Dian. reſolut.moral. par.3. reſolut.27. fol.191.

Et an ſit Iudex in cauſa hæreſis vide Dian.
8 par.4.reſol.moral reſol.33.verſ.ſed an capirulum, fol. mihi 234.

Et quod Vicarius Epiſcopi valeat reſidere,
9 nedùm in loco ſolito Epiſcopatus,ſed in alio loco diœceſis habes per Gratian. de eiſ.March. 113.

Et ſi contingerit Vicarium Epiſcopi offendi,percutientes,pæna triremium ſunt puniẽdi,& maxime ſi ſunt Clerici, Caball. reſol.crim.87.

Author.nu.37. aſſerit conſuetudinem contra capitu m.vniuerſitatem, vel Eccleſiam nõ indu i minori ſpatio quatragin-
11 ta annorum,& Mari h c n. 6.aſſerit nullam conſuetudinem induci in præiudicium Eccleſiæ. tu autem prò intelligẽtia huius aſſertionis ſcias,quod quando conſuetudo eſt prçter ius inducitur per decennium, quando uero eſt contra ius inducitur per quatraginta annos, Surd. conſ.58.n.8. lib.1.Ann. conſ.40.n.1.& conſ.41. Matull. ad Capic.dec.27.n.7.

Ad Auth. n. 7. uide Ricc. collect. 147. & collect. 470

Ad Auth.n. 28. uide Franch. dec.138.

ADDITIO AD DECIS. LXV.

SVMMARIVM.

Exceptio dicitur quæ reus agentem repellit num. 1.

*Exceptiones quæ debent reſeruare ad merita cauſæ,quæ ſint n.*2.*&* 3.

Exceptio non requirens altiorem indaginem poteſt opponi aduerſus, diſpenſationem. & reſcriptum Principis, nu 4.

Eius effectus eſt vt impediat litis conteſtationem,nu 5.

*Si eſt legitima proceſſus eſt nullus ſi oppoſita non prouidetur,nu.*6.

*Exceptiones quas poteſt opponere reus actori ex quibus curſus cauſæ impediatur. n.*7.

*Exceptio quæ reſerbatur ad merita debeat diſcuti tempore concluſionis vſque ad expeditionem excluſiuè, nu.*8.

*Illa quæ reſeruatur in calculo ferendæ ſententiæ diſcutitur in fine.nu.*8.

*Excommunicatus gaudet immunitate Eccleſiæ.nu.*9.

*Hæreticus non gaudet immunitate, & quare num.*10.

*Contrarium ſuſtinet Diana, nu.*11.

*Clericum percutiens eſt excõmunicatus, etiam ſi clericus percuſſus non habeat nec beneficium,nec requiſita,nu.*12.

Seneca *in epiſtola* 48 *ad Lucill. n.* 16.*fol. mihi* 258 *hæc verba ſcripta reliquit.*

Sunt nigræ, & turpes infameſque etiam ad album exceptiones., quid enim aliud agitis cum eum quem interrogatis ſcientes in fraudem conducitis.

Quaſi dicat, quod turpis ſit actio, quando opponitur exceptio contra eum qui in albo ſedet, ideſt qui iuſtam cauſam fouet, inde Paulo poſt perſuadẽdo amico, vt ab exceptiones opponendo deſiſtat, clara enim cuncta ſunt in iure, hçc alia veiba protulit.

Quantum potes ergo mi Lucili reduc te ab iſtis exceptionibus apetta decent,& ſimplicia bonitatem.

Ex quo colligitur eſſe cauendum ab huiuſmodi exceptionibus in re clara, & in actione actoris iuridica, & non debent opponi,niſi ſint ritè,& rectè, & iuri conſone, nam ut aduerrit Lypſius ad Senecam cit.loc.n.21.exceptiones dicuntur, quibus reus agentem repellit, uerùm quia litigantium malitia, & litigia ad longum protrahere quærentium opponuntur exceptiones,quæ tunc, & ſic tempore oppoſitionis debent diſcuti, non autem ad merita reſeruari, prout in hac præſenti deciſ.65.hæſitatum video, in qua licèt per Gramat. Authorem noſtrum in controuerſiam ducat,an ſit ſtandũ aſſertioni Papæ uel Principis,ut n.6.& 7. de cuius poteſtate non eſt diſputandum,ſed tamẽ propoſitam quæſtionem ab Authore n. 84.& 85. nempè quando opponitur exceptio an debeat ad merita reſeruari, ſuper qua Matt nil dixit. ſed tantum Petra hic nu.fin.remittit ſe ad ea quæ dixit ad

Ca-

Capic. deciſ. 10. in quo loco nihil momenti,& deciſiuè poſuit, ſed tantum remiſſiuè ad Affuctu.n, & Vrſillum vadè de hoc mihi videndum videtur accidit.

In cauſa Thomæ Giannicco cum *Benedicto* Carluccio Caſtri Sancti Nicolai Monfreda, & Thomas conuentus præſentauit quandam quietatione anteriori tempore factam cum ceſſione iurium, & inſtetit non moleſtari, ſed abſolui ab imperitis ſtante quietatione, & iuriũ ceſſione, Curia cum voto conſultoris interpoſuit plura decreta, quod reſeruata exceptione oppoſita ad merita cauſæ, & habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit in calculo ferendæ ſententiæ.

Et introducta cauſa per viam appellationis in hac Reg. Audien. dicebam ego, qui partes rei fouebam, nõ potuiſſe exceptionem ad merita reſeruari, ſed tempore oppoſitionis erat diſcutienda, & in totum reiici, vel in totum acceptari; nam quando adeſt dubium ſuper exceptione, non debet ad merita reſeruari, ſed diſcuti ex authore in hac deciſ. 65. num. 84. & ex Reg. Rouit. conſi. 1. num. 43. volum. primo.

Cauſa relata, fuerunt in paritate votorum, nam Auditor Marcellus de Errico cauſæ relator fuit in voto, quod remittatur ad curiam Sancti Nicolai; Auditor Ioſeph Melior, fuit in voto, quod cauſa remaneat, inde ſuperuenerunt duo alii Auditores Ianuarius Lanarius, & Auditor Alexander de Nardellis, & ſimiliter in paritate votorum fuerunt, nam Auditor Lanarius cum voto Millioris, quod cauſa remaneat, & Auditor de Nardellis, quod remittatur cum voto Auditoris de Errico,

Nunc cauſa eſt introducta in Mag. C. V. & quod exceptio nõ poterat reſeruari, ſed diſcuti, & per conſequens votum, quod remittatur nullo modo ſubſiſtat ex infraſcriptis colligitur.

Primò, quia exceptiones, quæ reſeruantur ad merita ſunt illæ, quæ diſputationẽ requirunt, Reg. de Ponte conſ. 60. ad fin.
2 volum. 1. vel illæ, quæ requirunt altiorẽ indaginẽ, ſiuè in facto, ſiuè in iure, vel illæ, quæ dubia videntur, de Franch. deciſion. 289. ad fin. Conſiliar. de Giorg. allegat. 13. num. 9. vel illæ, quæ requirũt longam, & dubiam Iuris altercationem ad inſtar erroris Iuris intrigari, qui æquiparatur errori facti, argumento eorum, adducit Reg. Galeot. controuerſ. 68. num. primo, tom. ſecundo, Foller. in terminis in pract. cenſual. titul. quæ quidem executio, num. 13. fol. mihi 526. Maſcatell. practic. ciuil. part. 5. gloſ. reſeruatis num. 22. Reg. Rouit. conſ. 1. num. 43. vol. 1.

Verùm quando exceptio non eſt intrigata nec requirit altiorem indaginem,
3 nec altercationem in puncto intrigato iuris, non eſt reſeruanda ad merita, ſed diſcutienda ante omnia, & ſuper ea pronunciandum, de Franch. citat. deciſ. 289. ad fin. Grammatic. author noſter hic num. 83. & 84. & illa exceptio eſt clara non indigens alia inueſtigatione, quando per inſtrumentum ſiuè aliam ſcripturam forenſem deducitur argumento eorum, quæ profert Reg. Galeot. tomo primo, controuerſ. 6. numer. 42. & melius Muſcatell. cit. gloſ. Reſeruatis, num. 21. & hoc caſu non eſt reſeruanda, ſed diſcutienda, & in totum admittenda, vel reiicienda, Auth. cit. loc. & *Reg.* Rouit. citato loco.

Et adeo verùm eſt, vt exceptio non requirens altiorem indaginem, poteſt opponi etiam aduerſus diſpenſationem, & reſcriptum Principis, *Reg.* Galeot. tom. 1. controu. 15. num. 15.

Effectus enim huiuſmodi exceptionum eſt impedire litis conteſtationem, ſic ex multis, *Affl*ict. in conſtitut. Exceptio filiationis, num 8. ad fin.

Et quando legitimæ reperiuntur proceſſus eſt nullus, Marſ. ſing. 696. ſequitur Carauit. & Viſill. ad Afflict. deciſ. 52.
6 Afflict. citat. conſtitut. Exceptio filiationis, num. 9. Perr. ad Capic. deciſion. 10. ad fin. Muſcatell. citat gloſ. reſeruatis, num. 26.

Et adeo leges fauent conuentis, ne actores eos circumueniant, & litibus inuoluant

7 & expenſis, vt non ſolùm poſſint oppo-
ni huiuſmodi exceptiones dilatoriæ pe-
remptoriæ,litis finitæ,tranſactionis, &
ſimiles,verùm etiam poteſt reus appo-
nere actori,tu non debes audiri, & dici-
tur exceptio dilatoria,& impedit litis in
greſſum, ſic ex multis docet *Afflict.* cit.
conſt.exceptiones filiationis,num.5.vel
illa alia exceptio,tua non intereſt, & tol
lit actionem, nemo enim ſine actione
experitur, Conſiliar. Theodor. allegat.
3. num. 12.& impedit litis ingreſſum, &
dicitur litis finitæ,Theodor.allegat..18.
num. 15.

Et quando hæc exceptio reſeruatur ad
merita, debet diſcuti tempore publica-
tionis, vel ſaltim tempore concluſionis
vſque ad expeditionem excluſiuè, *Ann.*
8 allegat.48.num.27.& iterum ſing.446.
differentia enim inter huiuſmodi reſer-
uationes illa eſt, vt quando reſeruatur
ad merita, diſcutienda eſt exceptio tem
pore publicationis, quando verò in cal-
culo ferendæ ſententiæ in fine diſcuti-
tur, Muſcatell.cit.gloſ.reſeruatis, num.
27.& 28. Afflict.in Conſtitut. filiationis
exceptio,num.8.Galter. in pract. inſtru-
ment.tit.& an præcedente abſolution.n.
13.& ſeq.

Petra nu.29.tangit punctum,an excommu-
nicatus gaudeat immunitate Eccleſiæ,
quem latè tractaui in mea de pugna
doctorum titul. de immunitat. Eccleſ.
9 cap.7.à num. 20.ad 32.vbi affirmatiuè
ſubſtinui excommunicatum ad Eccleſiã
confugientem gaudere ipſius immuni-
tate, & poſt ibi ſcripta hanc eandem
opinionem ſequitur Marcell. Vulp.in
prax. Eccleſ.cap.3.nu.12.

Secus verò in hæretico,qui non gaudet, ea
ratione, quia cum principaliter non con-
fiteatur Eccleſiã, non debet eius priui-
legiis potiri. vt dixi citat. loc. num. 30.
& poſt ibi ſcripta ſequitur Baldax. de
Angel.in l.Iudæi,C. de his, qui ad Eccl.
confug.num.1.ſequitur Vulp.cit. loc. n.
12.ad fin.

Tamen contrarium ſubſtinet Dian. par. 1.
reſol.moral. tract. de Immun. eccleſ. re-
ſol.29.admed.

Et excommunicatus cenſetur ille, qui per-
cutit Clericum, etiam ſi Clericus non
habet,nec beneficium, nec requiſita a
S.C.T. Dian.part.3.reſol. moral. tract.
5. miſcellan.reſol.8.fol.mihi 173.

Heliſæus Danza.

ADDITIO AD DECIS. LXVI.

SVMMARIVM.

*Iuramentum non debet eſſe vinculum ini-
quitatis, & debet habere tres comites, iu-
ſtitiam iudicium, & veritatem, nu-
mer. 1.*

*Abſolutio à iuramento obtinetur per diem an-
tequam cedat dies ſolutionis, & ſic ante
quam ſit debitor periurus, ſic ſeruatur in
Regno Neapolis, ſic Peruſii, Maceratę, &
aliis in locis n.. 1.*

*Aequiparatur diſpenſationi voti remittitur
enim obligatio ſpiritualis, non autem rela-
xatur debitum, ibidem num. 1. & nu-
mer. 19.*

Periurus quibus modis dicitur, nu. 1.

*Abſolutio à iuramento ſi petatur debet mentio
nem facere de omnibus pactis, & circum-
ſtantiis, aliàs dicitur ſubreptitia, nu-
mer. 2.*

*Abſolutio à iuramento vna requiritur, etiam
ſi plura ſunt deducta in contractu, nu-
mer. 2.*

*Abſolutio à iuramento debet obtineri ab uno
ex tribus Epiſcopis ordinariis nempe domi-
cilii, vel diœceſis, vel originis, à numer. 4.
ad 17.*

*Fallit in Ciuitate Neapolis ubi poſſunt omnes
abſolui à iuramento propter concurſum li-
tigantium, n.22.*

*Iudex ſpiritualis qui habilitat iurantem à iu
ramento, dicitur iudex cauſę præparatæ.
num.4.*

*Perſonę priuilegiatæ forũ declinantes ad quem
Iudicem variare poſſunt, n.16.*

*Obligationibus penes acta petitur etiam abſo-
lutio à iuramento n.21.*

Quid

Quid autem in obligationibus formę, cameræ Apoſtolica ibid. num. 21.

Hares debitoris abſolutionem à iuramento petere non poteſt, quia iuramentum eſt perſonale, num. 23.

Debet obtineri ante quam afferatur libellus, & ſic ante iudicium captum de iure antiquo, num. 24.

Quę requirantur quando obtinetur, & quæ obtinens adimplere debet, numer. 25. 26. & 27.

Cautio pro prauentione pręſtatur in loco ubi ſit prauentio, n. 28.

Poteſt committi ipſius captura alteri iudici, num. 29.

Abſolutio à iuramento inquibus caſibus non requiratur à n. 30. ad 33.

Abſolutioni à iuramento, & pręuentioni poſſint partes renunciare, & ſtante renunciatione, fit liquidatio non obſtante prauentione, & de ratione, n. 34.

Prauentio facta eadem die, qua expeditur citatio ſuper tenore inſtrumenti valet, & impeditur liquidatio, n. 35.

Clericus prauenien creditorem laicum coram quo iudice cautionem praſtare tenetur, num. 36.

Laicus debitor clerici coram quo prauentionem facit contra clericum num. 37.

Creditor appellans ab abſolutione à iuramento conceſſa, appellatione pendente proceditur in cauſa, n. 38.

Minor, qui quietationem fecit de adminiſtratione tutelę, uel curatela volens quietationē annullare, tenetur petere abſolutionem à iuramento, n. 41.

Quid ſi fuerunt calculata rationes ibid.

Coram quo iudice conueniat, n. 42.

Dictus Centrella medicus laudatur, numer. 41.

IN dolo iurat, qui aliter facturus eſt quā promittit cum periurium ſit nequiter decipere credentem.

Hęc ſunt formalia verba textus in capitul. in dolo 22. quæſt. 2. & gloſ. in verb. decipere exponit, ſcilicet habere animum decipiendi.

Marcus Antonius Moreto in commentar. ad librum ſecundum Senecæ de clementia infert barbarum eſſe facere iuramentum in verba.

Conueniunt debitorbius, qui promptiores ſunt ad ſe obligandum verbis creditoribus, quibus ſe debitores redunt manibus, quibus iurant animo verò longè; nam animum decipiendi habent ante quàm enim tempus ſolutionis aduenia diuerſis coloratis rationibus freti animum decipiendi quem intus tempore obligationis retinebant oſtendunt; nam abſolutionem à iuramento petunt creditores præuenientes negotium inuoluunt carceres euadere cenſentes, & ſe eximere à ſolutione cogitantes, non aduertentes, quod ex periurio in quem incurrunt, efficiuntur infames, & puniuntur pęnis, per Bald. in l. fin. ff. qui ſatis dar. cogant. refert Galupp. in pract. par. 2. cap. 12. num. 3.

Tamen communis obſeruantia ſe habet, vt hæc abſolutio à iuramento ſine ſcrupulo debitores obtinent prætextu illius vulgati adagii, vt iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, & continere debet illos tres comites, veritatem, iuſtitiam, & iudicium, vt legitur in cap. animaduertendum, 22. quæſt. 2. & opponunt iſtos tres comites, non adfuiſſe in contractu, & de eo habilitatione à iuramento obtinent, nulla habita ratione de pœnis impoſitis; ſed ſimpliciter iurantes abſoluuntur, reſpicit enim fauorem debitoris, & habetur vti declinatoria, Ioannes Iacobus *Martin.* conſil. vinteſimo numer. 50. & ex eius uirtute ſuccurritur tàm maioribus quàm minoribus, Bald. & de Angel. ad l. in contractibus, nu. 7. cod. quibus ex cauſ. maior.

Eſt beneuerũ, quod ſæpius controuertitur an ſit ſubreptitia, quando qualitates nõ ſunt expreſsæ, prout fuit hæſitatum in præſenti dec.66.num.11.13.61. & ſeq. quæ licet de multis tractet tamen firmabo pedes circa abſolutionem à iuramento, de qua Petr. hic num. 5. & *M*ari hic num.8. & ſeq. pauca afferunt, cuius materia frequens, & quotidiana eſt, & pro inde de pluribus uidendum eſt. Primò, hæc abſolutio à iuramento quando ſit concedenda. Secundò, per quem ſit concedenda. Tertiò, quæ requirantur ad illam obtinendam. Quartò, in quibus caſibus non eſt neceſſaria. Quintò, an poſſit illi renunciari.

Quoad primum conceditur parte inaudita antequam dies ſolutionis cedat, & ſuffi-
3 cit obtineri per diem ante, & ſic antequam ſit periurus, & ſic ſe habet communis practica, neglecta opinione antiquorum aſſerentium debere obtineri per dies viginti ante diem ſolutionis, & petitur ab Epiſcopo de Thor. tom. 1. comp. dec. verb. abſolutio à iuramento, fol. 14. Reg. Valenzuel. conſ. 173. num. 90. tom. 2. & ſic ſeruari Peruſii, *M*aceratæ, & aliis in locis refert Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin. 18. Ricc. deciſ. 241. part. prima, ea ratione, quia abſolutio à iuramẽto æquiparatur diſpenſationi voti, per eã enim remittitur obligatio ſpiritualis dependens ex iuramento, non autem relaxatur debitum, nec obligatio condonatur, Conſiliar. Carleual. tom. 1. tract. de iudic. part. 2. num. 205. poſt verò periurium incurſum obtinetur à ſolo Summo Pontifice ex multis refert Viſcont. in ſingul. ſuis. verb. abſolutio à iuramento, fol. 22. & Galupp. in pract. S. C. par. 2. cap. 12. num. 15. Galter. in pract. inſtrumental. tit. an præcedente abſolutione à iuramento, num. 34. & periurus, nedùm dicitur ſi dies ſolutionis ceſſerit, verum etiam aliis modis poſitis per Galter. cit. loc. nu. 33.

Eſt beneuerum, quod multoties fit pactum de non petendo, & tunc ſi in eius relaxa-
4 tione non fit mentio de hoc pacto abſolutio obtenta non ſubſtinetur, de Thor. cit. loc. Mauſon. de cauſ. execut. quæſt. 2. num. 37. Ricc. deciſ. 87. num. 31. pat. 1. Galter. cit. loc. num. 15. dicitur enim ſubreptitia, quando non narratur factum nec qualitates, *M*arant. con. 102. num. 11. & quando ſubreptitia eſt, non ſubſtinetur, refert Petr. hic num. 7. & ſi plura ſunt in contractu deducta, ſufficit omnia exprimere, & vna abſolutio iuuat contra illorum ſententiam, tot requiri abſolutiones, quot iuramenta, ex Thor. tom. primo, verb. abſolutio, Gallupp. cit. loc num. 33.

Quoad ſecundum, magna eſt controuerſia, & variæ ſunt ſcribentium ſententiæ à quo Epiſcopo ſit huiuſmodi abſolutio à iuramento obtinenda, & ſic, in quo loco fieri debet, Iudex enim ſpiritualis, qui habilitat iurantem à iuramento appellatur Iudex cauſæ præparantis, Iudex verò laicus, qui eam tractat nuncupatur Iudex cauſæ præparatæ, Viu. deciſ. 380. num. 39. Galter. cit. loc. num. 45. in quo variæ reperiuntur Doctores ſententię.

Capic. deciſ. 18. num. 6. ex Lap. allegat. 10. infert debitorem petentem abſolutionẽ
5 à iuramento teneri petere coram Epiſcopo ſuo, non autem creditoris, ea ratione, quia cum nihil ab aduerſario petit, dicitur originaliter reus, & Petr. ad Capic. dec. 18. n. 18. remittit ſe ad Ann. & Couartuu.

Io; Aloiis. Ricc. Epiſcopus Vicin. in collect. 2224. nu. 1. ex Caualcan. deciſ. 9. refert eſſe obtinendam ab Epiſcopo loci contractus, & non iurantis, & iterũ hoc affert in deciſ. 224. part. 3. ſumitur hæc reſolutio ex illa ratione quia ſortitur quis forum ratione contractus etiam quo ad ipſius diſſolutionem Alexand. ad Bartol. in l. hæres §. ſi quis tutelã ff. de iudic. Felin. in cap. 1. de iur. iurand. Calderin. cõſ. 1. de offic. ordinar.

*M*aſull. ad Capic. cit. deciſ. 18. nu. 6. ſubſtinet poſſe obtineri in quocunque loco, & coram quocunque Epiſcopo, ea ratione quia anima non circumſcribitur loco ſed cæteris rebus præfertur, & pro ea nulla iuris ſolennitas ſeruatur Io. Iacob. de

Mar;

Martini conſ. 21. n. 46.

Carauit. tit. 190. n. 1. refert in Francia non fieri niſi coram officiali regio, & ex hoc
8 infert nō poſſe fieri niſi in M.C.V. tamen in fine numeri refert de generali conſuetudine poſſe fieri coram quocunque iudice, & in omni curia idem refert Reg. Rouir. in prag. 1. depræuent. moderand. num. 2.

Viſcont in ſingular. ſuis in uerbo abſolutio à iuramento fol. 2. col. 2. ad med. ex Ma-
9 rant. ibi relato refert quemlibet Epiſcopum poſſe à iuramento abſoluere. Io.
10 Maria Nouar. celebris nominis in tom. 1. de electiou. for. lection. 1. quæſt. 3. n. 22. refert à ſolo Papa concedi debere,
11 Mari. hic n. 10. duas opiniones refert, vnam eſſe faciendam ab Epiſcopo loci contractus fretus doctrina Cardinalis in cap. 1. de iur. iurand. alteram debere obtineri ab Epiſcopo iurantis ex Gaglia. dr. & alis relatis.

Viu. deciſ. 389. n. 38. dicit. abſolutionem à iuramento eſſe petendam ab ordinario
12 loci, verum non declarat cuius loci ſi iurantis contractus, uel creditoris Marcell. Vulp. in ſua breui ſed pulcra pract. Eccleſiaſtica cap. 3. nu. 5. texratur ab ordinario in cuius diœceſi reperitur petēs abſolutionem etiā ſi in alio loco ſit contractus celebratus ex ante dicta ratione quia cum de Animæ fauore tractatur nō circumſcribitur loco, & in quocumque reperiatur petens poteſt abſolui Galupp. in pract. S. C. part. 2. cap. 12. num. 26. qui num. 26. refert ſimplicem abſolutionem poſſe concedi à quocumque Iudice etiā loci tranſeuntis, & coram quocumque Epiſcopo ſub cuius iuriſdictione iurans reperitur Galter. citato loco numer. 27.

Genuenſis in pract. Archiepiſcopal. cap. 4.
13 num. 9. dicit poſſe concedi à quouis Epiſco po iurantis.

Vndè ex tot opinionum varietate non
14 eſt reſoluta difficultas ſed magis dubia redditur.

Tu autem ſcias quod in puniendis criminí-
15 bus Iudices ordinarii principaliter ſunt tres, vnus domicilii alter originis, tertius delicti vulgatis inibus, & quando controuertitur de competentia delinquentium ſemper eſt intelligendum de iſtis tribus competentibus gradatim, & quilibet in caſu ſuo, vt non parco calamo plenius dixi in tom. 1. & 2. de pug. doctor pluribus in locis.

Et quando dicitur poſſe perſonam priuile-
17 giatam variare à Iudice ſuo ad Tribunal ſuperius, & de inde reuatiare à Iudice ſuperiori ad Iudicem suum inferiorem cenſetur de iſtis tribus, delicti nempè, domicilii, & originis.

Hoc ſuppoſito, dico quòd in hac materia tres ſunt iudices, & ſic tres Epiſcopi ordinarii, qui poſſunt abſoluere iurantem à iuramento, vnus ratione contractus, alter ratione domicilii, vel diœceſis, alius ratione originis, at cum iſti dicantur ordinarii ſequitur quod quando Doctores citati ſubſtinent poſſe iurantem adire quemlibet Epiſcopum pro ſe abſoluēdo à vinculo iuramenti debent intelligi, vt ſit vnus ex iſtis tribus competentibus, & ordinariis, & non poſſe alium Epiſcopū adiri concludit Aloiis. de Leo in l. 1. cod. de nou. cod. faciendo ad finem in illis verbis. quæ placet in ſerere cum hic Autor de facili præmanibus haberi non poſſit, & ſunt videlicèt.

Quæ habilitatio, ſeù abſolutio poteſt fieri
18 ab vno Epiſcopo ordinario in ſolidum, ex tribus Epiſcopis ordinariis, ſcilicèt ab ordinario ratione contractus iurati, vel ab alio ordinario ratione domicilii, vel ab alio Epiſcopo ordinario diœceſani, tres ordinarii iudices in ſolidum poſſunt habilitare à iuramento ad finem agendi: & excipiendi ex aurea doctrina Calderin. conſil. 6. de iur. iurand. hæc ille.

Per hanc enim abſolutionē non dicitur re-
19 laxari iuramentum ad beneficium iurantis, & ſic contractum diſſolui, ſed tantum iurantem à iuramento habilitare per quā habilitationem non præiudicatur parti aduerſæ, ſed ſemper illud ſaluum remanet, & ſic eſſe communem obſeruantiam ſtilum, & practicam in tota Italia, & maximè in Regno noſtro Neapolitano, refert

referr Viu.cit.deciſion.380.nu.38.
Concludas igitur abſolutionem eſſe peten-
20 dam ab vno ex tribus rettoſcipſit Epi-
ſcopis,& ſic iuribus Eccleſiaſticis, qui
ex adductis competentes ſunt.
Quam cõcluſionem amplia procedere etiã
21 in obligationibus ſtipulatis penes acta
curię & in obligationibus in forma Ca-
maræ,in quibus iurans à iuramento ab-
ſolutionem petere poteſt ſicuti in cœ-
teris contractibus, licet de ſtilu obliga-
tiones in forma Camaræ executur, nõ
obſtante præuentione,& ſic abſolutione
à iuramentò obtenta,Molfes.ad conſue-
tud.Neapol.part.8.quæſt.5.n.12.
Limita verò non procedere in Ciuitate
22 Neapolis,in cuius Archiepiſcopatu ex
antiqua obſeruantia habilitentur à iura-
mento omnes illam petentes etiam ex-
teri, etiam ſi ſunt extra Regnum obliga-
ti propter concurſum hominum ad liti-
gandum in Tribunalibus Neapolis,refert
Genuços.in pract.Archiepiſcol.cap.4.n.
10.Anna allegat.83. Maſull.ad Capic.
deciſ.18.nu.5.Roman.ſingul.450.
Limita ſecundò,non procedere in hærede
23 debitoris,qui abſolutionem à iuramen-
to præſtito per defunctum, petere non
poteſt:iuramentum enim eſt perſonale
quod transmittitur ad hæredes Maſull. ad
Capic.cit. deciſ. 18.nu.6. Gallupp.cit.
loc.n.18. & Galter.cit.loc.n. 7.
Quo verò ad 3.quę requirantur in illius im-
petratione ſciendum,quod debet obti-
neri ab eccleſiaſtico,antequàm offeratur
24 libellus coram Iudice laico, Menocch.
conſ.343.num 4.lib.4. non poteſt enim
poſt porrectum libellum obtineri, Ma-
rant.conſ.72.num.6. verùm quia ſola li-
belli præſentatio,non facit periurium,
ſed requiritur, vt ad alios ſequentes
actus procedatur, ideò etiam porrecto
libello poteſt peti ab eccleſiaſtico, Gal-
ter.cit.loc. an præcedente abſolutione,
num. 38.& doctrina contrarium aſſerен-
tium eſt intelligenda; vt poſt iudicium
ceptum non poſſit obtineri, Menocch.
conſ.24.nu.17.
Hodie verò practica ſe habet, vt ante quã
coram laico Iudice aliquid petatur, ob-
25 tineatur ab eccleſiaſtico abſolutio a iu-
ramento,ante incurſu periurium, & ſuf-
ficit per diem ante,vt dixi ſupra num.1.
quę inde coram Iudice laico præſenta-
tur, coram quæ multa alia requiruntur
primò, vt præſtetur cautio de ſoluendo
debitum,in caſu ſuccumbentiæ,& pœnã,
& perſonaliter illam præſtent perueni-
entes, ſeruata forma Reg. Prag. primæ
de præuentionib. moderand. & cautio
debet omninò præſtari etiam ſi non pe-
tatur à parte, & licet aliqui velint, vt
non ſit præſtanda, niſi parte petente, vt
Troyſ.ad prag.de præuent.nu.4.& Pyrr.
Maur. de fideiuſſor. part. 2. cap.8. fol.
26.etiam ſtatuto canone, vel lege man-
dante.
Tu tamen teneas,quod omninò debet hæc
cautio præſtari, & ſi non fuerit præſtita
26 præuentio non ſubſtinetur etiam ſi non
petatur à parte, Marant. conſ. 31. Reg.
Rouit.& Nouar. ad prag.de præuent.il-
le, num.4 hic num. 1. Mauſon. de cauſ.
execut.quæſt.2.num.34.Io.Iacob. de
Martin. conſ.20.num. 15.& ſeq. Troyſ.
cit.loc.Tertiò. requiritur,vt debitor pręe-
ueniens non ſit contumax; ſi enim con-
tumax eſſet, non auditur, Carauit. rit.
190. num.7.
Quibus adimpletis impeditur liquidatio,&
carceratio,Molfeſ.conſ.4.num. 21. No-
27 uar.collect.1.de liquidat.inſtrumentor.
num.35.& iterum in prag.1. de præuent.
num.3. & officialis denegans tenetur in
ſindicatu, Cartabb.ſingular.86.qui plu-
res adducit.
Sed oritur quæſtio, in quo loco, & coram
quo Iudice laico ſit præſtanda hæc cau-
28 tio? nempè coram Iudice contractus;
vel domicilii, ſiue originis, vel iudi-
cii, vel coram iudice creditoris, Reg.
Rouit.in prag.de præuent.n.5. mouet
articulum, & remittit ſe ad Affl. & alios
doctores ibi citatos; tu verò dicas, quod
præſtari debet in loco iudicii, vbi fit præ-
uentio, & ſic decidit ſemper S. C. refert Af-
flict.deciſ.137.num.1.ſequitur Troyſ.ad
dictam pragmat.n.5. Freccc.de liquidat.
inſtrument.part.9.quæſt.4.num.2.& ſic
ſemper ſeruatum viddi, cautionem præ-
ſtari

ſtari in loco vbi fit præuentio.

Verùm quando caſus contingit vidi pra-
29 cticatum, vt per reſcriptum iudicis iudi-
cii, hæc cautio capiatur per iudicem do-
micilii, & capta tranſmittitur ad iudicem
iudicii vbi fit præuentio deſumitur pra-
ctica ex doctrina Afflict. cit. deciſ. 137.
ad fin.

Deuenio ad quartum, nempe in quibus ca-
30 ſibus abſolutio à iuramento non requiri-
tur, primò, ſi Prælatus prò Eccleſia, &
tutor, vel curator pro pupillo contraxe-
rit, quando contractus eſt damnoſus poſ-
ſunt ſinè abſolutione à iuramento agere,
neceſſaria enim non eſt, & petere diſſo-
lutionem contractus; quia, nec Prælatus
in damnum Eccleſiæ, nec curator, ſiuè
tutor in damnũ pupilli agere poteſt, nec
prętextu iuramenti præſtiti ligantur, de-
bent tamen petere abſolutionem, ab in-
cauta iuratione, malo facto, Auguſt. Be-
roi quæſt. 28.

Secundo quando contractus eſt ſtipulatus
metu reuerentiali, Molfes. conſ. 42. nu 4.
conſiliar. Merlin. Neapolitan. quæſt. fo-
rens. cap. 39 nu. 8

Et metus reuerentialis intelligitur, nè dum,
31 de vaxallo in Baronem, de filio in patrẽ
de clerico in Epiſcopum, ſed de omni
perſona, alteri ſubdita, refert Io: Maria
Nouar. tom. 2. quæſt. forens. quæſt. 46. n.
1. qui nu. 6. ampliat etiam in filio manci-
pato.

Verùm non ſufficit metus reuerentialis, ſed
32 deſiderãtur alia requiſita, Nouar. cit. loc.
nu. 1. Galupp, cit. cap. 12. nu. 36.

Tertiò non eſt neceſſaria in contractu nullo,
quia extrema nõ confirmantur, Molfes.
cit. conſ 42. & 43. Reg. Valenzuol. conſ.
173. n. 92. tom. 2. Galupp. cit. par. 2. cap.
12. num. 17. Crauett. conſ. 1. progenero
nu. 231; & ſeq;

Quartò non requiritur in ſindico, & electis
nomine Vniuerſitatis obligatis, quod
procedit, tam ſi ipſi ſe obligauerint, quã
ſi prædeceſſores deregimine, Galter. in
pract. inſtrumental. tit. an præcedente
abſolutione à iuramento, n. 14.

Quintò non eſt neceſſaria in graui læſione
33 facta ab arbitris, quia non obſtante iura-
mento præſtito, & pacto de non petendo
poteſt quis ſi eſt grauiter læſus petere
laudum, reduci ad arbitrium boni viri, ſi-
ne abſolutione à iuramento, Guidon Pa-
pa deciſ. 519.

Quoad quintùm, poſſunt partes renun-
ciare huic abſolutioni à iuramento, &
præuentioni, Antonin. de Amat. variar.
reſol. tom. 1. reſolut. 34. nu. 13. & ex no-
ſtris de Franch. deciſ. 670. nu. 3. & renũ-
ciationis effectus ſic ſe habet, vt quando
adeſt ſpecialis renunciatio, etiam ſi fue-
rit obtenta, non impeditur liquidatio,
& præuentione non obſtante poteſt li-
quidari inſtrumentum, & incuſari obli-
gatio, non enim tolluntur per præuentio-
nem vires contractus: Afflict. deciſ. 322.
Vrſill. ad Afflict. deciſ. 31. nu. 3. cũ ſeqq;
Carauit. rit. 168. n. 95. Franch, dec. 602.
nu. 11. melius cit. deciſ. 670. Mari hic n.
15. Mauſon. de Cauſis exequutis citat.
quæſt. 2. num. 36. Marcell. vulp. in pract
Eccleſ. cap. 20. nu. 25

Verùm ſi fuerit facta præuentio eadem die,
35 & expedita citatio ſuper tenore inſtru-
menti, impeditur liquidatio, Moſcatell.
in tract. de appell. par 1. gloſ. in forma n.
87. & 88. *Mauſon*. cit. loc. nu. 32. & 34.
Carauit. rit. 186. nu. 5. Viu. deciſ. 304. n.
3. Nouar. ad prag. de præuent. mod. 1ãd.
num. 6.

Sed ſi Clericus voluerit præuenire ſuum
creditorem Laicum an teneatur præſtare
cautionem iuxta formã pragmaticæ pri-
mæ de præuention. moderand. vide nota-
bilem de dec. Minadoes. 4. & ibi Flamin.
Monac. d'Angel. ad Gizzarell. deciſ. 69.
nu. 25. Nouar. ad prag. 1. de præuentiõ.
nu. 4. in noua impreſſ.

Et e contra ſi Laicus eſt debitor Clerici, &
37 vellet conuenire Clericum ſuum credi-
torem coram quo Iudice agere teneatùr
vide, Vulp. in pract. Eccleſiaſtica c. 20.
nu. 36. & vtroque caſu vide quæ dixi in
meo primo tom. tit. de Clericis cap. 2.
nu. 34. & ſeqq.

Verùm ſi creditor appellauerit ab abſolu-
38 tione iuramenti conceſſa ab Epiſcopo,
etiam pendẽte appellatione proceditur
in cauſa reſciſſionis contractus, Galupp
cit.

cit.cap. 12.num.23. & de Franch. dec. 602. nouè tutatur, Galter. in pract. inſtrument.tit.an præcedente abſolut.nu. 37. ad finem.

Ad Auth. num. 45. de exception. quæ ad
merita reſeruari debent, de quibus *Ma-*
39 ri hic num.1.& ſeq.cuius materiam la-
tè adduxi ſupra deciſ. 65.

Ad Auth. num.49. vide de *Franch.* deciſ.
40 624. per tot.

Et ſi minor quietationem fecerit, & abſol-
uerit tutorem de adminiſtratione, & tu-
tela, vel Curatorem pro curatela in am-
41 pla forma inde fuit compertum fuiſſe
minorem læſum, & voluerit contra tuto-
rem, vel curatorem agere ad annullan-
dam liberationem an teneatur petere
abſolutionē à iuramento prætextu enor
miſſimæ læſionis? pro affirmatiua conclu
dit Hodierna ad Surdum deciſ. 278.nu-
mer. 38.

Et ſi fuerit per tutorem, vel Curatorem oppugnatum de ſubreptione ſi in prõptu de læſione conſtat admittitur ſine abſolutione à iuramento refert Thor. vot.1. compen.deciſ.verbo abſolutio fol. mihi. 13.col.2.

Occurit *in* cauſa illorum de Pirrotta de
Mirabella cum Detio Centrella medico
inſigni ex cauſa adminiſtrationis tutelæ
factæ per eundem Detium pro qua pu-
pillus eundem Detium liberauerat in
ampla forma per ampliſſimam quieta-
tionem aſſerendo fuiſſe calculatas inter
eos rationes, & cum ampliori clauſula,
vt vlterius pro adminiſtratione prædicta
non moleſtaretur; inde poſt tẽporis ſpa-
tium pupillus aſſerebat ſe eſſe læſum, &
interueniſſe dolum in illa generali remiſ-
ſione: & fuit dubitatum de tribus, primò
ſi poterat pupillus venire contra inſtru-
mentum iuratum quietationis ſine abſo-
lutione, ſecundo ſi poterant reuideri ra-
tiones adminiſtrationis. tertiò coram quo
iudice, pro primo fuit allegata doctrina
Hodiernæ ad Surd.cit.dec.278. nu.48.
& Thor.cit.loc.quo ad ſecundum fuit al-
legata doctrina Palmæ *in* dicta diuer.iur.
42 clauſ.10.nu.23. & ſeq.part.1. qui tenet
quietationem non opitulari tutori, vel
curatori quando interuenit dolus, & poſ-
ſunt rationes reuideri etiam ſi fuerint cal
culatæ, & viſæ, etiam cum liberatione
quando dolus arguitur, & quo ad ſecun-
dum in caſu quo reuiſio daretur in admi-
niſtratione ſũt reddẽde in Tribunalibus
Regüs quando potentia in partibus ſuſ-
picatur, ſic fuiſſe deciſum per S.R.C. re-
fert Nouar.de priuileg.miſerabil. perſo-
nar.priuileg.65.nu.3. & ſeq.

Quod tu nota quod in dies euehit, & eueni-
re poteſt.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXVII.

SVMMARIVM.

Barones dicuntur, & Viri fortes, n. 1. & 2.

Barones mali dicuntur extintores Vaxallorũ num. 3. & 4.

Vaxalli, an teneantur ad ſeruitia Baronibus *& pro quibus ſeruitiis n. 5. & ſeq.*

Et, an ſalario mediante, n. 10.

Baro an poſſit capere animalia Vaxallorum pro ſuo ſeruitio n. 11.

Baro quæ prohibere poteſt Vaxallis, n. 13. & ſeq.

Vaxallus, non cogitur ad ſeruitia illicita, & indebita n. 19. & ſeq.

An poſſit per ſubſtitutum ſeruire, uel ſeruitium in pecuniam commutare n. 12 & . 22.

Vaxalli obligati ſeruire intelligitur per circulum num. 23.

Limita non teneatur ſeruire, ſi rebus ſuis vacare debet n. 26.

Nec ad cuſtodiam Carcerum. *& carceratorum, num, 25.*

Nec Baroni forindicato Bannito, uel contumaci, num. 27.

Nec prohibetur vendere, & Victualia donec Baro vendiderit, n. 32.

Nec prohiberi amicos Hoſpitari, & quare num. 23.

Nec cogitur propria territoria locare Baroni *numer. 34.*

Nec cogitur introitus Baronis conducere n. 35 lim. ut. ibid.

Nec literas, Baronis aſportare n. 36.

Nec

Nec ad meliendum in molendino Baronis, & panem in furno Baronis coquere nu.38.
Obligati ad ſeruitia Baroni cenſentur ſoliti, & ſalario mediante, n.39.
Nec prohibetur diuertere aquam in ſuo fundo naſcentem, n.40.
Nec ſoluere ultra pannectam, vel pluribus iudicibus, n.41.
Pannecta debet obſeruari, & ſi nō eſt in curia obſeruatur illa M.C.V. n.42. & 43.
Vaxallus loquens cum Barone tenetur loqui honeſtè, & voce ſubmiſſa, n.48.
Vaxallus rixoſus ſcandaloſus, vel quietem turbans poteſt eijci, n.49.
Baro exigens decimas an teneatur deducere expenſas, n. 50.
Baro in nemore; vel montanea Vniuerſitatis an poſſit lignari, & quomodo, n.52.
An poſſit prohibere Vniuerſ. nemore vendere, numer. 53.
An poſſint conuertere res feudales in allodiales, & è contra, n.54.
Venationes, & piſcationes, an ſint prohibitę, numer. 58.
Baro, an poſſit facere reſeruatas Venationes, vel piſcationes, n.59.
Quid ſi habet priuilegium, n.60. & 61.
Vaxalli, an poſſint vti baliſtis, & ſcoppittis in venatione, n.63.
Venationes, an ſint prohibitę Clericis, n.66.
Baiuli, an exigant pœnam ultra Auguſtalem, numer. 67. & 69.
Baiuli banna, an comprehendant Clericos, *numer. 68.*
Baro habens fidam, & diffidam qua animalia affidare poſſit, & ubi, n.71. & 72.
An poſſit prohibere ciuibus, ne animalia immittant in paſcuis, nu. 74.
Vaxalli quem vſum habeant in bonis feudalibus, nu.75.

P*Rincipatus virum oſtendit, & è contra, malitia, vel probitas Principatũ demonſtrat, prout de* Nerone *dicitur, cuius malitia, & crudelitas in Imperio ſua dignitatis apparuit, Aſcenſ. ad Boet. lib. 2. metr. 6. fol. 33. lit. A.*

Senec. lib. 1. de Clement. à num. 165. ad 168. fol. mihi 625. dicit, *Principem vocari patrem patriæ, ut ſciat ſibi datam poteſtatem patriam, & ipſius proprium eſt, ut libenter damnet, qui citò, vt iniquè puniat, qui nimis, &c.*

Baronem virum magni corporis, & fortitudinis interpretari ex græco ſermone exponit Capoblanc. tom. 1. de baron. in
1 proem. num. 6. & communi verb. Barones Principes vocari, nu. 32. immò inſignis Theologus Marcell. *Megal.* in promptuar. theolog. verb. Baro, fo. 363. col. 1. dicit Barones propriè principes appellari immò Magnates, Nouar. in rubric. de Baronibus, num. 6. Mut. tom. 6.
2 cap. ſicil. cap. 71. nu. 20. & ſi circa quietem, & commodum vaxallorum vacat certo modo ſe pares Deo faciunt, Capoblanc. ibid. nu. 81. & patres vaxallori ſi dicuntur; vaxallos enim vti filij habere debent, & vti tales amare, Conſiliar. Marcian. conſ. 44. num. 17. de Franch. 197. Reg. Galeot. tom. 2. cõtrouerſ. cap. 67. nu. 23. & 24. Baldus. de Angel. in l. 4. cod. de precib. Imperator. offerend. n. 8. Mele ad Gizzarell. deciſ. 55. num. 28. Nouar. in prag. 3. de Baron. nu. 6.

Hodie verò ſunt quidam Barones, ſalua pa
3 ce bonorum, non aliud quærentes niſi excoriare vaxallos, & deglubere, & iſti non dicuntur, nec patres, nec Barones, ſed potius oppreſſores, & exactores va
4 xallorum, formalia verba Marcian. con. 44. num. 17. ad med. verùm etiam nouitatibus ſtudent grauando vaxallos, nedum ad ſeruitia, ad quæ non tenentur, verùm etiam ad alia illicita, vt ſe habet in præſenti deciſ. 67. in qua de grauaminibus, prætendentiis, quas Baro Fabritius Maraldus nouiter introduxit, eum vaxallis, ſuper quibus, & vno quoque ipſorum ſermonem faciam de dubitatis in præſenti deciſione tantùm ex adductis per noſtros Regnicolas, de aliis verò concurrentibus ad iuriſdictionem Baronum cum vaxallis ſeparatum titulum faciam.

Quoad primum per S.C. fuit prouiſum, vt lite pendente vaxalli ad ſeruitia teneantur, dummodo à propriis laboribus non extrahantur.

Tu ſcias, quod de iure vaxalli non tenen-

tur ad ſeruitia perſonalia, etiam ſi ſala-
5 rium offerant, niſi priuilegium oſtēdant,
aut conſuetudinem præſcriptam allegēt
Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 16.
num. 183. fol. mihi 647. ſequitur Taſſon.
de antefat. verſ. 3, obſeruat. 4. num. 149.
& num. 227. & hoc ſequitur, vt præſumatur Baronem extorquere ſeruitia perſonalia, quia vaxallos cogere non poteſt
6 ad ſeruiendum. etiam mediante ſalario,
*M*erlin. controuer. forenſ. cap. 83. n. 17.
& 19. & *M*aſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap.
18. nu. 111. & ſeqq.

Sed quod vaxalli teneantur ſeruire domino, & ſic ad ſeruitia, tàm de iure commu-
7 ni, quàm de iure pragm. in hoc regno, refert de Franch. dec. 27. n. 3. quem ſequitur Marcian. cit. conſ. 44. n. 8. 9. & 12.

Amplia primò, vt vaxalli cogantur ſeruire Baroni in fodiendis vineis, & cæteris re-
8 bus ruſticalibus, Montan. in tract. de regal. tit. angariæ, & perāgariæ, n. 6. f. 114.

Quod ſubamplia, vt in caſu renitentiæ poſ-
9 ſint compelli, Montan. ibid. nu. 9.

Amplia 2. vt animalia vaxallorum poſſint capi pro ſeruitio Baronum, ſalario me-
10 diante, de Franch. dec. 211. quem ſequitur Taſſon. ibid. n. 96. Maſtrill. de magiſ. lib. 4. cap. 18. n. 98. 109. & 110.

Quod ſubamplia etiam ſi Baro propria animalia habeat ad huc animalia vaxallorū
11 ſunt obnoxia pro ſeruitio feudi, ſalario mediante, prout inter ciues, Taſſ. cit. lo. n. 72. Reg. Rouit. in prag. 1. de offic. baiul. n. 8. verùm ſi habet animalia vxoris, an capiat illa vaxalli, vide Nouar. tom. 1.
12 grauam. 85. n. 2. quem ſequitur de Thor. tom. 3. verb. *Baro*, fol. 97. & nouiſſ. fuiſſe deciſum per S.C. refert idem Nouar. in prag. 1. de ſalario, nu. 2. & ſeq.

Amplia 3. vt Baro poſſit prohibere vaxallis, ne vtantur aquis pro hortis irrigan-
13 dis, Franch. dec. 183. de Martini conſ. 21. num. 38. *M*aſull. ad Capic. dec. 168. nu. 7. Lanar. conſ. 39. nu. 5.

Vel pro molendinis, tappetis, & battinderiis exercendis, de Franch. dec. 126. de Martini, cit. conſ. 21. nu. 39. vaxalli enim
14 non valent ſine conſenſu Domini ędificare molendina, tappeta, & battinderia, licet publica ſint, Marius Curillus deciſ. ſicil. 8. num. 27. de Martin. cit. conſ. 21. num. 42.

Quam ampliationem non procedere pri-
15 ſcis temporibus, refert Reg. Rouit. in rubric. de aquis, & aquædut. nu. 8. & ſic deciſum fuiſſe per S. C.

Amplia 4. adeò procedere, vt ſi vaxallus teneatur ad ſeruitia perſonalia, & receſſerit
16 à loco vbi ſeruitia præſtare tenetur pōt Baro illi præceptū facere, & eum cogere ad rehabitādum, & ſi non redierit infra terminum præfixum, pōt Baro ei auferre bona feudalia, quæ ab eodem Barone tenet Merlin. controuerſ. forenſ. c. 83. n. 22. Mele ad Gizzar. dec. 21. n. 16. Cāpag. in c. Reg. grauamina, n. 108. quē ſequitur Maſull. ad Capic. dec. 168. n. 5. Grāmat. Auth. noſter in conſt. quisquis, n. 8. Maſt. de magiſt. lib. 4. c. 18. n. 76. 83.

Quod intellige, & ſic ſecundò limita concluſionem prædictam non procedere, quando vaxallus proprium domicilium deſerens, ſe tranſtulerit ad habitandum ad terram Regis, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 165. Campag. in cap. Regn. grauamina, num. 108. & eſt declaratū per Regium Collaterale, vt infra dec. 8.

Amplia 5. vt Baro præferatur in venditione fructuum iuſto pręcio mediantè etiā ſi ab aliis reperiatur maius pręcium Io.
17 Baptiſt. Palomba de regim. officialium regul. 1. num. 104. Reg. Tap. deciſ. Neapol. 17. num. 19. & iterum dec. Ital. 7. num. 29. ex conſtitut. Regn. vbi deciſū per S. C. refert, & nouiſſ. Nouar. in prag. 2. de Baronibus num. 11.

Amplia 6. vt ſi uaxallus ad ſeruitia perſonalia obligatus defecerit ab illorum præ-
18 ſtatione, non præcedente, nec facta requiſitione Baroni, non poteſt iuuari præſcriptione, Reg. Rouit. deciſ. 97. numer. 7. vide Foller. in conſtitut. aſcriptionis num. 13.

Quam concluſionem, ſic ampliatam limi-
19 ta, nō procedere in infraſcriptis caſib.

Primò, ut ſi uaxallus ad ſeruitia perſonalia obligatus, nō cogitur ad ea, quæ ſunt indigna, ſiuè illicita, & indebita, Taſſon. cit. loc. verſ. 3. obſeru 4. num. 178. neque

ad

ad impoſsibilia, neque ad eum inſequẽdo equitantem magna cum feſtinatione pro vulgo dicitur (ſempre correndo) quod per admirationem dicitur, volare, Marius Muta tom.5.cap.Sicil.cap.452. num.52.ſcio enim quendam vaxallum inſequentem ſuum dominum equitantẽ, & currentem, & ex feſtinanti curſu crepuiſſe per viſcera, & infra horas diem clauſiſſe extremum.

Limita 2. vt ſi uaxallus ſit pauper, & propter paupertatem nequeat ſeruitia perſonalia præſtare excuſatur, & non cogitur,
20 vltra poſſe ſuũ nõ tenetur, Cõſil. Theodor.alleg.55.num.22. & 29. Coſta in tract.de remed.ſubſidiar.remed. 135.n. 22.fol. mihi 209. Capoblanc. tom. 1. prag.10.num.56.

Limita 3. ut non cogantur perſonaliter ſeruire, quando eius ſtatus, & dignitas læ-
21 ditur, ſed poteſt per ſubſtitutum adimplere, Marta de iuriſd.par.4. caſ. 22. nu. 15.& 19.

Et an poſſit in hoc caſu ſeruitiorum præſtādorum ſeruitia in pecuniam commutare, vide Reg. Rouit. in prag.16. de Baro-
22 nibus, nu.5.& Nouar. ad prag. 1. de ſalario eorum num. 17.

Et an poſſit Baro ſeruitia vaxalli, alteri accomodare, Follet. in conſtitut. aſcripticios, mouet articulum, nu.12.& concludit pro affirmatiua, & vaxallum teneri ſeruitia præſtare, cui eius Baro accomodauerit, limitat tamen non procedere in operibus, & ſic ſeruitiis obſequialibus quæ perſonæ Baronis cohærent, & proinde non debere alteri accomodare, hęc deſeruiant ad declarationem eorum, quæ Petra tangit hic nu.6.

Limita 4. vt ſeruitium non poſsit eſſe continuatum, & ſic, vt Baro non poſsit va-
23 xallum cogere, cõtinuatis annis, ſed per circulum, explicat Reg. Rouit. prag.1. de offic. baiul.n.9.

Limita 5. vt vaxallus non cogatur ſi Baro maletractauerit vaxallos, vel ſi uaxallus
24 litem habuerit cum Barone, Mele ad Gizzarell.deciſ.31.num. 4. & 10. Muta tom.6.cap.ſicil.cap.107. num. 24. quia uaxallus à barone maletractatus eximitur à iuriſdictione Baronis, Lanar. conſ. 5.nu.13.& maletractans priuatur dominio, & punitur, Maſull. ex multis refert ad Capic.dec.69.n.41. Petr. ad Capic. dec.69.n.5. Foller.in conſt. iuſtitiarii nõ per Kalendas, Paſcal.de patr.poteſt.par. 3.c.4.nu.35.Maſtril.de mag.lib.4.c.56. n.238 Ioſeph.Seſſ.dec.Arag.23.nu.19. Capoblanc.prag.10.nu.60. tom.1.

Limita 6. vt non cogantur vaxalli ad cuſto-
25 diã carcerũ, & carceratorũ, niſi magna neceſsitate vrgente vt puta timore multitudinis bannitorũ, vel alio magno, de Franch. dec.526.de Ang.ad Foll.tit, vel carcerentur, n.17.& tunc neceſsitate vrgente fit ſalario mediante, Noua.in coll. rub.de cuſtod.reor.n.1.& 2. Maſtrill.de magiſt.lib.4.cap.18.n.49.& ſeqq.

Limita 7. ut uaxallus non cogatur Dño ſeruire qñ in rebus ſuis eſt uacaturus, vt refert deciſũ per S.C.Auth.n. 3. ſequitur
26 Mõtan.de regal.tit.& plauſtrorũ,& nauium præſtationes, n.2 ad med.fol.mihi 117.col. 1. Nouar. de grauamin.uaſſall. tom.2.grauam.240.

Limita 8. ut non cogatur obedire Dño Baroni foriudicato, bãdito, vel contumaci,
27 Taſſon.ver.3.obſer.4.n.259. Baro enim cõtumax, nedũ iuriſdictionẽ nõ exercet ſed ea priuatur, uerũ etiã remiſsionẽ uaxalli petere nõ põt, Taſſon.ibid.n.66.& 144. Io.Grand.de bello exul.q. 96. n.2. fol.mihi 218. Foller.prac.crim.tit. & an notentur bona contumacis.n.2. & creatur officialis pro Reg.Cur.Maſtr.de magiſt.lib.4.c.15.n.23.& ſeqq.& prac.docet, quod amplia procedere etiã ſi Baro eſt excõmunicatus, Foll.in conſt. Regn. Iic ſtatuimus, n.4. fol.mihi 37. excõmunicatione tamẽ durante, poſt enim abſolutionẽ reuertitur ad primam obedientiam, Grãmat. in cõſtit. humanitate, n.22

Limita 9. vt ſi Baro ſit immunis præſtare Regi ſeruitia nõ cogit uaxallos ad eadẽ
28 ſeruitia ſibi præſtãdũ Capan.de iur.adohæ, q.15.n.1.& ſeq.nec põt Baro dice-
29 re; Rex grauat me, & ego volo grauare uaxallos, Capan.q.16.n.& 10.quẽ vide.

Quod ſublimita, niſi eſſent ſeruitia debita
30 feudo, tũc non põt illa in totum, nec in

partem remittere, quia alienatio eſſet
Capan. in cod. tract. quæſt. 3. num. 10.
Limita 10. vt non poſſint Barones, Vaxal-
los prohibere, ne in reſtuchiis ignem im
31 mittat poſt meſſem, ex Nouar. de gra-
uam. Vaxallor. grauam. 34. num. 6. tom.
2. dummodo non ſit in die ventoſa, &
quæ concurrere debeant, vide quæ dixi
ſupra deciſ. 3. num. 8. & ſeqq.
Limita 11. vt non poſſint vaxalli prohiberi,
vendere vinum, frumentum, & alia vi-
32 ctualia, vel fructus, donec Baro vendi-
derit Capoblanc. tom. 1. prag. 1. de Ba-
ron. n. 155. & 163. quē ſequitur, Taſſon.
verſ. 3. obſeruat. 4. num. 178. *Maſtrill.* de
Magiſtrat. lib. 4. cap. 18. nu. 37. & 39.
Limita 12. vt Barones non valeant taber-
nas ſuas priuatas facere, & prohibere
33 vaxallos, ne quemquam hoſpitentur ad
hoc vt cuncti ſuas tabernas ingredian-
tur, & introitus augeantur, Campagn.
in cap. Regn. grauamina, num. 51. Bal-
daxar de Angel. in l. reſcripta, cod. de
precib. Imperator. offerend. nu. 2.
Quam limitationem ſublimata duobus mo
dis, primò, vt poſſit Baro prohibere, &
banna emanare ne vaxalli exterum ali-
quem recipiant niſi data Baroni notitia,
& maximè aliqua ſuſpitione vrgēte, *Mu*
ta Capit. ſicil. cap. 10. nu. 58. & cap. 19.
num. 26. tom. 3.
Secundò, vt Baro poſſit mandare vaxallo;
ne exigat nouum hoſpitium in præiudi-
cium ſui, Maſtril. de magiſtrat. lib. 4. cap.
18. num. 34.
Vlterius limita, vt nequeat Baro aſtringere
Vaxallos ut hoſpitentur aduenas, & ex-
teros venientes ad Barones, Maſtrill. cit.
lib. 4. cap. 18. n. 66.
Verum ad cognitionem terminorum eſt
ſciendum, quod licet Tabernarius, & hoſ
pes promiſcue ponuntur, tamen differūt,
Hoſpes enim eſt ille qui hoſpitatur, Ta-
bernarius, uero eſt ille qui uendit panē,
vinum, carnem coctā, aliauè commeſti-
bilia, explicat Barboſ. de appellat. appel.
258. fol. mihi 297.
Limita 13. vt vaxalli non cogantur ad lo-
34 candum Baroni eorum propria territo-
ria, verùm caſu quo ciues aliis locant
præfertur Baro, Nouar. tomo 1. de gra-
uam. vaxallor. grauam. 17. num. 7. & gra
uam. 31. quem ſequitur de Thor. tom. 3.
compend. verb. Baro, fol. mihi 97. Ma-
ſtrill. cit. lib. 4. c. 18. nu. 65.
Quàm limitationem ſub amplia, vt poſſit
Baro cogere vaxallū, vt à Barone emat
frumentum, & alias fruges, ex *Maſtril.*
cit. cap. 18. num. 10.
Et è contra limita, vt Baro, non poſsit va-
35 xallum cogere vt introitus Baronis in
affictum capiat. Capoblanc. tom. 1. de
Baronibus, prag. 1. num. 160. quàm li-
mit. declara procedere quando vaxallus
non aliis territoriis vacat, ſi enim terri-
toria alterius Baronis, vel priuati condu
ceret deſerendo illa Baronis, poteſt Ba-
ro illum cogere, vt potius illa Baronis
ſumat, & colat, quàm alia, ne feudum ſit
inutile, Camill. de la Ratta conſ. 41. nu.
9. & 12.
Verùm quando cœperit vaxalli huiuſmodi
affictum, & lucrati ſunt, nec alius reperi-
tur, coguntur ad reconducendum, ſic
deciſum, refert Nouar. in prag. 13. de
Baron. nu. 4.
Nec valet Baro præferre exteros, & di-
mittere vaxallos in conductione, ſunt
autem vaxalli quærentes conducere ex-
teris præferendi, *Maſtrill.* cit. cap. 18.
num. 78. Antonin. de Amat. variar. reſo-
lut. reſolut. 54. nu. 8. 2. ex Camill. de la
Ratta conſ. 41. ea ratione, ne contingat
vaxallum vnius Baronis dari in ſeruitu-
tem alterius, Antonin. de Amat. ibid.
Frecc. de feud authotir. 41. ad med.
Limita 14. vt non poſsint Barones cogere
vaxallos ad literas pro ſuis negotiis trāſ-
36 mittendum, nullibi, ex Campagn. in
cap. Regn. grauamina nu. 59.
Limita 15. vt non poſsit Baro iuriſdictionē
diuidere, Alexand. conſil. 25. volum.
37 5. cum additionibus, nec auocare
cauſam ad ſe, nec ſuo officiali mandare,
quod ſuperſedeat in cauſa Montan. in
tract. de regal. tit. poteſtas conſtituend.
magiſtratuum nu. 17. fol. mihi 137. pro
veritate cuius articuli vide Reg. Rouit.
in pragmat. 3. de ſuſpition. official. num.
22. tenetur enim officialem ordinarium,
&

& annalem deputare ad quem cognitio omnium cauſarum ſpectat, & non modo uni, modo alteri cauſas committere Taſſon. uerſ. 3. obſeruat. 4. nu. 56.

Nec procedere ex abrupto, ſiue proceſſu informatiuo, ſed uia iuris ſeruata, Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 16. nu. 109.

Et quando mandat ſuo officiali vt iuſtitiam faciat, nihil de nouo tribuere vel mandare videtur, ſed ordo excitatiuus cenſetur, Palma in diuerſis iur. part. 1. gloſ. 9. numer. 8.

Verum in Regno Siciliæ poſſunt Barones officialibus mandare, vt ſummarie de plano, & veritate ſola inſpecta procedãt refert Muta tom. 3. capit. Sicil. cap. 10. num. 42.

Et quod Baro in eodem Regno Siciliæ poſſit cauſas delegare, refert Maſtrill. citat. lib. 4. cap. 18. nu. 105. quod non arridet ſeruatur. n. contrarium.

Limita 16. vt vaxalli non cogantur, vt accedant ad molendinũ admolinelium Baronis, nec in furno Baronis panem coquere habeant, Maſull. & Petra ad Capic. deciſ. 168. ille nu. 7. hic nu. 4. Taſſon. cit. obſeruat. 4. nu. 120. Reg. Valenzuel. cõſ. 149. num. 30. tom. 2. Reg. Rouit. prag. 14. de Baronibus nu. 1. ad fin. & nouiſſ. Nouar. ad prag. 14. de Baronib. num. 1. & ex alienigenis Maſtrill. cit. cap. 13. nu. 35. Muta cit. tom. 3. c. 10. n. 45.

38

Verùm quando Baro haberet ius prohibẽdi cenſetur molendinis, & furnis, accommodatis, ſi autem non eſſent molendina, tappeta, ſiue banttinderia, non acta, nec prompta, licitum eſt vaxallis accedere quo velint, non obſtante iure prohibendi, quod Barones habent, ſic refert Nouar. fuiſſe deciſum per S. C. in prag. 14. de Baronibus nu. 12.

Sed ſi adeſſent duo molendina, vnum Baronis exiſtens in oppido, vel ciuitate, ſiuè prope muros ipſius, alterum alterius Baronis, vel priuati diſtans longiori itinere ab illo Baronis, & Baro non habuerit ius prohibendi, tenetur uaxalli accedere ad molendinum Baronis, conſiſtentem in oppido, uel prope, non autem uagari cum animalibus, pueris, & mulieculis in alio longiori; formalia ſunt uerba Marini Freeciæ, qui ſic deciſum refert in tract. de feud. lib. 2. authorit. 41. ad fin.

Quod tu amplia procedere etiam ſi in molendino Baronis exigeretur maior molitura, quàm exigitur in molendino alterius, & ultra illud Baronis, ea ratione, ne dùm honeſtatis, uerùm etiam maioris cõmoditatis, & ad euitanda pericula, quę in molendinis exterorum obuenire ſolent; Molendina enim viciniora ſunt aptiora, & cõmodiora ciuibus, ex Maſtrill. citat. cap. 28. nu. 36.

39 Limita 17. vt vaxalli animalia habentes, & ad ſeruitia obligati cẽſeãtur ii qui ea ſolita ſunt locare, & ſalario mediante quod procedit, tàm ſi animalia ſint pauca quã ſint magna, de Franch. deciſ. 152. & Petra hic num. 8. verùm ſi in receſſu onuſta redunt ſalarium habent Reg. Rouit. ad prag. 1. de officio Baiul.

40 Limita 18. vt ſi vaxallus, in quo fundo habuerit aquam ibi naſcentem, non poteſt à Barone, nec alio prohiberi, ſed poteſt illam diuertere etiam in damnum uicini inferioris etiam ſi per multum temporis ſpatium etiam centũ annorum à ſuo curſu nõ diuerterit, latè Mele ad Gizzarell. deciſ. 34. nu. 26. vide Nouar. in prag. 12. de Baronib. n. 20. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 18. n. 62.

41 Limita 19. vt vaxalli non cogantur ad ſolutionẽ emolumentorum vltra panectam, vel pluribus iudicibus, veluti iudici cap. & actuario, Nouar. tom. 1. grauam. 283. nu. 9. ſeq. de Thoro cit. tom. 3. verbo Baro fol. 97. Baro enim non poteſt pannectam alterare, vel mutare ciuibus contradicentibus Nouar. & de Thor. cit. loc. ſed potius moderare, vt dixi in meo primo tom. de pugn. Doctor. tit. de official. in gener. cap. 8. nu. 24. pannecta enim eſt iuſta ſui ſeriem obſeruanda, Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 18. nu. 106. & ſi nõ adeſt obſeruatur pãnecta M. C. V. & quãdo augetur, vel de nouo fit debent audiri Vniuerſitas, & uaxalli Montan. cit. cap. conſtituendorum magiſtratorum nn. 6. & 7. de quo aliqua dixi in meo 1. tom. tit. de official. in gener. c. 8. nu. 24.

42

43

Li-

Limita 20. ut uenientes ad terram pro ne-
44 gotiis peragendis, non poſſunt à *Barone*
cogi pro ſeruitio ſic deciſum inter uniuer
ſitatem lauri, & eius Marchionem re-
ſert Nouar. in prag. 1. de Sallar. n. 13.

Sed ſi uaſſallus ad præceptum Baronis du-
45 cit bona Baronis, cum animalibus ipſius
Baronis ad regiones à Barone deſcrip-
ſar, & itinerando, fuerint uaxalli ſpoliati
& animalia furata, non tenetur uaxallus
ſoluere prætium animalium, & bonorum
furatorum quia culpa vaxalli deeſt No-
uar. tom. 1. grauam. 396. quem ſequitur
de Thor. tom. 3. cōp. verb. *Baro* fol. 106.
col. 1. Montanar. in prag. 1. de admini-
ſtrat. vniuerſit. nu. 30.

Et ècōtra ſi Baro acceperit animalia vaxal
46 li vel currus, aut alia pro rebus ſuis aſpor
tandis. & itinerando animalia perierint,
an Baro prætium illorum vaxallo ſolue-
re teneatur? vide Nouar. pulcrè hunc arti
culum dilucidantem de Grauam. vaxal-
lor. tom. 2. Grauam. 181.

Et ſi vaxallus obnoxus eſſet ſeruire, & Prin-
cipi, & patriæ, & Baroni, & vno eodem
tempore ab iſtis tribus vocatur, cui pri-
us ſeruire tenetur? vide pulcrum conſiliū,
Reg Rouit. 73. vol. 1. affirmantis ut poti-
us patriæ quam Principi, & *Baroni* ſerui-
re tenetur.

Quę omnia intelligas tu procedere niſi in
47 loco in quo de prædictis cōtrouertitur
ſit aliquod priuilegium, uel conſuetudo
præſcripta, ut dixi ſupra nu. 5. & ſic requi
ritur titulus expræſſus aut hominis, aut
legis, *Muta* tom 6. capit. Sicil. cap. 31. n.
41. & ex noſtris, Reg. Rouit. & Nouar. in
prag. 4. de Baron. ille nu. 1. hic num. 6. &
ſeqq:

Et bene uerùm quod quando contingit. ua-
48 xallum alloqui cum Barone tenetur ho-
neſtè reuerentialiter, & uoce ſubmiſſa
loqui; ſi autem emiſerit uoces altas, ſiuè
infauſtas, uel ſuperbè locutus fuerit po-
teſt Baro illum uerberare cum pugnis le-
uiter, ſeù carcerare, & tanto fortius quā-
do inobedientia, uel irreuerentia eſt no-
toria, & licet Baronibus prohibeatur, uio-
lentiam facere, ex cap. Regn. Terrerii
tamen in caſu prædicto poteſt uerberare
uillanum, non autem artificem, uel no-
bilem ex campagn. in cap. Regn. graua-
mina num. 35. tenetur enim uaxallus
abſtinere à mala locutione coram Baro
ne Vrſillus, ad Afflict. deciſion. 295. nu.
66. ſed ſi loquitur per dictionem tù non
punitur, Vrſillus ad *Afflict.* deciſ. 265.
num. 26.

Non autem poteſt facere *Baro* notorium,
ſicut officialis de cuius materia latè dixi
per tit. ſeparatū de Iniuriis tom. 3. in mea
pugna.

Verùm de pæna vaxalli habentis feudum,
& malè loquentis contra Dominum af-
fert Reg. Valenzuol. conſ. 164. num. 52.
tom. 2.

Et quando vaxallus eſt rixoſus ſcandaloſus
49 vel quietem turbans poteſt *Baro* illum
extractari facere, *Baldax.* d'Angelis ad
Poller. in l. 4. cod. de precib. Imperator.
offerend. nu. 9.

Et ſi Baro exegerit decimas tenetur dedu-
50 cere expenſas, & quas vide *Nouar.* de
grauam. vaxallor. tom. 2. grauam. 12. nu.
14. & ſeqq. poſſunt mandare quod non
amoueant inconſulto *Barone*, nec tritu-
rent, vel colligant victualia ſine interuē-
tu Baronis, vel hominis ab eo deputandi
ex Franch. deciſ. 117. n. 1. ad euitandam
fraudem, quæ poteſt committi in recol-
lectione frugum.

Verum debitor decimarum tenetur denun-
ciare Baroni diem triturationis in quo
Baro mittat ſuum deputatum ad aſſiſten-
dum, & ſi non miſerit poterit debitor
fruges triturare, & aſportare ſic eſt mos
S.C. vt refert de *Franch.* cit. deciſ. 117.
n. 2. quem ſequitur cum alia DD. multi-
tudinē Maſtrillus citat. lib. 4. capitul. 18.
nu. 81.

Secundum motiuum in præſenti deciſ. fuit
51 vt uaxalli, non poſſint incidere ligna in
nemore niſi pro eorum uſu, non autem
uendere, & per S.C. fuit prouiſum uaxal-
los manutenendos eſſe in poſſeſſione
incidendi, & extrahendi cum ſalmis à
nemore ea ratione quia poſſeſſor eſt ma-
nutenendus in poſſeſſione per cit. cap.
cum perſonę de Priuilegio in 6. de quo
nec Petra, nec *Mari* nil afferunt.

Tu

Tu ſcias quod Baro in nemore, ſiue monta-
52 nea Vniuerſitatis poteſt lignari ex Bo-
uadill.tom.1.polit.lib.2. cap.16. n.168.
qui granum ſalis addit nempe pro ut cœ-
teri ciues quod intelligendum eſt, ut mo
deratè utatur nec clauſulas, aut foreſtas
ſeù defenſas in eis faciat, ex Taſſon.uer-
ſic.3.obſeruat.4.nu.117. & 152.

Immo Vniuerſitas, & uaxalli, non poſſunt
53 prohiberi à Baronibus nemora uendere
etiam ſi Barones habeant ius in eis fidā-
di, de Franch.deciſ.197. & nuper Taſſon.
cit.loc.nu.164. Nouar.prag.12. de Ba-
ronib.num.11. *M*aſtrill.de magiſtrat.lib.
4.cap.18. nu.99.

Nec Barones poſſunt conuertere res feu-
54 dales in allodiales, nec e contra allodia-
les in feudales, Camill. de *M*edic. conſ.
76.nu.3.& 9.contrarium aſſerit Martæ
de ſucceſſion.legal. part.4. quæſt.21. ar-
ticul.8.nu.50.

Quæ omnia procedere intelligas dummo-
do in loco, in quo, hec uel aliquod ipſo-
55 rūm controuertitur, non ad ſit *Priuile-*
gium, uel legitima præſcriptio ut dixi.

Eſt bene uerùm quod Barones noſtri Regni
56 non tenentur de iure dare ligna pro cō-
ficiendis triremibus alterius Regni Ca-
pan.de adoha quæſt.17.n.24.

Ex quo notatur hoc onus impoſitum uni-
uerſitatibus Regni in anno 1641. ut li-
gnamina in nemoribus inciderēt, illaque
aſportarent ad Ciuitatem Neapolis prò
conficiendis Regiis triremibus non eſt
nouū.de quo aliqua dixi in meo 1.tom.
in ſecunda impreſſione, titul.de ſalario
cap.3.ad fin.ſed antiquum video perſpe-
xi enim decretum latum per Regiam
Camerā Summariæ ſub die 16. Martii.
1577.ad beneficium Vniuerſitatis terræ
Fragneti abbatis, quæ fuit declarata im-
munis virtute ſuorum priuilegiorum à
nonnullis impoſitionibus, & oneribus,
& ſignanter horum ſtraſcinorum ligna-
minum Regiarum triremium, ſic verba
decreti leguntur.

Tertium motiuum ut vaxalli, non valeant
venari cum retiis, baliſtis, & aliis inſi-
dioſis armis, niſi cauſa capiendi vrſos, lu-
pos, leones, & ſimilia vt ſunt formaliæ
verba Authoris nu.1.& Petra hic nu.12.
dixit prohibitam eſſe venationem in
terris appatronatis ex prag. & Mari hic
nu.10.plura exempla prohibitionis, &
conceſſionis affert.

Hinc quæri poteſt venatio de quo iure ſit
Introducta à quibus fuit proſequuta; &
an deceat Principem venari, & alia illius
materiam concernētia; verùm quia mul-
ta adduxit Pater Deodatus Solera Au-
guſtinianus inſignis Theologus, & erudi
tionis prærogatiua præcipuus in eius
pulcro tractatino, intitulato la nobile
conuerſatione, ibi vide; pulcta enim ha-
bebis.

Tu ſcias quod venatio eſt pars artis bellicę
58 Reg. Valenzuol.in ſua polit.part.7.num.
66.& in Regno Siciliæ eſt de regalibus,
*M*uta tom.5.capit.Siciliæ cap.456. nu.
77.tamen venatio, & piſcatio æquiparā-
tur in iure ex *M*arta de iuriſdiction.parr.
4.cap.57.nu.15.& 22. & Barones non
poſſunt prohibere venationes, nec piſca-
tiones, & ſi prohibent, uiolentiam infe-
runt, & iniuriam faciunt vt probat Aut.
hic num.12.& 13. Palomba de regimin.
official.regul.1.nu.94.Maſull.ex Anna
ibi relato ad Capic.deciſ.168.nu.7. Ma-
ſtrill.de magiſtrat.lib.4.cap.18.nu.45.&
46.ea ratione quia licet ſint ipſis con-
ceſſæ, non tamen cum iure prohibendi
Marta cit.loc.nu.3. & ſeq.Muta tom.3.
capit.Sicil.cap.10.num.41.*Baiulard*.ad
clar.S. iniuria nu.42.

Nec poteſt facere reſeruatas venationes in
ſiluis, nemoribus, vel piſcationes in flu-
minibus Campagn.in cap. grauamine
nu.115.*A*nna ſingular.59. Nouar.tom.
1.grauam.70.num.2. ſequitur de Thoro
tom.3. compen.verbo Baro fol.97. col.
1.ad quod vide omnino diſtinction.Ca-
pan.in tract.de relect.quæſt.36. fol.322.
Taſſon.verſ.3. obſeruat.4.nu.113.118.
& 199.Muta ibid.nu.64.Maſull. ad Ca-
pic.deciſ.168.nu.7.

Verum ſi Baro oſtendit priuilegium cum
60 fluminibus, aquis, & aquam decurſibus
eſt manutenēdus; in poſſeſſione, pendēte
lite, & poteſt vaxallis prohibere, ſi vero
priuilegium non oſtendit cum hac clau-
ſula,

ſula,& vaxalli contradicunt ſunt manu-
61 tenendi vaxalli libertate piſcandi,& ve-
nandi lite pendente *Monran.* cit.tract.
62 de regal.tit.f.umina nauigabilia.num.7.
Reg.Rouit. in prag.de aucupibus nu.4.
Nouar.tom.2.de grauam. vaxallor. præ-
ludio 1.nu.6.& 9.

Et ad illud quod Aut. affert hic nu.1.vt nõ
63 poſſint vaxalli, vti baliſtis,& ſcoppictis,
niſi quod ad vrſos, & lupos,concordat
Taſſon.cum Gall.cit.verſ.3.obſeruat.4.
num.163.

Quid autem in foro poli P. Diana part.3.
64 tract.6. Miſcellan. reſol.18. fol. mihi,
190. dicit duabus de cauſis poſſ. prohi-
beri venationes prima ſi prohibitio ten-
dat in publicam vtilitatẽ: ſecundò Prin-
ceps ſupremus cauſa recreationis prohi-
bet,& moderatè.

Clerici non prohibentur piſcari de iure,
65 vel uenari *Marta* de iuriſdiction.part.4.
caſ.58.n.15.& *Nouar.* in prag.1.d'aucu-
pibus num.5. tu uero ad orharum uide
Gratian.diſcept.forens.cap.139. nu. 12.
& ſeqq.tom.1.Diana part.4.tract.6. Mi-
ſcellan.reſolut.19.

Quibus autem caſibus poſſit uenatio prohi-
beri,ſeptem explicat.Coſta in tract.de
ignorant.diſtin.76.nu 8 centur.2.

Et pro coronide an piſcationes, & uenatio
nes fiant die feſtiuo uide Diana part.4.
tract.4.reſolut.22.

Quæ omnia intellige procedere dummodo
66 in prædictis, & quolibet prædictorum
non adſit titulus legis aut hominis ut ſu-
pra dixi, uel præſcripta conſuetudo,in
his enim caſibus obſeruatur conſuetudo
& mores regionis Reg.*Rouit.* ex Nouar.
in prag.1.de aucupibus ille nu.5. hic nu.
4.& refert Mari hic.n.10. ad med.

Quo ad quartum ut Baiulus poſſit excedere
67 pœnam auguſtalis pro damnis datis ſtã-
tibus bannis ipſius Baiuli, de quo licèt
Mari hic num.13. dicat unum de iuriſdi-
ctione *Baiuli* tamen latè Campagn. in c.
item ad inquiſitionem, & damnum non
poſſe probari per unum teſtem, ſed per
plures omni exceptione maiores pro ut
in cœteris ut refert Aut.hic. numer.15.
& 16.

Vndè de duobus tractatur primò an poſſit
Baiulus pœnam ultra auguſtalem exige-
68 re,ſecundo,an poſſit Baro prohibere ua-
xallis inmittere animalia ipſeque affida-
re in territoriis appatronatis.

Et omiſſa diſputatione ſi huiuſmodi banna
comprehendant clericos, de quo latè
Marta de iuriſdictione part.4. caſ.8. per
per tot.ubi te remitto.

Quo ad primum non poteſt Baiulus impo-
69 nere pœnam ultra auguſtalem de Thor.
uot.87.nu.11.uerum Baro qualitate exi-
gente poteſt bannum emittere, & pœnã
augere, & in propriis agris ipſius *Baro-*
nis,uel de nouo pœnam facere Reg. Ro-
uit.in prag.1.de offic.Baiuli nu.11.& cõ-
tra tranſgreſſores pœnam exigere, dum-
modo pœna ſit honeſta,& rationabilis
Reg.Rouit.ibid.n.24.quę damnũ nõ ex-
cedat Taſſon. uerſicul.3. obſeruation.4.
num.80.

Et ſi per decem annos continuos exegerit
pœnam vniformem, non valet illam po-
70 ſtea alterare,ex Burſatt.refert idem Ro-
uit. ibid. num. 23. & Maſull. ad Capic.
dec.168.nu.8.ad fin.

Tu ſcis notoriam deciſionem, & omnibus
notam 45.Capic.& poſt *Monaci* ad de-
71 ciſ.*Monado*.32.num.27. nunc deuenio
pro ipſius intelligentia ad ſecundum,
vt Baro habens fidam,& diffidam poteſt
affidare animalia etiam in territoriis ap-
patronatis,ſtante conſuetudine, & ſic
deciſum per Sac.C.inter *Marchionem*
Francoliſi, & eius Vniuerſitatem,refert
Nouar. tom. 2. quæſtion. forenſ.quæſt.
12. nu. 9. quem ſequitur de Thor.tom.
3.compend.deciſion.verb.Baro,f.111.
etiam ſi territoria ſint aperta, & campe-
ſtria dummodo fiat ſpicis, ac ſegetibus,
collectis ex Taſſon.citat.loc,n.73.

An procedat in animalibus exterorũ, Taſ-
ſon.cit. loc. limitat. in animalibus exte-
72 rorum,niſi habeant ius fidandi, tu verò
vide Reg.Rouit.in prag. 1. de offic. Ba-
iul.num.13. & ſeq.

Verùm Baro in paſcuis publicis poteſt mit
tere tot animalia,quot duo ciues ditio-
res Taſſon.cit.loc.nu.41.

Nec poteſt prohibere ciuibus immitten-
74 tibus

tibus animalia in paſcuis demanii etiam ſi ciues illa non habebant per prius, & poſtea emiſſent Donat. Anton. de marinis quotidianat. reſolution. cap. 220. num. 5.

Competit tamen Va ſallis in bonis feudalibus uſus tantum, ex generali conſue-
75 tudine, totius Italiæ, non autem vltra vſum, ſi enim eſſet vltra vſum poſſet dici habere ſeruitutem in re feudali, non iure libero, & continente diminutionem feudi cuius res libera eſt Reg. Rouit. cōſ. 30. n. 2. & 4. tom. 2.

Quę omnia intelligas, non exiſtente legitimo titulo legis, aut hominis uel pręſcripta conſuetudine quæ attendenda eſt ut ſupra dixi.

Sed conſequenter unum uidi magnopere dubitatū an poſſint animalia intercepta dānū dātia reſtitui nō ſoluta fida, nec diffida? occurtenti caſu inter ciues *M*ōtiſmali, & D. Principem Achayę utilem Dominum Apitii, & feudi tenchiani fuit magna controuerſia. pro parte Ciuium *M*ontiſmali, & ſic patronorum animalium ſubſtinebatur animalia eſſe reſtituenda præſtita cautione de ſoluendo fidam, & diffidam, opponebant enim D. Principem non habere ius fidę, & licet articulus iſte poſſet inter partes ipſas diſcuti, ex ui priuilegiorum, ſeu conſuetudinis, tamen quo attinet ad alios barones, eſt diſcutiendus per iuris tramites, & ſic quatuor tempora conſideranda ueniunt, quorum 1. vigore Regni conſtitutionum eum per partes Apulcę, alterius conſtitutionis incipient. peruenit. alterius incip. pacis cultum, alterius incip. baiulos omnes ſuper quibus, Affliſt. & Iſern. & nouē Capoblanc. to. 1. prag. 11. num. 113. & ſeq. *M*onaci ad minado. deciſ. 32. num. 20. & ſeq. & parum, Vrſill. ad Affliſt. deciſion. 290. numer. 3.

Secundum tempus fuit illud, Capicii prò ut inſua deciſ. 45. inter Marchionem Lauri cum Henrico oliuerio, & animalia inuenta damnum danti a capi poſſunt, & non reſtitui, niſi ſoluta fida, immò ſi territorium illud eſt banditum, pæna debetur, quæ excedere dānū nō poteſt, Ann. ſingular. 138. *M*onac. citat. loc. Reg. Sanfelic. deciſion. 8. numer. 12. tom. primo.

Tertio tempus fuit *A*fflic. in ſua dec. 290. inter duos Barones, quorum unus habebat bannū, & fuit diſputatum ſi bannum ligabat forenſes. verum quia non erat firmatum à nouo, ſed ab olim Regente, fuit votatum ſolui tantum fidam pro rata temporis.

Quartum fuit tempus de Franch. prout in deciſ. 301. inter Scipionem Dentece Dominum feudi della ſpineta, & Ducem Eboli, & diſputatum fuit ſi dominus territorii tenetur affidare dum habet eius animalia pro cultura, & fuit deciſum non poſſe ducem Eboli impedire uſum animalium propriorum ipſius Scipionis neceſſariorum pro cultura ipſius feudi.

Et ex diuerſitate ſententiarum quęlibet ipſarum partium eius prætentionem agebat, non eſſe in probatis, nec colligi poſſe, quòd tempus, ex illis ſupra narratis in præſenti tempore conſiderandum eſſet, & quæ, ex ſupra enuntiatis ſentenſiis caſui noſtro applicari poſſit, demum poſt multa facto acceſſu, per tunc temporis cauſæ commiſſarium conſiliarium Io. Franciſcum Sanfelice, nunc uero Regiam Cancellariam Regentem, doctrina præclarum, & in noſtra egeſtate florentiſſimum, & habita ab eo relatione de pertinentibus ad cauſam per oculorum aſpectum in loco differētiæ. fuit per Sac. conſ. interpoſitum decretum, die 27. Febrarii 1640. ut Baro Apitii manuteneatur in poſſeſſione prohibendi hominibus Montiſmali, ne pernoctent, paſcant, & ligna incidant in feudo tinchiani, non ſoluta fida, verum Vniuerſitas Montiſmali manuteneatur in poſſeſſione uſus in eodem feudo, fluminis, fontis, & via publica ſuper quā cauſa ſcipſit Pitrus Felippo Auocatus Principis Acaye, & eius allegationes reportauit de Thoro tom. 3. compen. deciſ. peruſin. 2. verb. præ-

ſcriptio fol. mihi 375.

ſt cuius decreti prolationem, fuerūt ite rum reperta animalia ciuium, Montisma li in eodem loco damnum dantia, prò domino feudi dicebatur ſibi deberi fidam, diffidam, damnum, & pœnam. ex quo decretum prædictum partibus auditis interpoſitum, ipſiſque intimatum, loco banni vicem obtinebat, pro patronis animalium replicabatur non deberi quia non aderat bannum, nec diffida, quæ ex banno prouenit, ſed tantum fida, prout uerba decreti erant, in quo non erat expreſſum ſi in caſu contrarii debebatur diffida nec ad quam rationē erat ſoluenda.

Et poſt multas controuerſias, fuit aditus idem cauſa commiſſarius, per quem fuit domi ordinatum in caſu quo ſoluenda uenit fida non reſtitui animalia, niſi ſoluta fida, ſolita pro ut cæteri uicini ſolent præſtita cautione de ſoluēdo, quicquid fuerit iudicatum per ſac. conſ. pro prætenſa diffida, quod facto uerbo die 16. Martii 1640. fuit confirmatum per Sac. conſil.

Et ex hiis colligitur in territorio non bannito non deberi diffidam ſed tantum fidam pro rata temporis, & fidam deberi prout ſolitum eſt.

Cætera uide quæ ſolemniter ſcripſit in hac eadem cauſa idem Reg. Sanfelicius deciſ. 8. tom. 1. & de Thoro cit. loc. ubi controuerſiam deciſam uides, cuius uires poſſunt aſſumi in aliis cauſis forte occurrentibus.

SVMMARIVM.

Vniuerſitas, Eccleſia, Pupillus æquiparantur & quod requiritur in alienatione rerum unius, debet adhiberi in alienatione rerum alterius, nu. 83.

Vniuerſitati rerum in alienatione requiritur decretum, & alia ſolemnitates, numer. 84.

Limita, vt res poſſint vendi ſine ſolemnitatibus, & decreto, Pri no neceſſitate cogente, num. 85.

Feudatarij poſſunt res feudales incultas, & parum vtiles alienare, ſine conſenſu Domini, nu. 86.

Alienātur res parui redditus, vel inutilis, vel aliàs qualitates malas habens, ſine ſolemnitatibus, nu. 87. & ſeq.

Res vt ad culturam redducantur, vt maius pretium recipiatur, poteſt alienari ſine ſolennitatibus, nu. 96.

Res prohibita alienari non prohibetur locari, num. 91.

Res pupillares, ſteriles, terrulæ, & ſylueſtres, poſſunt locari ſine ſolennitatibus, num. 93. & 94.

Res, quæ pupillo damnum afferunt, poſſunt alienari decreto, nu. 95.

Res Eccleſiæ poſſunt alienari ſine decreto, quādo alienatio eſt vtilis, nu. 97.

Alienatio rerum Eccleſiæ, aſſenſu reſeruato, an valeat, nu. 98.

Res Eccleſiæ acquiſita, ſed non incorporata an poſſint alienari ſine ſolennitatibus, num. 99.

Decretum quibus ex cauſis requiratur, num. 100.

Res prohibita alienari, ſi aliēnatur ignoranter, an valeat alienatio, numer. 102. & 103.

Syndicus eſt nomen græcum, & ſignificat defenſorem, nu. 105.

Poteſt rem Vniuerſitatis diſtrahere ſine decreto, habet enim liberam adminiſtrationem, 105.

Solennitates requiſitæ in alienatione rei prohibitæ alienari, ſi tempore alienationis non interueniunt, poſſunt ſuppleri, & ex poſt facto ſuperuenire, nu. 106. & 107.

Quantitas modica, in qua non requiruntur ſolemnitates, quæ ſit, nu. 110.

Et

ET circa inciſionem lignaminum Vniuerſitatis, accidit in terra Ieſualdi cuius cõmunitas in proprietare quandam macchiam, ſiue foreſtam poſſidebat, ex quà nihil vtilitatis imò damnum ſentiebat, detinebat enim Cuſtodes ſuis ſumptibus ad eam cuſtodiendam, verum quia grauata oneribus reperiabatur, viſum fuit illã alienare, & de prætio oneribus, & impoſitionibus ſe releuare, & congregato coſilio more ſolito, fuit concluſum illam vendendam eſſe, cuius uigore illi de regimine foreſtam alienarunt, nullo vero interueniente Decreto, nec alijs ſolemnitatibus in rebus Vniuerſitatis vendendis neceſſariis, emptores foreſtæ ceperunt, nè dum arbores incidere pro eorum cõmodo, & inciſas vendere, verum etiam nonnullis ciuibus, arbores alienauerunt, & in arbitrium ciuiũ erat incidere, lignaque facere ad eorum vſum, & comoditatem, & inter alios ciues emptores, fuerunt illimet de Regimine finita adminiſtratione inciſionem proſequebantur, accidit quòd quidam ciues, qui in concilio interuenerant, & alienationi conſenſerant accuſauerunt eoſdem de Regimine duplici capire, 1. quia venditio de re Vniuerſitatis erat pe racta ſine decreo nec alijs ſolemnitatibus, 2. quia illi de regimine participauerant de alienatione ex quo lignamina prædicta emerant, orta eſt magna altercãtia ſi poterat procedi criminaliter cõtra illos de regimine, & ſic de furto, etiã notitia data Aduocatis Neapolitanis, & à nõnullis reſponſis acceptis, quę tunc temporis ego conſultus reſpondi hic [af]ferre libet, vt de cętero quando ſimilis caſus occurrerit, ad digeſta recurram, & videatur ſi huiuſmodi alienatio valida ſit v3.

Licet ex tenuitate ingenioli mei potuiſſem
percipere facti ſeriem, vt in articulo mi-
76 hi trãſmiſſo quid ſentiam, reſponderem
ex facto enim oritur ius, tamen prout uires meæ in nihilo exiſtentes ſuppetant, mihi videtur reſpondere.

Verùm antequam dilucidationem puncti
77 quæſtionis prępoſitæ aggrediar, ſunt
præmittenda plura in facto, & in iure. in
facto eſt 1. præmittendum come l'Vni-
78 uerſità di Geſualdo teneua vna macchia
di tomola ottanta inutili, che non l'apportaua neſſuna vtiltà, ne comodo, non riceuendone pure un marauedis, anſi l'apportaua danno mentre ui reſtaua interessata docati dieci l'anno per la guardia.

E ſtando l'Vniuerſità in gran biſogno di
79 ſouenire [...] groſſa ſumma che doueua
per fiſcali, ne congrègò publico parla
mento con interuento dell'official ordinario, & concluſe che queſta macchia ſi deſſe à ſcacciare, & per ridurſe à coltura ad un certo annuo pagamento è con pacto di tagliare l'arbori, mà non ui interuenne, nè decreto di corte, nè ſubaſta, un altra ſolennità, mà ſolo il conſeglio, conſenſo, & concluſione delli Cit
80 tadini in uirtù del quale quelli del Re-
gimento di quel tempo fernò il contratto col compratore, Secondo li ſucceſſo-
ri nel Gouerno parche mancaſſero in
81 adempire quelli requiſiti che s'erano
defettosi nel contratto nell'alienatione, ſi nomen alienationis meretur.

Tertio che alcuno di quelli del Gouerno
82 che interuennero allo contratto dopò
finita la loro adminiſtratione haueſſe comprato di quelll arbori per loro uſo, & coſi ſe li dà titolo d'alienatori di beni publici ſenza ſolennità, & ſe l'impone pena come tali, & che non ſolo ſiano tenuti alla pena del danno in riſarcire all'Vniuerſità, mà ancora del ſenzo, & ſic criminali.

In iure præmitto, quod Eccleſia, Vniuerſi-
83 tate Pupillus, & aliæ perſonæ priuilegia
tę ęquiparãtur in materia vẽditionis rerum, itaut requiſita quæ deſiderantur in venditione unius requirantur in venditione alterius, & quando aliquid uni ex prę, dictis perſonis conceditur, alteri non denegatur, æquiparatorum enim eadem eſt diſpoſitio, adeo quòd diſpoſita, & per mè infra dicenda in uno applicantur, & habent locum in alio, ut apertius loquar infra deciſ. 76. num. 11.

His præmiſſis regula eſt in iure, vt in alie-
natione rerum Ciuitatis, & Pupillorum
84 debeat interuenire decretũ Iudicis, ſu-
baſtationes, cauſa cognita, & aliæ ſo-
lemnitates à iure introductæ, non ad
alium finem, niſi pro fraude euitanda,
quas nouiſſimè refert Nicol. Loſe. in
tract. de iur. vniuerſit. part. 3. cap. 5. per
tot. Camill. de Medici conſ. 9. num. 11.
quibus deficientibus alienatio redditur
nulla, Reg. Valenzuel. conſ. 109. nu. 32.
& 38. vol. 2. & etiam ſi vna deficiat, cor-
ruit actus, quoad omnes, Reg. Rouit. in
prag. 23. de feud. num. 30. tamen hodie
ſunt ſublatæ de facto aliquæ ſolemnita-
tes in huiuſmodi alienationibus, vt re-
ferr Granan. diſcept. forenſ. cap. 564. n.
35. & proinde limitatur regula antedicta
in infraſcriptis caſibus, in quibus aliena-
tio tenet etiam ſine decreto, nec alia ſo-
lemnitate, ex quibus alienans, nec ciuili-
ter, nec criminaliter ad nihilum tene-
tur.

Primò, prohibitæ alienari, poſſunt alienari,
neceſſitate cogente, quæ triplici modo
85 iudicatur ex Reg. Conſtant. in l. 1. col.
de vendit. rer. fiſcal. num. 82. & 83. lib.
10. vno inquam ex voluntario initio, al
tero ex neceſſitate præciſa alicuius vis
maioris facti; Tertiò ex neceſsitate le-
gali.

Secundò, feudatarij prohibentur feudum
alienare, nec in emphiteuſim concede-
re, ex quouis capite, ſine conſenſu Do-
86 mini, tamen poteſt paſcua, nemora, ter-
ras incultas, & parum vtiles etiam ſine
conſenſu Domini alienare, & in feudum
concedere, & alienans non erit in culpa
caducitatis, Freccia de ſuffeud. authorit.
19. num. 2. quẽ ſequitur Reg. de Apont.
in tract. de poteſt. Proreg. tit. de electio-
ne official. §. 4. num. 1 ad med. qui larga
manu affert res ſteriles parũ vtiles poſ-
ſe concedi ad meliorandum pro certo
conſequendo ſingulis annis.

Et quando res eſt pauci redditus, uel inu-
tilis, uel alias malas qualitates patitur,
87 poteſt alienari, non obſtante quod ſit
prohibita alienari, ipſius enim alienatio
neceſſaria eſt, Hondedei citato conſilio
58. num. 32. uolum. 1.

Quòd ampliatur, ut non ſolum poſſint in
emphiteuſim concedi, verum etiam &
88 locari, ut plantentur, remota tamẽ frau-
de, de Franch. deciſ. 561. n. 3. & licet
Freccia, & Apont. non admittant locari
in pecunia, ſed tantumodo in fructibus,
tamen de Franch. cit. loc. permittit loca
tionem in pecunia.

At in caſu noſtro hęc foreſta ſiue macchia
erat ſterilis, & poterat ex argumentata
89 ratione alienari ergo &c.

Tertio res prohibitæ alienari, poſſunt con-
cedi, ut redducantur ad culturam ex qua
90 magis prętium accedit, & maior impen-
ſa requiritur, quam eſt redditus, & ſupe-
ratur omne opus quod per iudiciũ con-
ſiderandum eſt, Gratian. cap. 452, n. 2.
15. & 16. Marcell. Vulp. in pract. Eccle-
ſiaſt. cap. 6. n. 21. ſed ſic eſt quòd in ca
ſu noſtro hæc foreſta eſt reducta ad cul-
turam non eſt curandum ſi ſolemnitates
exulant, & tollitur omnis difficultas, ut
concedens dolo careat, & ad nihilum
teneatur.

Quartò res prohibitæ alienari non prohi-
bentur locari, & ſic in locatione non re-
91 quiruntur ſolemnitates, alienatio tranſ-
fert dominium, locatio retinet, Camill.
de Medici. conſ. 9. n. 7. & locatio dicitur
adminiſtratio, & quando locãtur, locans
non efficitur culpa dignus. nec in cenſu-
ras incurrit, prima doctrina eſt Anton.
Monach. deciſ. Bonon. 44. numer. 5. ad
fin.

Verum quia cum foreſta ſit conceſſa ad de-
92 cem annos, dicitur locatio ſeu admini-
ſtratio, & adminiſtratores ad nihilum te-
nentur

Quintò deſcendendo ad res pupillares, Tu
tori prohibetur alienatio rerum pupil-
larium ſine ſolemnibus, tamen quando
93 alienat res ſteriles, & infructuoſas, quæ
magis afferunt incõmodum, ſiuè ſumptũ
quam commodum, lucrum, licet aliena-
re ſine decreto, & venditio reputatur
vtilis, Bertazzol. de clauſul. clauſul. 10.
gloſ. 2. nu. 5. fol. mihi 65. at cum machia
ſiue foreſta, de qua agitur, erat infructuo-
ſa, & lucro carebat, poterat etiam ſi-

ne

ne ſolemnibus alienari.
Sumus enim in terrulis, & rebus ſylueſtri-
94 bus, ſterilibus, & paruæ cōſiderationis,
in quibus alienandis non requiritur ali-
qua ſolemnitas, quaſi in generali prohi-
bitione alienationis non fuerit de iſtis
cognitum, ſunt formalia verba Gratian.
diſcept. foreaſ. cap. 452. num. 2.
Res enim quamuis prohibita diſtrahi, quæ
plus incommodum, quam commodum
95 ducit, æquitas ſuadet. vt vendatur etiam
ſine decreto, Marcellus Vulpis. in pra-
ctica. Eccleſiaſtic. cap. 6. num. 33. vndè
æquitate ſuadente ceſſat ſolemnitas de-
creti D. Franciſc. Caſtill. dec. Sicil. 26.
num 14. ad med. tom. 1. & quando plus
expedit rem diſtrahere, quam ſeruare
alienatio permittitur, etiam ſine ſolem-
nibus, *M*egal. variarum reſolutionum
tomo, ſecundo, reſolution. 113. num.
tertio.
Et quod res pupillaris, quæ pupillo dam-
num affert, poſſit alienari, etiam ſine
96 decreto, cum damnum eſt iuſta cauſa
alienandi, docuit Afflic. decis. 87. at cum
foreſta damnum non vnicum, ſed con-
tinuum in ducatis decē, quotannis pro
cuſtodia afferebat, poterat alienari ſine
ſolemnibus, damnum enim ceſſat, & lu-
crum emergit.
Sextò deuenio ad res Eccleſiæ, quæ poſsūt
alienari, quando alienatio eſt vtilis, etiā
97 ſi decretum non interueniat, Vinc. Hon
dedei conſ. 31. num. 10. to. 2. quod am-
plia, quando vtilitas eſt euidens non re-
quirit ſolemnitates, Gratian. diſcept. fo-
renſ. cit. cap. 565. num. 58. & ſufficit vt
vtilitas adſit in principio, nec eſt curan-
dum, ſi inde ſuperuenit, attendendum
eſt enim, quòd ab initio fuit, non quod
ex poſt facto ſucceſſit, diſcept. 45. num.
8. & iterum diſcept. 27. num. 8. & 9.
tom. 1.
Septimò, ſi alienatio rerum Eccleſiæ ſit nul
lo aſſenſu Apoſtolico interueniente, ſed
98 eo reſeruato, & fuit tradita poſſeſſio ſi ex
euidentia rei, videtur alienationem fuiſ-
ſe vtilem Eccleſiæ dicitur iuſta cauſa
alienandi, & nedùm alienatio iure ſub-
ſtinetur, verùm etiam alienans excuſa-
tur à culpa peccati mortalis, & non inci-
dit in excommunicationem, Megal. re-
ſolut. moral. par. 1. reſol. 32. num. 4. Dia-
na reſolut. moral. par. 1. tract. 8. de con-
tractib. reſolut. 77. fol. mihi 127. at cum
in caſu noſtro alienatio ſit vtilis, ſubſti-
netur, & alienans omni defectu, & culpa
caret.
Quando loquimur de re prohibita alie-
99 nari cenſetur de rebus acquiſitis, ſiue
incorporatis, differentia enim inter hu-
iuſmodi bona ea eſt, vt acquiſita, ſiuè in-
corporata poſsint alienari cum ſolo con
ſenſu ſuperioris, Francis. de Perr. conſil.
18. nu. 4. & 6. Gratian. diſcept. forenſ. c.
379. nu. 19. qui plures allegat, Quarant.
in ſum. Bullan titul. alienatio 10. limitat.
fol. mihi 32. at cum foreſta non ſit de in-
corporatis vniuerſitati ſed extra corpus
& introitus, merito poterat alienari ſine
ſolemnibus.
Decretū enim, & ſolemnitates requiruntur
100 ad euitandas fraudes, ut ſupra dixi, ex ſo
lemnitatibus interuenientibus in uendi-
tione ſe habet præſumptio, ut ceſſet do-
lus, & fraus, Andreas de Bari in l. ſiquis
decurio cod. de præd. curion. ſine decr.
non alienand.
Vel ad inducendam utilitatem, ex cuius
cauſa uidetur iuſta ratio alienandi, Me-
101 gal. cit. reſolut. 32. nu. 4. Diana cit. re-
ſolut. 77. ergo quando vtilitas interuenit
parit effectum cauſę, finalis decreti, quæ
eſt vtilitas, & per conſequens. decretum
non eſt neceſſariū ſit enim actus ex quæ
reſultat effectus ipſius decreti, Honded.
conſ. 58. n. 65. uol. 1. at in caſu noſtro in-
teruenit vtilitas, nam vniuerſitas de eo
quòd in nihilo erat percipit annuam prę-
ſtationem, ergo non erat neceſſarium
decretum.
Et quando venduntur res prohibitę, aliena
ri ignoranter, vel remoto dolo, ven-
102 dens non incidit in extrauagant, Ricc.
in prax Eccleſiaſtic. reſolut. 19. part. 2.
quem ſequitur, Nouar. in prag. 7. de
carcer. num. 4.
Et quando dubitatur, an dolo, malitia, vel
fraude ſit facta alienatio rei prohibitæ
alienari, cum odioſa ſit prohibitio, debet

103 in-

103 intérpretari, ut. excludatur contrauen-
tio à pæna Honded.cit con.58.num.96.
vol.1.

Et ex huiuſmodi inductionibus, & exem-
104 plis uittualiter adductis, puto eſſe ſatiſ-
factum quæſito.

Tamen nè in ſindico, & adminiſtratore uni
uerſitatis doctrina careamus eſt ſcihdum
105 quod ſindicus eſt nomen græcum, &
ſignificat deſenſorem, Gloſ.in cap.1.ex-
tra de ſindico, & ibidem. Anton. de *Bu-
tro*. n.13.& proinde ceſſante dolo, & ac
cedent vtilitate, vel neceſſitate cogente,
poteſt Sindicus rem Ciuitatis diſtrahe-
re, etiam ſine mandato, dicitur enim ha-
bere liberam adminiſtrationē *Dec*. con.
297.n. 1. & 2. Nicol.Ioſeo de iur. Vni-
uerſitat. part.1.cap.3. n. 110.

Et licet fuiſſet neceſſe in alienatione adeſſe
ſolemnitaes, eſt tamen aduertendum,
quòd quamuis in alienatione rerū alie-
106 nari prohibitarum, non interueniſſent
ſolemnitates, vel decretum, aut conſen-
ſus Domini, poteſt ſemper ſuppleri ex
poſtfacto ſuperuenire, Gratian.diſcept.
202.num.20. ſeq.

Et ex hoc nō eſt abbreuiata manus, vt poſſit
107 ſubſequi conſenſus decretum, ſiuè
aliæ ſolemnitates.

Vndè ex prædictis, & quolibet ipſorum eſt
firmiter concludendum, alienationem
108 validam, & firmam, & eos, qui illam
duxerunt ad tale bonum eſſe, & euiden-
tem vtilitatem, nedùm nullo defectu,
nullaque culpa, nec dolo eſſe accuſan-
dos, nullamque pœnam pati poſſe, ſed
potius omni laude dignos eſſe, & etiam
ſi quælibet ratio ex antedictis non iu-
uaret ad excuſandum contrahentes ab
alienatione prohibita ſimul iunctæ, red-
duat tutum alienantem, Hondedei cit.
conſ.58.nu.40.vol.1.

Reſtat vt reſpondeam alteri motiuo, quæ
quātitas iudicatur minima, & dico, quod
109 licèt aliqui legum interpretes ſint in-
terpretati, vt quantitas minima, ſit illa,
quæ nō aſcendit ad viginti aureos, gloſ.
in l.fin.in verb. aureos. ff. de in ius vocā-
di, & alii dixerint arbitrium Iudican-
tis verſari attenta conſuetudine, &
perſonæ qualitate.

Tamen priſcis temporibus modica quan-
titas eſt illa vſque ad ſummam ſcutorum
110 quatraginta, & ſi tempore gloſæ erat
viginti, hodie eſt quatraginta, prout in
ſimili, ſi tempore præterito dotes mille
aureorum reputabatur magna, hodie
reputatur minima, hæc omnia congerit
Gratian. cit. cap. 452. à numer. 17. ad
num.20.

Et complemento totius difficultatis pro-
poſitæ non eſt curandum ſi illi admini-
ſtratores, qui foreſtam alienauerūt poſt
finitam eorum adminiſtrationem de li-
gnis ex foreſta prouenientibus aliquam
partem emerunt, quia non dicuntur par-
ticipantes, nec eis prohibitū erat eme-
re, prout cæteri de regione emerunt, nec
tempore, nec facto, non tempore, quia
emerunt poſt adminiſtrationem, & prag
maticæ prohibentes pro tempore admi-
niſtrationis locuntur non facto, quia de
facto omnes emerunt de illis lignis.

SVMMARIVM.

Furtum quid ſit, & an competat eius actio ei, qui dominus ei non eſt, nu. 111.

Sindici, & Electi non poſſunt participare in locationibus Vniuerſitatis, num. 112. & ſeqq.

Verbum (per interpoſitas perſonas) quomodo intelligatur, nu. 114.

Verbum poſitum in pragmatica (ſenza frode) quomodo intelligatur, nu. 116.

Filio adminiſtratori Vniuerſitatis non debet concedi affictus illius num, 117.

Limita, niſi filius eſſet emancipatus, vel non habitaret cum patre, numer. 118.

Ciuis, qui per prius affictum Vniuerſitatis ceperit, ſi efficiatur de regimine, an poſſit continuare, nu. 123.

Si ante officium participauerat, non habet locum Pragmatica prohibens participationem. nu. 124.

Participatio intelligitur tempore adminiſtrationis, nu. 121.

ETia diſcurſu fuit de duobus alijs dubitatum,an detur actio furti, & poſſit deſcribi titulus de furto, & an dicatur participare in affictu,& que pœna ſit imponenda, & quæ tunc temporis conſultus reſpondi placet inſerere. videlicèt.

Nuper inſurgunt alia motiua nempe circa titulum,vt debeat inſcribi titulus de furto,& quod inquiſiti participauerint in alienatione,& inciderint in pœnā à Regia Prag.5.§.9.de adminiſtrat. vniuerſitat,& de his duobus ad præſens diſceptatur.

Quòad primum nullo modo poteſt imponi
111 titulus de furto,tùm quia non conueniunt requiſita ad definitionem furti,furtum enim eſt contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulenter facta,tùm etiā quia quærelantes non ſunt domini rei, ſed Ciues accuſantes pro intereſſe quod in conſequentiam venit non eſt in conſideratione Nicol. Ioſe. de vniuerſitat. part.3.cap.15.nu.21.& ei qui Dominus rei nō eſt,nō cōpetit actio furti,ſed conditio incerti,licèt ius habet in re text. in l.& ideo §.1.ff.de condict.furtiu.& colligitur ex Campagn.in cap.Regn. ad hoc; vt noſtrorum nu.91. ex text.in §.Apium inſtit.de rerum diuiſion.

Quoad ſecundum vera eſt propoſitio illos
112 de regimine non poſſe participare in locationibus, & affictibus vel gabellis vniuerſitatis ex diſpoſitione prag.5.§.6. de adminiſtrat.vniuerſit.In noua impreſſione cuius verba ſunt hæc.

Item ſtatuimo, ordinamo, e comandamo
113 che nell'affitti di qualſiuoglia intrata ò gabella dell'vniuerſità, non debiano ne per ſe,ne per interpoſta perſona, nec aliter direttè,vel indirettè participare il ſindico,eletti del gouerno dell'vniuerſità li quali affitti ſi debiano fare legitimamente,e ſenza frode.

Et Ponderando quodlibet verbum in prag. poſitum,& primò illud directè,quod importat ſiuè palā, & bona fide, ſiue clam
114 fiat, Foller.in prag.2. de adminiſtrat. vniuerſitat.nu.23. fol.mihi.105. qui nu. 26.affert palā,& bona fide, & ſi fiat actus publicè in præſentiam electorum amicorum.

Et illud verbum per interpoſitas perſonas
115 eſt, quia qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur, Taſſon.de Anteſat. verſ.3.obſeruat.4.nu.118. & pro inde interpoſita perſona eſt etiam reus criminis,Foller.cit.loc. nu.24.Montanar. ad eandem prag.n.19.Reg.Rouit.in eadem prag.5.nu.10.

Et ad illud verbum,e ſenza frode,ſciendum quod præſumptio fraudis eſt quādo emptor eſt coniunctus adminiſtratori, Reg.
116 Rouit.in eadem pragm. nu.10. qui cit. Menocch.caſ.459.nu.4.qui Menocch. declarat ſi coniunctus filius,vel poteſtati ſubiectus emat,ſequitur Nouar. in eadem prag.nu.52.& 53.& iter. tom.1. de grauam.vaxallorum grauam. in.394.numer.6.

Filijs enim adminiſtratoris non debet con-
117 cedi affictus gabellarum,vel introituū vniuerſitatis,Montanar. ad prag.5. de adminiſtrat.vniuerſit. §.6.n.5.

Quod limita niſi filius ille eſſet emancipa-
118 tus, ſeù non habitat cum patre adminiſtratore, Nouar.in prag. 5.eod.tit.nu. 53. & è contra ex.ſtantibus filiis de Regimine, patres non poſſunt in affictum capere,Nouar.ibid.

Tamen ſunt attendenda uerba diſpoſitionis,ſiuè prag.quandoque enim ſimpliciter loquitur prout præinſerta prag.& tūc diſputatur an iurè cōpræhendantur filii,
119 mulieres,familiares uel alii coniuncti quandoque compræhenduntur filiæ, & uxores,prout fuit declaratum per prag. editā per S.M.Philippi quarti Regis noſtri inuictiſſimi die 25. Aprelis 1634. ſuper reformatione Tribunalis Regiæ Cameræ ſummariæ in cap.77. cuius uerba ſunt hęc.

Mando que ninguno del los dichos officiales y Miniſtros comprehendidos en la dicha pragmatica durante el tiempo de ſus officios puda comprar, ni compre ſin expreſſa
120 *licentia mia por ſi ni por interpoſita perſona para ſi ni para ſus mugeres, ni para ſus hijos, hijas ni para holtra perſons alcuna,ninguna renta,ò rentas ſobre los fiſcales*

ò ren-

o rentas arrendadas, ò otras pertenecientes à
real patrimonio ſolas penas contenidas en
la dicha pragmatica, que quiero y es volun-
tad, que se estienda en eſtos caſos como ſi es-
praſſamente eſtuuieran en ellas comprehen-
didos.

Quicquid tamen dictũ ſit, etiam ſi in prag.
eſſet expræſsè prohibitum ſine vlla di-
ſtinctione, & mulieribus, & filiis cæteriſ-
que coniũctis, & præinſerta Regia Prag.
5.§.6. de adminiſtrat. Vniuerſit. eſſet in-
diſtinctè intelligenda, aduertatur quod
121 prædicta prag. loquitur in affictibus, &
gabellis Vniuerſitatis, quo caſu non ex-
tenditur ad caſum, de quo quærimus, ſu-
mus enim in pœnalibus, & non fit exten-
ſio de vno, ad aliud, vulgatis iuribus.

Et dato quod prag. comprehenderet hunc
caſum, aduertatur, quod recipit plures
limitationes, quorum prima vt ſi prohi-
beatur actus ſi ex honeſtate fuerit factus
valet, Foller. in cõſtit. iuſtitiarii per Pro-
uincias, nu. 35. ad fin.

Secundò vt ſi quis ſuccedit in conductio-
nibus, & affictibus, non conſtringitur re-
laxare, ſed licitè poteſt perſeuerare in eis
quamuis de regimine ſit. Foller. in prag.
2. de adminiſtrat. vniuerſit. nu. 25. Mon-
123 tanar. ad citatam prag. 5. §. 6. num. 19.
ad fin. de adminiſtrat. vniuerſit.

Tertiò, limitatur ſi ante officium participa-
124 bat, non habet locum Regia Prag. Reg.
Rouit. in ead. prag. nu. 11. Foller. in con-
ſtitut. citat. iuſtitiar. per *Prouincias*, nu-
mer. 35.

Quartò limitatur niſi poſt adminiſtrationẽ
participaret, prohibitio enim intelligitur
in actu, & eodem tempore, & ſic durante
adminiſtratione, *Bouadill.* lib. 3. politic.
cap. 4. nu. 39. fol. mihi. 69. & apertè colli-
125 gitur, ex verbis poſitis per S.M. in præ-
inſerto cap. 77. in illis (durãte el tiempo
de ſus officios.

SVMMARIVM.

Creditor concurrens pro ſuo credito, an præfe-ratur fiſco pro pœna, nu. 126.

Fiſcus veniens ex cauſa lucratiua, pro pœna, an præferatur creditori concurrenti contra eundem debitorem, num. 127. quid ex cauſa onerosa, ibidem.

Creditor an pro ſuo credito præferatur fiſco eo, quod dependet ex vno inſtrumento, vel obligatione, vel ſententia, an verò æqualiter ſuccedant, nu. 128.

Fiſcus concurrens pro ſententia, ex delicto, an præferatur parti pro ſuo intereſſe, negatiuè reſoluitur, nu. 129.

Amplia, vt neque Iudex, neque pars, partem habeat, niſi fiſco ſatisfacto, nu. 130.

Fiſcus agens pro pœna præfertur creditori agenti ſine actione liquida, num. 131.

Fiſcus eſt maior in ordine, & dignitate cunctis creditoribus, & quando iura fiſcalia ſint potiora, ibid. nu. 131.

Creditor in actione perſonali, non præfertur Fiſco pro pœna, nu. 133.

Fiſcus præfertur creditori in pœna debita, ex cauſa ſtipulationis de ſe præſentando, vel alio modo, nu. 135.

Fiſcus, non præfertur parti in pœna, quando pœna debetur parti, vigore legis, ſtatuti, vel pacti, nu. 134.

Fiſcus, & creditor concurrentes ex cauſa lucratiua præfertur fiſcus, nu. 136.

Quid ſi inſtrumentum non eſt liquidatum forma ritus, ſed tantùm reſciſſum pro tertijs, quis præfertur, num. 137.

Fiſcus ſi ſibi bona incorporauit, non auditur creditor, nu. 138.

Creditor habens actionem perſonalem, an præferatur fiſco num. 139.

Fiſcus agens ante ſentẽtiam, nulla hypoteca cõſideratur nu. 141.

Si concurrat fiſcus, & priuatus cum inſtrumentis eadem die confectis, ſed non apparet de prioritate, fiſcus anteponitur. nu. 142

Fiſcus non dicitur niſi Principis, Papæ, & Imperatoris, nu. 143.

Barones non habent fiſcum, ſed curia coad-
iuto:

iutorem, numer. 143.

Baronis curię coadiutor an habet eadem priuilegia, quę, & fiſcus Principis, à n. 157. ad num. 161.

Fiſcus præfertur creditoribus. pro pœna debita ex mala adminiſtrationib. officialis, n. 146

Præfertur creditoribus ſuper bonis, Vniuerſitatis, num. 146.

Præfertur creditoribus in re ipſa, pro qua tributum conſequitur, n. 147.

Præfertur in pecunia ſoluta creditori poſteriori conſunpta, ſiue exacta, n. 148.

Diuiſio quomodo eſt facienda inter creditorem pro credito, & fiſcum pro pœna à nu. 153. ad 156.

ET pro cōplemēto, quòad cōcernētia interesse *Baronis*, ſe offert quęſitū, quod in dies euenit, nēpè ſi concurrat Baro, & ſic eius Curiæ coadiutor pro pœna ſibi debita, & concurrat creditor pro eius credito, quis eorū præferēdus veniat, accidit inter Maniliū Luongo creditorē Io: Antonii Ciampo, & prouentariū Curiæ feudi Montis Virginis concurrentes ille pro ſatisfactione ſui crediti, hic pro pœna ſibi debita à debitore, & in præsētiarū iterum inter Modeſtinum dato creditorē Gabrielis Luongo, & coadiutorē Curiæ noſtræ Montisfuſcoli, Modeſtinus enim creditor, ex cauſa liquidati inſtrumēti cōtra Gabrielem in hac eadē Curia exequi fecit quendā fundū, & ſeruatis, ſeruandis ad extinctū candelæ *Bartolomeo* Robino remāſit, inde eidē *Modeſtino* ceſſus pro eodem prætio, & cępit poſſeſſionē vigore decreti Curiæ prædictæ prædictus coadiutor exequi fecit in bonis Modeſtini creditoris, prætendentis, eundem Modeſtinū teneri de bonis debitoris venditis ſoluere prouentū, & ſic pœnā per debitorem incurſā, ex cauſa inſtrumenti liquidati; fuit dubitatū, quis eorū præferatur creditor nēpè pro ſuo credito, an vero Fiſcus, & ſic Curiæ coadiutor pro pœna articulus, frequens eſt, & cōtrouerſias ſuper hoc ſubortas ſemper vidi, & eum. tractāt, Reg. Conſtant. de Thoro, de Marin. Reg. Rouitus, & ex alienigenis Iul. Clar. loc. infrà citandis, verum, non ſunt firmā-

di pedes in expoſitis, ſed cōſiderādi plures caſus, quorum.

Primus, aut ex eadem ſententia prouenien-
126 te, ex delicto partes faciunt Fiſcus pro
pœna, & pars pro ſuo intereſſe, & tūc prę-
ferendā eſſe partem læſā Fiſco, & ſic ſer-
uari in Francia, refert clar. cit. quæſt. 78.
nu. 31. ad fin.

Secundus aut tractatur de pœna, quę ex de-
licto Fiſco taſſata eſt; & tūc, neque iudex
127 neque pars partē aliquā habet, niſi inte-
gra ſolutione Fiſco exequuta, Bouadill.
tō. 2. politic. lib. 5. c. 6. n. 7. fol. mihi. 784
Mantica tom. 1. de tacit. & ambig. conie-
ctur. lib. 11. c. 18. n. 32.

Tertius, aut creditor ſine actione liquida
128 experitur, & fiſcus pro pœna agit; &
tunc quia non datur actio executiua cre-
ditori, præfertur fiſcus.

Quartus, aut in pecunia depoſitata in ban-
co, vel penès alium concurrunt creditor
pro actione, quam perſonalem habet cō-
129 tra debitorem, & Fiſcus pro pœna, &
tunc Fiſcus anteponitur creditori, ea ra-
tione, quia Fiſcus præfertur creditoribus
habentibus perſonalē actionē, Reg. Sa-
lernitan. dec. 60. n. 8. n. 10. & ſeq.

Quintus, aut pœna, exburſanda venit parti
vigore, vel cōuentionis, vel legis illā im-
ponentis, ſiuè ſtatim illā parti læſę appli-
130 cantis, & tunc Fiſcus nihil agit, præfer-
tur creditor, qui de damno certat, fiſcus
verò de lucro, Bouadill. cit. loc. Guttier.
Canonic. quęſt. lib. 3. c. 5. n. 52. ad med.

Sextus pone quod quis ſit habilitatus cum
cautione de nō offendendo, (cuius pœna
131 in caſu contrauentionis non debetur,
niſi nomine fiſci fuerit ſtipulata. Boſſ. in
tit. de pęnis nu. 30. Bartol. in l. 1. cod. de
iur. fiſci, Coſta de remed. ſubſidiar. 110.
nu. 8. quod intellige, vt fiſcus non valeat
agere ad pęnam inter partes ſtipulatam,
niſi Notarius nomine fiſci ſtipuletur:
Catalan. de indult. cap. 16. nu. 93. & 94.
Coſta cit. loc) uel de ſe prę ſentando, uel
tenēdo domum, uel alio modo, & in caſu
cōtrauētionis fiſcus ſup bonis debitoris
manus imponat, & concurrat pars, præ-
fertur fiſcus, tum quia illa ſtipulatio fuit
facta de mandato iudicis, ex qua oritur

fiſco tacita hypoteca, cum etiam quia
attenditur cauſa, & iura fiſcalia potiora
iudicantur, Reg. Conſtant. cit. loc. n. 80.
de Marin. cit. cap. 148. nu. 10. & nouiſsi.
Reg. Rou. dec. 83. nu. 8. 18. & 32.

Septimus aut concurrit Fiſcus pro pœna
ex cauſa lucratiua, & creditor ſimiliter
132 ex cauſa lucratiua, & tunc quia vterq;
pari cauſa agit, præfertur Fiſcus ſic ele-
gãter cõcludit Reg. Cõſtãt. in dicta l. 1.
n. 46. lib. 10. annuit de *M*arin. reſol. quo
dia. c. 148. n. 14. & nedũ præfertur fiſcus
quando tractat. de damno vitando verũ
etiam ſi tractat. de lucro priuilegiatus di-
citur, Fontanell. dec. 254. nu. 20.

Octauus aut inſtrumentum nõ eſt liquida-
tum forma ritus ſed tantum reſciſſum pro
133 tertiis non ſolutis, & concurrat Fiſcus
pro pœna, & creditor pro ſuo intereſſe
an præferatur *F*iſcus? recurre ad Thoro
tom. 3. part. 1. verbo Fiſcus ad med. fol.
mihi 465. col. 1.

Nonus aut Fiſcus vendidit bona, & ſic eſt
ſibi ſatisfactum pro pœna ſi poſt exa-
134 ctionem comparuerit, creditor non
auditur, quia pœna eſt incorporata, &
de incorporatis non fit reſtitutio, Capo-
blanc. tom. 2. c. 38. nu. 10. Reg. Coſtant.
cit. loc. nu. 75. de *M*arin. cit. cap. 148. ad
fin. Catalan. in tractat. de indult. c. 18. n.
22. & 23. Fontanell. deciſ. 254. num. 14.
& ſequentib.

An differant eſſe bona delata vel incorpo-
rata Fiſco, vide *M*ontan. de regalib. titul.
quæ ſint regalia n. 32. vide Fontanell. de-
ciſ. 254. & quę dixi in meo 3. tom. tit. de
rebus alienand. vel non.

*D*ecimus ſi creditor habet actionem perſo-
nalem præfertur fiſco, de lucro enim tra-
135 ctat hic, ille vero de dãno, de *M*arinis,
cit. c. 148. nu. 8. Capoblanc. cit. cap. 38.
ad fin.

Vndecimus pone quod creditor agat in bo
nis debitoris pro ſuo credito in quibus
136 Fiſcus ſimiliter agit tamen ante ſententiam
vel condemnationem non præfer-
tur creditori, ante enim ſententiam nulla
hypotheca conſideratur, de Marin. cit. c.
148. nu. 12. & ſeq. *M*oſcatell. pract. crim.
cit. de iniuriis, n. 32. Capoblanc. tom. 2.
cap. 38. nu. 12. ſecus poſt ſententiam quia
poſt ſententiam eſt ius quæſitum Fiſco, &
datur actio ad exactionẽ pœnę, Catalan.
de indultu c. 17. n. 84.

Duodecimus ſi cõcurrat Fiſcus priuatus cũ
inſtrumentis tamen ead. die confectis, &
137 de prioritate non appareat tunc Fiſcus
anteponitur priuato Roderiq. in tract. de
concurſu. Creditorum par. 1. artic. 2. nu.
15. Coſta in tract. de remed. ſubſidiar. re-
med. 118. n. 4. ſi autem de prioritate ap-
paret præfertur prior Roderiq. & Coſta
ibidem.

Decimus tertius ſi quis cũ Fiſco contraxit
& poſt contractum acquiſiuit bona. Et
138 in eis cõcurrat etiã creditor, præfertur
Fiſcus in poſtea quęſitis, creditorib. etiã
anterioribus. Regen. Galeota tom. 2. cõ-
trouerſ. c. 63. n. 20. Mele ad Gizzarellum,
deciſ. prima, n. 61. & ex alienigenis. Man-
tica tom. 1. de tacit. & ambig. lib. 11. cit.
25. num. 6.

Decimus quartus ſi non adeſt aliud vnde
poſſit vtrique ſatisfieri fiſco nempè pro
139 pœna, & curię coadiutori pro credito
niſi res exequuta vel pecunia perueniat
ex rè exequuta, & eſt caſus noſter, & quę
ritur quis præfertur, duplex opinio affer-
tur vna negatiua, & ſic contra fiſcũ, ut nõ
precedat, altera affirmatiua, & ſit ut prę-
feratur.

Pro prima, & ſic pro negatiua afferuntur in-
fraſcripta argumẽta, ut *F*iſcus poſtpona-
tur, & primo quia Fiſcus quando tractat.
de lucro, non eſt priuilegiatus, Orat. Gio-
uagnon. Bononiens. conſ. 58. n. 47.

Secundũ, regula iuris ſe habet ut nec Fiſcus
nec alius creditor poteſt ſibi ſatisfieri ſu
140 per bonis defuncti in præiudiciũ filio-
rum niſi de illis quę ſuper ſunt de bonis
maternis ſatisfactis prius filiis Reg. Va-
lenzuel. conſ. 174. nu. 75. tom. 2. at in ca-
ſu noſtro non poteſt fiſcus ſibi ſatisfieri,
niſi ſatisfacto prius creditorę ergo.

Tertium quamuis fiſcus in bonis delinquẽ-
tis habeat tacitam hypotecam pro pœna
141 pecuniaria, tamen non præcedit credi-
tores habentes hypotecã, *P*arlador. rer.
quotidianar. different. 111. nu. 14. & 15.
imo quando tractatur de pœnę exactio-

ne,

ne, fiſcus ſuccedit loco debitoris, & ideò
non ualet, nec plus, nec minus obtinere,
quam obtineret is in cuius locum ſucce-
dit Petr. Gregor. Toloſan. ſyntax. iur. uni-
uerſ. iur. part. 3. lib. 23. c. 11. n. 7. ad
fin. at in caſu noſtro fiſcus non poſſet ob-
tinere pluſquã debitor obtineret ergo.

Quartum fiſcus eſt poſterior creditore, Pe-
trus Bella pertic. in l. 1. cod. de ſuper in-
142 dict. immò quando tractatur de præiu-
dicio creditorũ fiſco nulla cõperit hypo-
teca ex l. placuit cod. de iur. fiſc. ſic affert
Mantica de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 11.
c. 18. n. 22. & poſtponitur omnibus habẽ-
tibus perſonalẽ actionẽ in pœnis exigẽ-
dis, ea ratione, quia de lucro tract. Capo-
blanc, tõ. 2. c. 38. n. fin. nec aduerſus cre-
ditores in pœnarũ exactione datur locu-
pletatio in præiudiciũ creditorũ eadem-
met ratione quia tractat. de lucro quod
procedit ſiuè pœna ſit impoſita de iure
cõmuni ſiuè de iure municipali, Gratian.
diſcept. forenſ. c. 304. n. 10. & 17.

Pro parte uerò affirmatiua, & ſic ut Fiſcus
præferatur adducuntur infraſcripta argu-
143 menta, quorum primum uera eſt illa
regula ut fiſcus præferatur creditori, nè
dùm in cauſa lucratiua, de qua uterque
certat, verum etiam quando non adſunt
alia bona, ut uterque ſuum creditum per
cipiat ex infraſcriptis ſubſtinetur.

Primo regula uera eſt illa, ut õnis pecunia
ſiue magna, ſiue Parua ad fiſcum ſpectat
144 Capoblanc. tom. 2. cap. 38. n. 4. qui in
ter creditores potior iudicatur *M*antic.
de tacit. & ambig. coniectur. lib. 13. tit.
39. n. 2. Antonin. de Amat. uariar. reſol.
tom. 1. reſol. 2. n. 72.

Secundo quando fiſcus habet tacitã hypo-
tecã, præfertur creditoribus eadẽ tacitã
habentibus Rodoriq. de concurſu credi-
145 tor. part. 1. art. 2. n. 1. ſed etiã in dubio
eius hypoteca prior præſumitur *M*ãtic.
citat. tom. 1. lib. 11. tit. 25. n. 22. & quod
præferatur anterioribus creditoribus ex
l. ſi is qui ff. de cur. fiſci, Taſſon. de ante-
fat. uerſic. 5. obſeruat. 1. n. 30. fol. mihi
352. etiã præfertur doti refert Anton.
Nigri in tract. de ſubhſtat. c. 11. §. 3. n. 4.

Tertio quando debetur pæna ex mala admi-
niſtratione officialis, præfertur fiſcus cre-
ditoribus Reg. de Ponte dec. 28. *M*on-
146 tan. in tractat. de regalib. tit. de regalib
offic. n. 69. in princip. ex illa clauſula quę
ſẽper ſolet apponi ut benè ſe gerat, ue-
tũ etiã præfertur creditoribus ãteriorib.
ſuper bonis Vniuerſitatis *M*erlin. con-
trouerſ. forens cap. 8. per tot. & ex alieni-
genis, *M*ãtic. citat. lib. 11. tit. 25. n. 1. & 2.

Quarto quando tractatur de exigendo tri
buto, fiſcus præfertur omnibus credito-
147 ribus in re ipſa pro qua tributũ conſe-
quitur Parlador different. 48. §. 2. n. 4.
ergo ã ſimili præfertur õnibus creditorib
in pænarũ exactione in re ipſa exequuta.

Quinto fiſcus vtitur hypoteca, & prælatio-
ne etiam in pecunia ſoluta creditori po-
ſteriori, & conſũmpta ſiue exacta bona
fide, Mura tom. 6. cap. ſicil. 24. n. 34. Mau
148 ſon. de cauſſ. exequut. ampliat. 8. n. 41.
Mele ad Gizzarell. dec. 1. n. 87. de pœ-
nis quas fiſcus exigit, cenſetur priuilegia
tus quia ſoluitur ſalariũ Præſidi Audito-
ribus, cæteriſque officialibus. ac eroga-
tur in alias fiſci neceſſitates, vnde priui-
legiatus iudicatur argumento eorũ, quæ
profert conſiliar. *M*erlin. controuerſiar.
forens. cap. 2. n. 25.

Reg. Conſtant. neutrum admittens, ſed in
medio poſitus triplicem affert opinionẽ
1. ut ſi uterque cõcurrerit ex cauſa lucrati
149 ua fiſcus nõ poſtponitur, & quod hęc
opinio non habet contradictionẽ, 2. ut
fiat ſatiſfactio ambobus æqualiter, & ſic
fuiſſe in ſenatu Pariſienſi decisũ refert,
3. eſſe pro fiſco multos doctores maio-
res numero, & authoritate, ut eſt uidere
in l. 1. cod. pænis fiſcalibus creditores
præferri n. 65. qui ut vides non decidit,
nec opinionem amplectitur, ſed tantùm
refert Io. Baptiſta de Thor. uero tom. 1.
compend. verbo fiſco fol. mihi 233. aſ-
ſert fuiſſe per M, C. hoc caſu fiſcũ præla-
tũ creditori cuius doctrinã impugnat.
donat Anton. de *M*arin. reſolut. quoti-
dianar. cap. 148. n. 13. & erroneã appel-
lat quã inpugnationẽ reinpugnat, atque
refellit idem, Thor. eius primeuã ſenten-
tiã confirmando in ſuo 3. to. part. 1. uer-
bo fiſcus fol. 464. Reg. Rouit. in prag. 1.

de

Cōſtant. vndè de duobus mihi dicendū videtur, primò, an Baro habeat fiſcum. Secundò, an pærogatiuis huiuſmodi gaudeat.

Quoad primum verum eſt Baronem non habere fiſcum, ideſt vt nomen fiſci ſibi
158 applicetur: fiſcus enim eſt Regis, Imperatoris, vel Papæ, Anna ſingular. 200. per tex, in l. 1. cod. de bon. vacant. & proinde, qui hoc munus fiſci pro Barone exercet, nuncupatur Curię coadiutor, quem ſi Barones fiſcum appellant, nomen incongruum imponere videtur, & optima ratione, Reg. Conſtaut, citat. loc, nu, 33. & 65. eos exactores pænaiū baronalium appellat.

Quoad ſecundum, an curiæ coadiutor Baronis, prærogatiuis quibus fiſcus Regius
159 eſt fulcitus gaudeat, Reg. Conſtant. citat. loc. affert non gaudere, quem ſequitur de Matin. citat. cap. 148. nu. 14. videtur annuere Nouar. de grauam. vaxall. tom. 1. grauam. 164. nu. 1. qui denegat Curię coadiutori huiuſmodi priuilegia fiſci, ſequitur ex alienigenis, Muta tom. 4. capitul. ſicil. cap. 6. num. 9.

Tu autem dicas Curiæ coadiutorē Baronis nomine Baronis exercere, & dùm Baro
160 eſt inueſtitus de feudo cum mæro, & mixto imperio in locum fiſci Regis ſuccedit, Mautic. de tacit. & ambig. conie ctur lib. 11. art. 18. nu. 13. & proinde tāquam ſubrogatus in locum fiſci Baronis omnibus eius prærogatiuis gaudere debet Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 3. n. 10. & iterum in tractat. de indult. cap. 36. nu. 16. & iterum dec. 145. nu. 1. & 2. Muta tom, 3. capit. Sicil. cap. 10. nu. 9. & iterum deciſ. 29. num. 12. & ex noſtris affert Reg. Galeot. tom. 2. controuе. 18. nu: 31. Nouar. qui Galeot. non adducit de grauamin. vaxallor. tom. 2. grauam. 230. nu. 6. doctrina Capoblanc. tom. 2. cap. 92. nu. 4.

Quod tu declara procedere, & eſſe intelligendum in caſu poſito in pęnarum exactione, in aliis enim non datur hæc conſequentia, quia fiſcus Regis multa priuilegia habet, quæ non competunt curiæ coadiutori Baronis.

ADDIT. AD DECIS. LXVIII.

SVMMARIVM.

Alternatiua differt à copulatiua, & quomodo, nu. 1. & 2.

Sententia an poſſit proferri ex libello alternatiuo concepto, nu. 4.

Alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem exponitur prout eſt, exemplum habes, num. 5. & 6.

Alternatiua poſita in emptione, & venditione, cuius ſit electio, num. 7.

Alternatiua in ſtipulatione dotis, cuius effectus ſit remiſſiuè, nu. 8.

Alternatiua in conceſſione bonorum, vel dilationis, an ſit debitoris, vel creditoris, nu. 9.

Alternatiua de uoluntate teſtatoris ſi non verificatur, an reſoluatur in coniunctiuam num. 10.

Libellus non continens nomen rei, vel obſcurus, quid iuris, n. 11. & 12.

Libelli concluſio attenditur, an verò narratiua, num. 13.

Articuli, ſi differant à libello, ſententia proferatur iuxta concluſionem libelli, n. 14.

Libellus continens duo remedia. vel petitoriū, & poſſeſſorium, quid iuris, n. 15.

Alternatiua poſita in mandato, exemplum ſoluat, uel relaxet, remiſſiuè, n. 16.

Obligatus alternatiuè ſoluere, uel ſe præſentare quid iuris, num. 17.

Alternatiua poſita in pana in delictis cuius eſt electio, à n. 18. ad 23.

Iudex in cuius electione eſt eligere pœnam, tenetur minorem eligere, & una electa, valet ad aliam variare, n. 24.

An poſſit minuere pœnam taxatam à lege, vel ſtatuto, n. 25.

Pœna pecuniaria, vel corporalis impoſita, ſi in pecuniaria deficit nummus, datur corporalis, & quare. n. 26.

Teſtis alternatiuè deponens, an probet, n. 27.

Pœna certa ſumma impoſita à lege, vel ſtatuto, an poſſit augeri. n. 28.

Pœna corporali impoſita, licet non ſufficienter, non poteſt altera corporalis imponi, & quare num. 28. ad fin.

*AVt dele me de libro viuentium, aut parce
populo huic. exodi cap. 32. nu. 32.*
Ex *D*idaco Zimenez in lexicon Eccleſiaſti-
1 co, in verbo alterurer, colligitur hoc ver-
bum importare vnum ex duobus, quod
alternatiuam appellamus, quæ differt à
copulariua, prima ſaris eſt, vt verificetur
in vno ex duobus, Honded. conſ. 15. nu.
12. vol. 1. Alter. de cenſur. tom. 1. diſput.
22. de excomun. bull. cæn. lib. 5. c. 1. lite-
ra. A. fol. mihi 766. Reg. Rouit. prag. 1. de
liter. camb. nu. 6. *M*arta de ſucceſſ. legal,
part. 3. quæſt. 1. nu. 38. artic, 5,
Secunda requirit conſenſum omnium, Rip.
2 in tract. de mortis artic. cap. 70. num. 19,
& 20. & alternatiuę natura eſt, vt diuerſa
alterner, & ſi in vno ſir vera totam oratio
nem affirmatiuam ueram efficit Burſact.
conſ. 2, nu. 65. tom. 1,
Quæ eſt frequens apud legum interpetres
3 in pluribus. rebus, mirum ſi Author
4 noſtet in hac præſenti deciſione dubira-
uit ſi in libello alternatiuè concepto ſē-
tentia proferri poſſir.
Vndè cum occaſio ſir præceps, de alterna
riua ſermonem facio.
Verùm non de illa poſita inter genus, & ſpe
5 ciem, quę exponitur per ideſt, exemplum
dixerir reſtator inſtiruo filium meum, &
poſt eum, vel eo mihi præmoriente, aut
hęrede non exiſtente, inſtituo Sempioniū
de quo per *M*arta dę ſucceſſ. legal. part.
4. quæſt. 31. artic. 2. nn. 30.
Vel ſi alio modo teſtator dixerit inſtiruo hæ
6 redem illum, quem Titius nominauerit
de agnarione ſua, aut alium ad eius arbi-
trium, tunc prima pars alternatiua erit
valida, & ſecunda nulla, & huiuſmodi al-
ternatiua haberur pro parte, quia validū
remanet, vitioſū uero reiicitur ex Mart.
cirat. part. 4. quæſt. 2. articul. 5. num. 25,
& ſeqq.
Nec de alternatiua poſita in emptione, &
venditione, cuius electio eſt uendiroris
7 *M*antic. de tacir. & ambig. coniect. tom.
2. lib. 14. rir. 39. nu. 13. qui nu. 32. quærit
cuius periculum ſit, ſi vendantur duæ
res alternatiuè, quę non præſumitur poſi
ta inter res, quarum vna pretioſior ſit al
tera, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.
6. tit. 12. nu. 5.
Nec de alternatiua ſtipulatione in dote,
quæ cuius effectus ſir, recurre ad R. Ga-
leot. controu. iur. rom, 1. controu. 12. à n.
3. ad 9.
Neque de alternatiua data à lege in mate-
ria ceſſionis bonorum, vel dilationis, quę
9 an ſir debitoris, vel creditoris, uide Mut.
tom. 2. cap. Sicil. c. 26. n. 6. & ſeqq. Bur-
zact. conſ. 113. nu. 20. vol. 1.
Neque de alternatiua uoluntate teſtatoris,
10 quæ quando non poteſt in aliqua parte
uerificari, tunc alternatiua reſoluitur in
coniunctiuam, Mantic. de coniect. ult. uo.
lunt. lib. 3. tit. 5. nu. 5. & iterum lib. 4. tir.
12. nu. 29. Mart. de ſucceſſ. legal. tom. 1.
quæſt. 21. artic. 3. nu. 7. & 10. & iter tom.
1. part. 3. quæſt. 1. arric. 5. n. 40. Alter. de
cenſur. tom. 1. diſput. 22, lib, 5. c. 1, lit. B
fol, mihi. 766.
Sed tantum de alternatiua poſita in libello
11 iuxta propoſitam quæſtionē per Autho
rem, pluries enim occurrit, vt libellus nō
contineat nomen rei, & ipſe reus cōpa-
rer, purgat omnem defectum libelli, & po
teſt proferri ſententia contra eum, ſic de
ciſū per S. C. refert de Thor. tom. 2. cōp,
deciſ. verbo libellus fol. 332. col. 2. quæ
autem purgant, & ſoluant, vide conſil.
Marcian, conſ. 1. nn. 22,
Et ſecundo caſu, quando eſt obſcurus, & pe
titur declarari, declario debet fieri per
12 libellantem, non autem per eius hęre-
dem, *N*ouar, quæſt. forens. tom, 1. quęſt.
4. n. 6. uide dę Petris conſ. 34. num. 3
& ſeq,
Et libellus alternatiuę compoſitus, quando
in utraque parte alternatiuè concludi-
tur intentio libellandi, licet oriatur di-
uerſa ſpecies agendi Honded. ex multis
conſ. 94. n. 36. ton. 1. uer. unum ſic in li-
bello aſſertum, & aliud concluſum, at-
13. tenditur concluſio, non autem narrati-
ua, exemplum ſi fuerit narratum in pro-
prietate, & concluſun in poſſeſſorio, Reg.
Rouit. conſ. 56. num. 3. & 4. tom. 1. atten
ditur concluſio libelli, Theodor, alleg.
61. num. 3. Marcian. conſ. 1. n. 5. Minad.
deciſ. 1.

Et

Et adeò eſt uerum, ut ſi articuli differant à
libello, ſententia profertur iuxta conclu
ſionem libelli, Ricc. dec. 5. par. 1. quem
14 ſequitu, & aliis doctoribus exornat No
uar. de grauam. Vaxall. tom. 2. grauam.
121. num. 5.

Et ſi continet libellus duo remedia, ſcilicet
adipiſcendę, & retinendę poſſeſſionis an
ualeat, uide de Thor. tom. 1. comp. dec.
fol. 320. in uerb. libellus colp. & quan
15 do continet poſſeſſoriam, & petitorium,
poteſt declarari, uel ſuſpendi Theodor,
alleg. 63. n. 8.

Et ſi alternatiua eſt poſita in mandato, exē
16 plum, ſoluat, uel relaxet, uide Mut. to.
4. cap. ſicil. cap. 96. n. 10. & ſeq. & ſi quis
ſe obligauerit pręſentare infra dies, uel
17 ſoluere tot, pro ut in dies occurrit, uide
Nouar. quęſt. forens. tom. 2. queſt. 24.
per tot.

Verum etiam pœna poſita de alternatiua in
18 delictis, de qua Petra hic n. 7. & 8. tan-
git, & quęrit cuius ſit electio, & remittit
ſe ad Clar. quæſt. 85. verſ. ſolet, vide Cla
rum diſtinguentem tres caſus, aut verba
legis, vel ſtatuti diriguntur ad iudicem,
nempe ſiquis homicidium committat,
Iudex cum tali pœna puniat, tunc electio
19 eſt Iudicis. 2. aut verba legis, vel ſtatuti
ſunt directa ad reum, vt puta ſi dixerit
ille, qui homicidium commiſerit ſoluat
tot, vel relaxet bona fiſco, tunc electio
eſt rei 3. aut verba ſunt imperſonaliter,
20 nēpe ſi non ſunt directa, neque ad Iudi-
cem. neque ad reum, & tunc Clar. diſ-
tinguit, aut vtraque pœna eſt corporalis
ſi dicat pro furto quis ſuſpendatur, vel
decapitetur, & tunc electio eſt Iudices,
21 aut uerò vtraque pæna eſt pecuniaria, vt
puta pro ſfurto pæna ſit tot aureorum,
vel ammiſſionis bonorum mobilium, &
22 electio eſt rei, aut uero tertio caſu vna
pæna corporalis, altera pæna pecuniaria,
& tunc electio eſt rei, & ſic fuiſſe deciſum
refert, tu vide omnino Caualcan. de brac
ch. reg. par. 4. n. 494. & ſeq.

Licet Andreas Gaill. obſeru. 84. num. 12.
23 lib. 2. aſſerat electionem eſſe iudicis,
quando verba alternatiua non dirigun-
tur ad partem.

Verum quando, electio eſt iudicis, tenetur
minorem pænam eligęre, & vna electa
24 non ualet ad aliam variam, Baiard. ad
Clar. queſt. 85. num. 7. & 8. & an poſſit
25 Iudex minuere penam taxatam à lege,
vel ſtatuto impoſita, & in quibus caſi-
bus, vide Caualcan. de *Bracch.* reg. par.
26 4. num. 76. per tot, & data pæna pecu-
niaria, vel corporali, & fuerit impoſita
pecuniaria, ſi defecit in ea nummus, da-
tur corporali, quia conditio ſoluendi pe
cuniariam, nō poteſt diuidi, Auendan.
27 de exeq. mand. reg. par. 1. cap. 18. n. 4.
& ſi teſtis alternatiuè deponat, nempe
delictum commiſſum cum enſe, vel cum
clauo, an ſufficit, vide *M*ut. tom 4. ca-
pit. Sicil. cap. 96. n. 8. fol. 115.

Tu autem aduertas, quod quando lex, ſeù
ſtatutum ponit pęnam certam, & taxat,
28 puta centum, inde ſubdat, vel aliam ar-
bitrio iudicis, tunc iudex debet impone-
re pęnam in aliquo pluri in pecunia, non
autē ad mortem, Caualcan. de Bracch.
Reg. part. 4. n66. & ſi pæna corporalis ſit
impoſita, quamuis non ſufficienter non
poteſt altera corporalis imponi, quia pri-
ma non poteſt reſtitui Reg. Galeot. tom.
2 controu. 57. n. 30.

Auth. n. 9. uerb. ſententia, an poſſit iterum
agi, vide de Thor. compend. deciſ. tom.
29 2. verbo ſententia fol. mihi 631. col. 1.

Auth n. 2. ibidem. licet in alternatiuis ſti-
30 pulationibus, vide Honded. conſ. 94.
num. 3. vol. 1.

Auth. num. 2. (rei conuenti electio) & *M*ar.
hic num. 3. ſi rei conuenti ſit electio vi-
de de Thor. uot. 26. n. 15. & 16.

Cæterum ſi poſſit ſententia ferri conformis
libello, vide quæ dixi in 2. tom. de Pugn.
Doct. tit. de ſentent. cap. vnic. per tot.

Heliſæus Danza.

de de Veneuenre. Vid. Conſtantius Regens Vid. Bernardinus Barrionouo Reg. Vid. de Coſtellet Reg. Vid. Valcarcel, Reg. Salazar ſecret. in cur. Principatus Citra Fol. alla Regia Audienza de Principato Citra.

Quod idde fuit confirmatum, & de nouo idem diſpoſitum in prag. 16. de offic. Iudic. §. 33. in illis verbis, che l'iſtãze nelle cauſe criminali vertenti nelle Regie Audienze ſe intendano prorogate nel modo, & forma, che al preſente ſi oſſerua nella Gran Corte della Vicaria.

Verùm inſtantia poteſt prorogari per conſenſum vtriuſque partis, Mincer. cen-
5 tur. 3. obſeru. 47. Boer. deciſ. 283. n. 3. Gailt. obſeruat. 140. lib. 1. quòd tu intelliges, vt ſit ante peremptionem, poſt tamen cauſam peremptam poſſunt illam reſtaurare, Reg. Rouit. in rubric. de inſtantia cauſæ non reſtituenda n. 6. qui multas limitationes adducit.

Et è contra poſſunt partes conuenire, vt inter eos non apponatur inſtantiæ peremp-
6 tio ex Bartol. in l. ſeius, ff. ad l. falcidiam, & in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſorib.

Et licet inſufflatio ſpiritus vitę hodie ſpec-
7 tat ad Præſidentem Sacri Conſilij, & alijs, & Baronibus denegatur, vt affert Petra hic in princip. & Mari hic num. 1. cuius practicam ſcribit Moſcatell. cit. loc. num 59.

Tamen Regia Audientia Hydruntina, & Audientia Barenſis poteſtate fruuntur
8 inſufflandi ſpiritum vitę vt refert, Reg. Rouit. cit. loc. n. 19. & 29. quod huic noſtę Regiæ Audientiæ ex antiquo ſtilo non eſt permiſſum.

Auerte tamen, quòd perempta inſtantia denegatur exceptio litis finitę, conſiliar.
9 Merim. controu. forens. cap. 81. n. 10. vide Thor. tom. 3. comp. decis. fol. 579. verbo inſufflatio col. 1.

Aliud tamen pro coronide eſt notandum, quod ſi fuerit lata ſententia poſt inſtan-
10 tiam peremptam eſt nulla, & non poteſt confirmari, nec de nouo dari, nec ex eiſdem actis reformari Caucit. conſ. 270. n. 7. & ex noſtris Auth. infra deciſ. 84. numer. quarto. & Marant. in prattic. par. 4. diſtin. 16. numer. 49.

Et denique contrauerti cõtingit ſi per citationem ad dicendum cẽſeatur inſtantiam
11 perpetuare, quod latè affert Muſcatell. cit. gloſ. ſententia, n. 54.

ADDITIO AD DECIS. LXX.

SVMMARIVM.

Doti nil aliud pertinet, niſi intereſſe, n. 1.

Maritus non petens intereſſe dotis in vita, an cenſeatur donatum uxori, n. 3.

Vxor poſt mortem viri, an habeat intereſſe dotis, à n. 2. ad 14.

Quid ſit intereſſe anteſati, & intereſſe paragij à n. 5 ad 8.

An debeatur intereſſe intereſſe, & ad quam rationem, n. 9.

Intereſſe dotis non ſoluta quomodo debeatur, & à quo die. à n. 4. ad 24.

Maritus vt habeat intereſſe dotis, an ſit neceſſe, & requiratur, vt ſit ſolitus negotiari, n. 19. & 20.

Anteſatum an debeatur mulieri, dote non promiſſa, & ſi promiſſa non ſoluta, & ſi ſoluta, non tota à n. 26 ad 31.

Maritus confitens dotem recepiſſe, ſed inſtrumentum mutui de ea conficiens, an habeat intereſſe ac hoc instrumento mutui, à n. 33. ad. 35

Legatum factum pro intereſſe dotis quomodo debeatur, n. 36. 37. & 38.

Intereſſe dotis per quod tempus peti poſſit, à n. 39. ad 41.

Decennio elapſo, an præſumatur remiſſum ibid.

Intereſſe decurſum, ſiue tertia an poſſint conuerti in capitale, & unã ſortem facere, & de ea intereſſe deberi à n. 42. ad 52.

Contrarium ſenſit Author. n. 52.

Intereſſe dotis non ſoluta triplici modo conſideratur, n. 47.

Intereſſe alterius intereſſe, & ſic acceſſio acceſſioni, an detur, n. 48.

VIdi iniquitatem, & contradictionem
in ciuitate die, ac nocte, circunda-
bit eam ſuper muros eius iniquitas,
& labor in medio eius, & iniuſtitia,
& non defecit de plateis eius vſura,
& dolus, Pſalm. quinquageſimo
quarto.

Formalia verba affert Petr. Greg. Toloſ.
partit. Iur. canon. lib. 3. tit. 5. cap. 5. quo
in loco de uſuris tractat & iterum in ſyn-
tag. iur. Vniu. par. 3. lib. 21. cap. 10. nu.
9. & ſeq. vbi de intereſſe tractat. & dicit
vnũ eſſe intereſſe extrinſecum, aliud in-
trinſecum, de quo in præſenti deciſ. 70.
tractatur, & maxime de eo pro dote non
ſoluta ſi debetur, & quãto tempore peti
poſſit, & Si maritus diſtulerit petere, an
cenſeatur remiſſum, & Author. conclu-
dit per S. C. deciſum deberi etiam poſt
lapſum biẽnij, ſequitur Mati hic n. 1. vn-
de congruum mihi videtur occaſione
præſentis deciſionis aliqua differere
poſt ſcripta per *A*uthorem, dico de in-
tereſſe dotis non ſolutę, cum ad dotem
1 nil aliud pertineat, niſi intereſſe, quod
ipſo iure debetur, Anton. Monac. deciſ.
Lucenſ. 31. n. 56.

Et pro articuli deciſione diſtinguendos eſ-
ſe duos caſus arbitror, primum, aut trac-
tatur de intereſſe debito uxori poſt mor-
tem uiri, ratione ſuarum dotium. 2. aut
tractatur de intereſſe debito uiro viuen-
ti ex dote non ſoluta.

Quoad primum, licet maritus, dum uixerit
2 nõ petierit intereſſe, cẽſetur donaſſe uxo-
ri, & hęc donatio morte confirmatur,
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21.
n. 27 fol. mihi 46. tamen duplex opinio
3 affertur, prima negatiua, ut non debea-
tur, quia poſt mortem viri ceſſat ratio
oneris matrimonii per quod intereſſe de-
betur, refert *M*acerat. lib. 1. var. reſol.
59. num. 7.

Alia affirmatiua quòd intereſſe debetur mu-
4 lieri biennio non expectato, imò finito
ãno luctus, & ſine ulla interpellatione &
etiam pro dotatio, & hoc ius tranſit ad
hęredes uxoris, & maximè, quã ex illa
pecunia uxor fuiſſet emptura aliquod
prædium, uel aliquem annuũ cenſum
ſic ex aliemigenis refert D. Franc. Ca-
ſtill. dec. ſicil. 61 n. 24. ad 26. tom. 1. in
quo Regno Siciliæ datur via executiua,
vt teſtatur, Mar. Cutill. dec. Sicil. 12. n.
74. & deciſ. 13. n. 12. & quòd ad hęredes
tranſit Scacc. de ſucceſſ. legal. par. 4.
quæſt. 18. artic. 2. n. 66. fol. mihi 451. &
ex noſtris Regnicolis ſic cõmuni cala-
mo tranſeunt intereſſe dotis, & antefati
deberi mulieri, & tranſire ad eius hære-
5 des, etiam extraneos elapſis ſex menſi-
bus de conſuetudine Neapolitana, etiã
ſi bona eſſent extra deſtrictum, Franch.
deciſ. 338. & iter. deciſ. 472. nu. 4. &
ſeq. Camill. de *M*edic. conſ. 72. num.
19. Reg. Galeot. tom. 2. controuerſ.
60. n. 8. & 9. & notiſſimè de Thor. tom.
3. comp. deciſ. verb. intereſſe, fol. 585.
col. 1. & quod intereſſe antefati debea-
6 tur, de Thor. uot. 68 n. 28. & iter. tom. 1.
comp. dec. verbo, intereſſe, fol. 286.
& 287.

Quod tu amplia procedere in intereſſe pa-
ragij, quod eandem naturam ſortitur, &
7 eoſdem effectus patit, eãdemque exactio
nem gignit, ſicut ſors principalis, conſil.
Theodor. alleg. 7. n. 13. & 15. & debetur
etiam à fratre, quando ſoror non manet
8 in domo fratris, nec ab eo eſt nutrita,
Straban. conſ. 16. n. 7.

Quod ſubamplia etiam ad intereſſe tertia-
9 rum, quod debetur, & liquidatur ad ra-
tionem quinque pro centenario, & gau-
det eadem prioritate, ſicut, & ipſum ca-
pitale à die inſtrumenti conſil. Theod.
alleg. 5. nu. 1. & iter. alleg. 40. nu. 36.
Flamin. Monac. ad *M*inad. deciſ. 17.
nu. 6.

Quoad Secundũ, aut tractatur de intereſſe
10 debito viro viuenti ex dote non ſoluta.
& tunc ſunt diſtinguendi plures caſus,
quorum primus, aut eſt appoſitum pac-
tum in inſtrumento matrimonii, & illud
11 ſeruandum, ſecundus aut non eſt appo-
ſita dies promiſſionis, ideſt dos fuit pro-

miſſa ſine temporis præfinitione, quod nunquam vidiſſe teſtari poſſum, & tunc die ſequenti debetur, & à die oneris matrimonii currit mora, gloſ. in l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim. Magon. deciſ. Florētin. 83. numer. 1. nec requiritur petitio,
12 quia maritus implet ex parte ſua contractum ſubſtinendo onera matrimonii, l. Iulianus, §. offerri, & §. eis vendito, ff. de actionibus empt. Conſiliar. Marcian. conſ. 50. num. 3. & nouiſſimè Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 6. nu. 9. fol. mihi 314.

Secundus caſus, aut dos fuit conſtituta in bonis mobilibus, nempè in aliquo fundo
13 ſine tamen æſtimatione, ſed vt fundus dotalis, ex quo fructus percipi poſſunt, & tunc intereſſe debetur à die oneris matrimonii.

Tertius, aut verò dos fuit conſtituta in pecunia, quæ fructum non parit, niſi mini-
14 ſterio hominis illam exercentis, quo caſu intereſſe non deberi aliqui aſſerunt, tu tamen dicas deberi, dummodo onera matrimonii patiantur, ſic ex multis, Giurb. dec 72. nu. 13.

Quartus, aut verò dos eſt conſtituta non in pecunia, nec in bonis immobilibus
15 ineſtimatis, ſed tantum in ueſtibus iocalibus, aliiſq; mobilibus, ex quibus fructus non percipiuntur, & tunc nullo modo intereſſe debetur, nec à die oneris matrimonii, nec à die litis conteſtatæ, ex eo, quia huiuſmodi bona dicuntur infructifera, ſic affert Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 72. à num. 5. ad 12. contra quem
16 inſurgit Fontanell. cit. loc. num. 15. & contrarium ſubſtinet hoc caſu intereſſe deberi, iniuſtū enim iudicat, vt vxor dānum ſentiat, & intereſſe non percipiat ex defectu traditionis bonorū mobilium culpa mariti ſic contrahentis. Vnde cō-
17 cludit non eſſe attendendum, ſi res data in dotem erat ſterilis, vel immobilis; ſed eſſe habendam rationem ad finem impletam.

Quod autē ſi diſſoluatur matrimonium per
18 mortem vxoris, & in fauorem mariti ex doctrina Velaſc. reſoluit Fontanell. cit. tract. par. 6. clauſ. 6. gloſ. 2. num. 33.

Alij aſſerunt intereſſe dotis non ſolutę, non
19 deberi marito non ſolito negotiari, Caſtill. dec. 26. n. 24. requiritur enim, quòd maritus ſit ſolitus negotiari, vel quòd certum ſit ſi recipieas dotem illius prætium cōuerti in emptionē, vel annui cēſus, vel alicuius fundi, & tūc ratione dāni emergentis debetur intereſſe D.
20 Franc. Caſtill. dec. 29. n. 4 tom. 1. Huius enim dāni emergentis ratione debetur intereſſe etiam nō ſolito negotiari, idem Caſtill. dec. 112. n. 22. *Mar. Mut.* deciſ. 84. num. 5. Houded. conſ. 39. n. 2. vol. 2.

Et quādo de pecunia dotali fit emptio ali-
21 cuius redditus, vel fundi, dicitur ille redditus, vel fundus dotalis, Ant. *Monac.* dec. L. icenſ. 42. num. 5.

Tu vero dicas, quòd quomodocunque dos
22 cōſtituatur, & in quibuſuis bonis conſiſtat, ſiue fructuoſis, ſiue infructuoſis, etiam ſi maritus nō ſit ſolitus negotiari, debetur intereſſe, quod à iure cōſtituitur non alia ratione, niſi ſupportationis oneris matrimonij, quod tu intellige duobus
23 concurrentibus; primò, matrimonio cōtracto cum dotis promiſſione; matrimonium enim poteſt eſſe ſine dote, & pro-
24 inde requiritur dotis promiſſio, ſecundò, vt onera matrimonii per virū patiantur, ſic perbellè affert Giurb. deciſ. 72. n. 13.
25 niſi ſit inter partes aliter cōuentum, vt docet Mari hic num. 2. ad fin.

Et vlterius quæri poteſt, an debeatur ante-
26 fatum mulieri, ſi nō fuit dos ſoluta. Cāpagn. I. cap. Regn. Mulier dotariū, n. 6. plures caſus affert, quorum primus quādo dos non fuit, nec promiſſa, nec data, & tūc mulier lucratur antefatū, quod donationem propter nuptias appellamus.

Secundum, quando dos fuit promiſſa,
27 tamen non data, & tunc mulier nihil lucratur.

Tertium ſi fuit promiſſa; ſed non tota ſolu-
28 ta, ſed ū pars aſsignata, tūc pro quātitate dotis ſolutæ mulier lucratur antefatum.

Ego autem diſtinguenda eſſe duo capita arbitror, quorum primum, aut vir con-
29 ſtituit antefatum, ſiue donationem propter nuptias tēpore capitulorum matrimonialiū, vel Inſtrumēti dotalis, & tunc

 etiam

etiam ſi nulla dos conſtituatur, debetur
30 antefatum, conſtitutio enim antefati nõ
reſpicit illam dotem, ſed promiſſionem
31 à viro factam proſequitur, & Campagn.
paulò infrà ſubſtinere videtur. Secundũ,
aut antefatum non fuit conſtitutũ, & tũc
non debetur, ſiue dos fuerit promiſſa, ſiue non.

Sed ad quam rationem, & quomodo antefatum debetur in Regno, vide prag. vni-
32 cam de donationib. propter nuptias.

Si vero prò vt ſępè occurrit maritus fecerit
inſtrumentum, in quo confiteatur dotem
33 recepiſſe ad beneficiũ dotantis, eundem
que de dote quietauit, inde aliud inſtru-
mentum mutui, an ex hoc ſecundo inſtru-
34 mento mutui debeatur intereſſe, ſicut
debetur ex illo primo dotis, Thor. tom.
1. comp. deciſ. verb. uſuræ fol. mihi 572.
col. 2. articulum adducit, & concludit nõ
deberi intereſſe, extinctũ enim cẽſetur il-
lud primum dotis per hoc ſecundũ mu-
tui ex Capic. & aliis ibi relatis, maritus
enim confitendo dotẽ accepiſſe, & quie-
35 tando dotantem, quamuis dos realiter
non ſit ſoluta, ſed mox inſtrumentũ mu-
tui confectum ſibi præiudicat, & confeſ-
ſionis periculum ad eũ ſpectat, Boer. de-
ciſ. 329. nu. 3. & eidem imputandum eſt,
& contra eum agi poteſt l. vendi ff. de
contrahend. empt. Vrſill. ad Afflit. deciſ.
353. nu. 7. vide Fontanell. de pact. nupt.
tom. 2. clauſ. 14. & fin. gloſ. vnic. par. 1. n.
5. fol. mihi 640. & de dote cõf. ſſata vide
Affl. deciſ. 402. Menocch. de præſumpt.
lib. 3. pręſumpt. 12. n. 50. 51. ad 90. Theſaur. deciſ. 112. qui dicit hanc confeſſio-
nem poſſe reuocari.

Et ſi quis promiſerit dotem, tamen eam non
36 ſoluit, ſed in mortis articulo mulieri do-
tatę aliquid legauerit ratione morę ſolu-
tionis non factæ dicitur vſura, Put. deciſ.
206. lib. 1. In quo votantes diſcreparunt
allegantes non eſſe hoc legatum datum
in aliquam recompenſam, ſed potius in
37 declarationẽ retardatæ ſolutionis, quod
limitatur ex Papon. lib. 15. tit. 4 arreſtat,
2. ſi hoc legatum eſſet factũ ab extraneo,
non debentur, ſuccurritur autem mulie-
ri per modum prouiſionis de aliquo.

Et ſi pater, qui filiam dotauit, tamen dotẽ
38 non ſoluerit, & reliquerit filię aliquid ra-
tione fructuum dotis, hi fructus debẽtur
à die obitus patris, ſuccedunt enim loco
alimentorum Menocch. conſ. 81. vol. 1.
num. 60.

Sed per quod tempus poſſit peti hoc inte-
39 reſſe, quod fuit diſcuſſum in præſenti de-
ciſ. Fontanell. cit. loc. nu. 17. ponit tem-
pus legitimum, ideſt 30. annorum, infra
quod ſi maritus non petierit, vlterius pe-
tere non poteſt, Mut. verò tom. 3. cap.
Sicil. cap. 102. nu. 17. & 18. dicit, quod
ſi non eſt petitum per decennium, non
poteſt amplius peti, decẽnii enim patiẽ-
tia facit præſumere voluntatem amplius
40 non petendi, & Fontanell. cit. loc. num.
18. affert, quod ſi fuerit petitum poſt
quatriennium, vel quinquennium, & vſ-
que ad decennium non præſumitur re-
miſſum: tu verò dicas etiam tranſacto
41 decennio non eſſe præſcriptum, neque
cenſeri remiſſum, & quocumque tem-
pore peti poteſt, tam iure actionis, quàm
officio iudicis, vt refert Auth. noſter hic
num. 1. & 2. quibus addo Ger. Spin. con.
24. num. 26.

Sed poſtquam de intereſſe, ſiuè tertiis de-
bitis eſt meus ſermo, non inſipidè quoti-
dianam quæſtionem amplector, ſi inte-
42 reſſe, ſiue tertiæ, quas in Regno etiam
vſuras appellamus poſſint conuerti in
capitale, itaut ex tertiis, & ſorte princi-
pali fiat vnum capitale, & ex eo aliud in-
tereſſe, ſiue aliæ tertiæ percipi poſsint,
frequentiſsima eſt difficultas iſta, & va-
rias DD. ſententias repetio, de Franch.
deciſ. 254. nu. 13. & 15. mouet articulũ,
& ex Cagnol. ibi relato pro negatiua af-
fert.

Reg. Conſtant. in l. 3. C. de fiſcalib. vſur. nu.
43. lib. 10. negatiuam opinionem pro-
ſequitur, tamen aſſerit procedere in lo-
43 co, vbi Bulla eſt recepta in illis paucis,
quæ inſerere placet ad lectoris conſide-
rationem, & ſunt Hæc.

Tertiæ non ſolutæ in capitali poni non poſſint. Hoc non habet locum vbi bulla prædicta recepta non fuit, ſicut in dies in Regno practicatur inter moroſos debitores. Hoc ille.

Præ-

Petr. Ideaſ. Minad. deciſ. 17. dicit intereſſe
45 alterius intereſſe non deberi.

Paul. Staiban. conſ. 48. num. 5. teſtatur eſſe
prohibitum uſuras poſſe conuerti in ca-
46 pitale, rationem aſsignat uulgatam, vſu-
ras pro uſura nō deberi, nam ſemper no-
men vſurarum retinet.

Marius Muta tom. 5. capit. Sicil. in prag.
Regis Alfōſi n. 143. fol. mihi 107. vſuram
47 triplici modo conſiderat. 1. lucratiua 2.
damni reſtauratiua 3. comodi percepti re
compenſatiua, & in iſto tertio caſu lici-
tum eſſe, & pro ea cenſum cōſtitui affert.

Sed Marius Garb. dec. 24. n. 15. negatiuā
proſequitur, nempe quod non poſſit con
48 uerti in capitale, ea notoria ratione, quia
non datur fructus fructuum nec intereſſe
alterius intereſſe, acceſſio enim acceſſio
ni nō eſt danda Flami. Monac. ad dec.
Minad. deciſ. 17. n. 1.

Vnde in tanta opinionum varietate diſtin-
guendum eſt, aut tractatur de debitis
49 Vniuerſitatis, quorum tertiæ ſunt con-
uertendę in capitale, & tunc non licere
ſine Regio aſſenſu eſt antiquus mos, &
cōmunis practica in Regno.

Aut tractatur de debito particulari, & ſic
priuati hominis, & tunc licitum eſſe ter-
50 tias conuerti in capitali, ita vt cum illis
fiat una sors, dūmodo tempore contrac
tus numerētur illę tertię in pecunia, nec
ſufficit, ut creditor aſſerat recepiſſe, ſic
Reg. Cōſt. videtur affirmare cit. loc. n.
44. imo Mut. cit. loc. n. 144. docet cau-
telam, vt coram teſtibus pecunia nume-
51 retur creditori, quam ſecum aſportare
nōn debet, ſed ſtatim debitori conſigna-
re, & plura exempla adducit, & idem
innuere videtur, Staiban. cit. conſ. 48.
n. 5. qui credit vſuras poſſe conuerti in
capitale, quando quātitas uſurę uerè ſo-
luta fuit creditori, & poſtea per eum de-
bitori mutuata, & n. 9. aſſignat rationem,
quia ratione huius numerationis ceſſat
nomen uſurę, hanc eandem opinionem
ſequitur Reg. Rouit. prag. 1. de cenſib.
num. 10. ad fin.

Ego uero contrariū ſentio, & fretus autho-
52 ritate tex. in l. vt nullo modo C. de.
vſur. dico nullo modo vſuras pręteritas,
uel futuras in ſortem redigere, & earum
iterum uſuras ſtipulari, & ſi fuerit ſtipu-
latum uſuras ſemper uſuras manere, &
nullum uſuram aliarum incrementum
ſentire, & ſunt uerba tex. quæ generali-
ter locuntur, & generaliter debent intel
ligi imo in tex. habentur illa verba, vt
nullo modo, quæ negatiuam inportāt, &
apertiſſimè lege hoc cautum eſt, & uſu-
ras vſurarum exigere nullo modo per-
miſſum eſt etiam per leges veteres. Af-
fl. dec. 291. n. 3. neque in uno nummo
Aloyſ. de Leo ex aliis. infert in l. ut nullo
modo C. de vſur. n. 2. & Petr. de Gregor.
in tract. de cenſib. quęſt. 5. n. 38. motus
dicta l. final. dicit quòd licet de iure ciuili
aliquando permitantur vſurę, tamen
vſurę uſurarum nō permitunrur, & per
conſequens non poſſunt conuerti, vſuræ
.n. uſurarum neque partus partuū datur,
Reg. Rouit. dec. 73. n. 7.

Licet addentes ad Gregor. cit. loc. n. 252.
aſſerant ſi in primo inſtrumento adeſſet
pactum, ut pro cenſibus decurſis intelli-
gatur factum aliud inſtrumentum, aliauè
ſubiugatio, quòd tunc tale inſtrumen-
tum eſt illicitum, & vſurarium.

Inde tenet poſſe prò cēſibus decurſis fieri
aliud inſtrumentum, ſiue alia ſubiugatio,
ego autem non recedo à primęua opini-
one, quòd ſup. adduxi

Heliſaus Danza.

ADDITIO AD DECIS. LXXI.

NOn eſt opus in hac deciſ. 71. elabora-
re, materia .n. (laus Deo) non eſt fre-
quens ſed rariſſime accidit, tractat. n. de
bonis captis in bello, & de illis, quæ fue-
runt nobis ablata, inde per noſtros recu-
perata, & an ſit nobis reſtituenda, de
quo plena per Ferret. de remilit. tit. de iu
ſto, & iniuſto bello n. 217. & ſeq. quòd
Petra hic n. 15. ad bona capta à foraſci
tis & bannitis aſſimilat.

Numer. 13. ibi tanquam rebelles amitant
eorum bona, nota quòd rebelles, nedū
puniuntur, ſed confiſcantur eorū bona,
&

& ipſorum dominium, ſed etiam eorum filij ſunt incapaces, etiam exiſtente fidei commiſſo, & etiam in maioratu, Horat. Montan.uir magni nominis in eius eleganti tract. de regalib. tit. bona committentium crimen læſ.maieſt. à nu.5. ad 7. ubi quęrit, an extendatur ad filios, & nepotes, & an ad filios conceptos ante delictum.

Inſuper nota, quòd fellonia differt ab infidelitate, & infidelitas differt à rebellione, fellonia.n.eſt prodimentum, uel aliquod atrox delictum, infidelitas eſt omnis culpa commiſſa contra capitula infidelitatis, rebellio verò eſt reſiſtentia cōtra ſuū Regem, & eius imperiū in pertinentibus ad ſtatū imperij, uel contra rempublicam, vt perbellè, docet Montan.cit.loc.nu.3. & ſeq.

Sed Equites noſtri temporis in huiuſmodi laqueos non incidunt, nec crimen incurrunt; ſunt enim milites fideliter Sereniſſimo Regi inſeruientes, neque fidem fallentes, ſed mores fidelis Pōponij Romani equites imitantes, bello uacantes, ne dùm ut Regi noſtro Inuictiſſimo debitā fidelitatem oſtendant, obedientiamque demōſtrent, ſed etiam ſpe futuri præmij; inuictiſſimus enim Rex noſter munificentiſſimus eſt erga ei inſeruientes; receſſerunt enim illa tempora, inquibus Romani eorum propriis expēſis militiam exercebant uſque ad tempora Tulli Regis, quando ex decreto, à ſenatu lato, ab Vrbe condita anno 348 fuit iuſſum de publico ſtipēdium militātibus dari, ut refert Petr.Gregor. Tholoſan.ſyntag.iur. vniuerſ.part.1. lib.6.cap.6.n.4.fol.mihi 141. Hodie, & ſic priſcis temporibus nemo laborem recuſat, nec iniuſtum ſuper arma faſſem, nec æſtus Solis ardorem, nec ſub pedibus arctam hyemem, prout fortiſſimi milites obſeruabant, ut refert Ferrett. de re militar.tit.de electione.bonor.milit. n. 49 milites enim ſic ſe gerere debent, nempè ſemper in acie ſtare, & occaſionem quærere, ut reſplendeat ualor, appareat uirtus, & eniteſcat animus fortis, nō autem eſſe delicati, tenerè, ac mollè nutriti, & qui ſudores, & bellicos labores ſubſtinere non ualent; Veſpaſianus autē Auguſtus uidens quendam militē inexpertum, non docilem, data ſibi pecunia, amouit; & ut ad propria reuerteretur, dimiſit, aſſerens exercitum conſeruari uirtute militum expertorum, & proinde dicitur miles nō ab eo, quia de mille, unus eligitur, ut eſt commune adagium; ſed à malo, quia multa mala patitur prò Republica, debēt enim eſſe aſſueti quieſcere humo, etiam ſine palea, & ſtramine, quę non in loco haberi poteſt, & huiuſmodi ſe exercentes, nedùm per gloriam viuere cenſentur l.1.cod. de re militar. Verum etiam prę mium à rege recipiūt, ſtipendium conſequuntur, & proficiunt, nedùm ipſis, qui eorum uita, uti glorioſi in bello reputantur, uerùm etiam eorum fama memoratur, & mente conſeruatur in ſucceſſionibus, & poſteris, prout PYRRO de Illuſtri, & Nobiliſſima Familia de SCAGLIONE Neapolitana deſcēdens, ex Regibus Normādis, ut refert D.Ferdin. della Marra in eius tractatu nuncupato, l'Armi nobili del Marra, nuper in lucem edito, fol.mihi 380. iter. fol. 342.

Cui ab Excellentiſſ. Domino Duce Medinę Regni Prorege imperitus fauores fuere, & delati honores, uti de familia dę SCAGLIONE virtute ordinis inter ſcribendum ad meas manus peruēti, tenorem cuius inferendum arbitror, ut nobilitas eius familię eniteſcat v3.

Don Franceſco Concoblet Marcheſe d'Arena del Conſeglio di ſua Maeſtà et ſuo Secretario di Rattione in queſto Regno.

Alfiere, Contadore, & Soldati della Compagnia di gente d'arme dell'Illuſtre Duca de Caiuano in queſto Reggio Officio de Eſcriuano de Ratione è ſtato preſentato Mādato di S. E. del tenor ſeguente v3. Illuſt. Marquez de Arena del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu eſcriuano de Racion en eſte Reyno. Señor ha preſentado la Relacion del tenor ſiguiēte Eccell, Señor per obedecer à V. E. en lo que me manda en lo encluſo memorial de PIRRO ESCAGLIO N para que le haga relaciō de los ſeruicios de ſu Caſa, digo que hauiendo viſto, y reconoçido los

pa:

papeles neceſſarios alo que de quinientos, y mas años à eſta parte deſde el tiempo de los primeros Reyes deſte Reyno, de cuya Sangre deſciende la Caſa ESCALLON cõforme cõſta por los dichos papeles y por hiſtorias los Caualleros della han ocupado pueſtos no ſolamente grandes, pero ſupremos como ſe vee en las perſonas del Conde Rodoperto y Herrigo eſtrechos deudos del Reÿ Rogerio, eſte en el año 1129. Capitan general y en el otro en el 1141. Condeſtable del Reyno Cargo que en a quel tiempo comprehendia el mando de toda la milicia y eſercito. Deſpues en tiempo del Rey Guiglelmo en el año 1187. por el ſoccorro dela Tierra Santa quattro Caualleros Eſcallones contribuyeron con muchos Soldados de a cauallo como Barones del Reyno y vno dellos que fue Goffredo quiſo tambien yr de perſona y ſeruir en a quella famoſa guerra y de bayo el Emperador Fedrique el ſegundo en el año 1228. Rugerio Eſcallon fue Iuſticiario del y en tiempo de los Reyes ſucceſſores ſe vee, que de tanto en tanto occuparon eſtos Caualleros pueſtos ſeñalados de guerra y gouernaron muchas Prouincias y continuando los ſeruicios en el año 1396. en tiempo del Rey Lois ſegundo. Franciſco Eſcallon Señor del Contado de Mortoran y de otros eſtados fue Mareſal del Reyno y en la inſtitucion que en tiempo del Rey Ladislao, ſe hizo de la Caualleria ordinaria de hombres de Armas que fue la primera en eſte reyno entre los primeros Capitanes va ſeñalado Berardo Eſcallon al qual e nel año 1413. deſpues dela preſa de Roma quedo con ſu Caualleria por el miſmo Rey en la Cuſtodia de la Ciudad de Veletri y antes del en el año 1404. Pauilo Seneſcal del dicho Rey exercitio el cargo de General dela Caualleria pueſto que hauia ocupado Venſilao Sanſeuerino Duque de Tricarico y de Venoſa y aſſi deſpues del año 1497. muy ſeñaladamente defendio ſu Caſtillo, y Ciudad de Martoran para mantenerle à deuocion del Rey D. Fedrique, en el qual tiempo Luis Eſcallon fue Conſejero de Stado, y accudio con mucho ſu gaſto en todas ſus guerras al dicho Rey a quien Iuan Eſcallon ſoccorrio con ſus dineros. Han ſeruido tanbien los Caualleros deſta Caſa de Ambaxadores de Reyes à Pontifices, otros Principes y diuerſos otros cargos muy ſeñalados aſſi de guerra como de paz, como ſe vee en los dichos papeles. que yo por breuedad dexo de referir à V. E. deſtintamẽte digo ſolamẽte, que en cõſideracion dellos puede V. E. no ſolo diſpẽſar alos dichos ſeruitios però azerle qualquier merced en pueſtos ſeñalados mereciẽdo eſte Cauallero por ſus partes, y habilidad. V. E. mãdarà lo que mas fuere ſeruido guarde Dios la perſona de V. E. como ſus creados deſſeamos. Napoles 11. de Agoſto 1642. Illuſtriſſ. y Excelentiſſ. Señor beſa las manos de V. E. Muy humilde criado. El Duque de Marianela, y hauiendo cõſideracion à los ſeruicios del dicho Pyrro Eſcallon referidos en la dicha relacion Hemos tenido por bien, que ſe le aſſenta la plaza de Teniente dela Compañia de Hombres de Armas del Duque de Cayuano D. FRANCISCO BARIL aunque no tenga los ſeruicios neceſſarios hechos en la Caualleria preſentando nombramento ſuyo, conforme al ſolito, y aſſi dareys orden que ſe enquiſe tomando la razon la Rueda de quentas de lo que le toca. Napol. a 20. de Agoſto 1642. El Duque de Medina de las Torres, y de Sabioneta, Prencipe de Stigliano. Geronimo de la Torre Hà pagado moreno en caſſ. 1. fol. 7. al quale ſi conſerua in queſto Regio officio de Scriuano de Ratione per tanto ve dicemo, che lo debbiate riceuere, e trattare conforme il ſuo carico di Luogotenente di detta Compagnia, & al Contatore li facci prouedere di ſtanza, e d'ogni altra coſa neceſſaria, conforme il ſuo carico, in conformità della patente di queſto Regio officio, tenendo conto del ſuo ſeruidore, arme, e cauallo, li preſentarà, & del tutto ne debbia dar conto à queſto Regio officio per indennità della regia corte. Data in Napoli nella Regia Scriuania di Ratione à 1 di Settembre 1642. Franceſco Filingiero, Caparello. In literarum 9. fol 35

All' Alfiero, Contatore, e Soldati della compagnia de gente d'arme dell' Illuſtre DVCA DI CAIVANO, che riceuano per Luogotenente di detta Compagnia PIRRO SCAGLIONE aſſentato in virtù del ſu-

detto

detto mandato di S.E. conforme vt ſupra.

Cuncta meretur, & uidetur alter Pyrrhus Rex Epyrotarum, de quo Ferret. citat. tractat. de re militar. tit. 1. n. 23. hęc uerba ſcripta reliquit.

Pyrrhus Rex Epyrotarum doctus fuit, & excellens in uita ſua, & in diſciplina militari placidus, & humanus, promptus, & liberalis ad recognoſcenda beneficia, morigeratus, & virtuoſus fuit, & ferociſſimus armis, & nuper exercet cum pietate munus locumtenentis militię Equeſtris Illuſtriſſ. D. FRANCISCI de Nobiliſſima Familia de BARRILE, cuius partes antiquitatem nobilitatemque non eſt ſcriptor, qui non extollat, & generali applauſu collaudatur, vnde Familię qualitates non repeto verum animi dotes non omitto fidei candorem ingenii liberalitatem in bellicis prudentiam, & in pace Religionem & eius expoſcentibus meritis per honorificũ munus Regii ſecretarii in Regno pro Captolica Maieſtate cõſtanter exercet.

Petr. hic n. 5. extollendo venatores expertiſſimos in ſua Terra Vaſti Gerardi tangit articulum venationis, cuius materiam latè dixi ſupra dec. 67. n. 57.

Petr. hic. n. 19. negat damnatum ad mortẽ poſſe ducere meretricem in uxorem ex Clar. & Silu. Nupt. & aſſerit contrarium ſeruari in Hiſpania ex Par. de put. ibi citato, tu vide dicta per me in tom. 1. de pugn doct. tit. de official. in gener. cap. 11. n. 58. & 60.

Petra hic n. 26. tangit articulum inter legiſta, an compaternitas contrahatur per procuratorem, ita vt contrahatur cognatio ſpiritualis, tu uerò ſcias, quod licet de iure antiquo, & canonico non contrahebatur cognatio ſpiritualis ex baptiſmo per procuratorem, uel nuntium cũ ſpeciali mandato deputatũ ad baptizandum, tamen hodie contrahitur cognatio ſpiritualis cum ipſo principali, qui procuratorem, uel Nuntium conſtituit, nõ autem cum ipſo procuratore conſtituto, ut referr *Barboſ.* ad Sac. conſ. Trident. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 2. n. 26. cõtra opininem contrarium aſſerentium quos ibidem adducit n. 27. tu uerò vide quę nouiſſimę, docteque ad materiam adducit Megal. In promtopt. moral. verbo cognatio ſpiritualis. n. 5.

ADDIT. AD DECIS. LXXII.

SVMMARIVM.

Malum omni malo malum habere mulierem malam, n. 1.

Habitare cum muliere mala, melius eſt habitare in terra deſerta, num. 2.

Mulierem bonam habere eſt ſummo bono frui num. 3.

Mulieres antiquitus contentabantur vno matrimonio, & coronabantur corona pudicitię, num. 4

Falſæ moneta crimen quilibet tenetur denunciare, & ſi non probauit excuſatur, num. 5.

Vxor non tenetur prodere virum, nu. 6.

Et ſi quis tractauerit contra Principem. ibid.

Confeſſus, & conuictus in crimine falſæ monetæ an appellet, nu. 8.

Quid in condemnato pro falſa moneta, an poſſit appellare. nu. 9.

Quid in alijs delictis. nu. 10.

In confeſſo an requiratur perſeuerantia. num. 11.

M*Vlier bona pars bona, qui inuenit mulierem bonam, bonum inuenit, Prouerb. cap 18. nu. 22.*

O malum omni malo peius habere mulierẽ malam; febris peſtifera continua, & quotidianum ſtimulum, & tormentum mariti eſt, ſi enim iniuriam patitur inſanit: ſi honorem accipit extollitur, ſi potentis vxor ſit, non ceſſat nocte, ac die callidis ſtimulare ſermonibus blanditur nequiter, & quod vult importuna violẽter rapit: ſi pauperem habet uirum, ipſum ad iracundias, & rixas incitare non deſinit, & ad omnem audaciam ſuperbiæ inflatur timor Dei, non refrenat linguam ſuam, nec irata futurum iudicium proſpicit, nec ad *Deum* attendit, vnde con-

conferunt prolata verba; O malum omni malo peius, habere mulierem malam, ſic Beatus Chryſoſt. in ſermone de Decollat. Io. Baptiſt. melius eſt enim ſedere in pinna tecti, quàm cum muliere
2 litigioſa, & mala, quæ partem ædium habet, immò melius eſt habitare in terra deſerta, quam cum muliere rixoſa, & iracunda. Prouerb. cap. 21. vndè Philoſoph. ille ab eo marito, qui vxorem amiſerat, incitatus reſpondit, ſi vxorem amiſiſti, libertatem inueniſti, cælibarum, pacem, ſomnum, requiem iam tranquillam, ſine litigio noctem, & ſi ſine vxore viuis, ſine aduerſario reſpiras, & pro indè, qui malam habuit vxorem, timeat ſimilem, qui verò bonam, ſimilem non ſperet, & ſubdidit. Ego verò tanto prætio dolorem non emo; ſtultum eſt enim emere prætio, cui dolor ſuccedit, Aſcen. ad Boet. de diſciplin. ſcol. cap. 2. litt. D. fol. mihi 100. Vnde repeto verba. O malum malo peius habere vxorem malam & væ marito, cuius ſors cadit ſuper mulierem malam, dico malam, nempè moribus domeſticis, vel litigioſam, rixoſam, ſiuè iracundam, vel murmuratricem, & ea, quæ ſuo ſtatu non contentatur, omne malum ab ea marito prouenit, & multoties culpoſum maritum reddit vociferando heû me miſeram, cecidi in ſortem habere virum fortem, & iudicat potius expedire eo carere, vt refert Muta tom. 3. cap. Sicil. capit. 25. num. 11. & nimirum ſi dicitur mulierem eſſe quotidianum damnum, mariti confuſionem, eiuſque naufragium, animal peſſimum, beſtiam inſtabilem, venenum aſpidum inſanabile, indeſinentem pugnam, pernicioſum prælium, rarò marito victoriam, pondus grauiſſium, ſolitudinis impedimentum, continuam ſollicitudinem, humanũ, domeſticũq; mancipium, vt refert Viu. dec. 246. n. 5. Immò Ciazz. conſ. 1. nu. 31. adducit alfabetum, quem videndum cura ex B. Antonino ibi relato.

Bonam verò mulierem habere eſt ſummo bono in terra frui; Adſunt mulieres for-
3 tes, prudentes, ſagaces, placidæ viris, caræ propinquis, gratæ Ciuitatibus, à populis laudatæ, & ab omnibus benemeritæ, & dilectæ viris, prout fuit Cornelia Annia, quæ ſicuti amata uiro in uita fuit, ſic in morte ſe dem onſtrare voluit, quæ viuam cum ſuo uiro mortuo in ſepulturam ſepelliri iuſſit, & legauit, ut Plutoni, & proſerpinæ ſupra arcam ſacrificia fierent, roſiſque inde ornaretur, ut refert Lauor. uar. lucubrat. tit. de his, quæ fieri ſolebant, dum ad forum peruenerant, n. 26. fol. 109. ut dixi ſupra deciſ. 52. nu. 7.

Et ſi maritum amittunt, non alium quærunt & maximam laudem continentiæ con-
4 ſecuntur, mulier enim, quæ antiquitus uno matrimonio contenta erat, coronabatur corona pudicitiæ, Liuio. cit. de comitiis calatis, cap. 2. num 37.

Vndè miſereor ſuper D. tium Piſciotta in præſenti deciſ. 72. relatum, cuius malæ ſors cecidit ſuper eum in capiendo iſtam mulierem ei rebellem, & inimicam, quæ reuelauit delictum patrarum per maritũ, & eum reduxit ad vltimum ſupplicium, vt tetigi in meo primo tomo de pugna doctorum tit. de fall. monet. cap. primo num. 156. & licet quilibet tenetur denunciare hoc crimen falſæ monetæ, cum exceptuarum ſit: & excuſatur ſi non pro-
5 bauit, nec calumniator dicitur, M noc. de arbit. iudic. con. 321. n. 27. vt dixi cit. tit. de falſ. monet. n. 165. ramen fallit in vxore, quæ non tenetur viri ſi prodere, & reuelare, vt dixi ibid. n. 155. verũ ſi maritus tractauerit cõtra Principẽ eſt videndus Farinac. quæſt. 51. num. 81. & quid
6 ſi ſciuerit tractatum contra maritum, Farinacc. citat. loc. numer. 36. & 37. illa enim fuit bona mulier, quam refert Anton. Faber. decil. 3. tit. de falſ. quæ ſciens maritum cudentem falſam monetam, voluit potius pænam pati, quam reuelare, ò fœlix, ò fœlix bis dico, illa mulier, & è contra Detius Piſciotta depoſitione infœlicis vxoris ſuæ delictum publicantis fuit vltimo ſupplicio condẽnatus, vt in pñti deciſ. de qua de plurib. eſſet tractandũ; primò de falſa moneta; ſecundò an confeſſus, & conuictus poſſit appellare: tertiò an in confeſſo requiratur perſeuerantia.

Quoad primum de falſa moneta eſſet con-
gruum, immò neceſſarium diſſerere hic,
7 ut promiſi deciſ. 2. num. 29. & deſerui-
ret etiam infra deciſ. 74. quæ ſimiliter
de falſa moneta tractat, licet ibi in actu
non conſummato, verũ quia poſt ibi pro-
miſſionem edidi titulum ſeparatum in
meo primo tomo de falſa moneta, ubi
plura ad ſaturitatem reperies, ibi te re-
mitto, & hic pertranſeo, & poſt ibi ad-
do de Angel. ad Foller. pract. criminal.
titul. capiat informationem, numer. 30.
Montan. in tract. de regalib. tit. mone-
tæ, per tot.

Quoad ſecũdum, & ſic an confeſſus, & con-
uictus appellare ualeat, ut Auth. hic nu.
8 1. & 5. diſcutit, de quo parum tetigi in
eod. tomo primo, tit. de falſa moner. in
cap. 1. num 147. & ſeqq. & poſt ibi ſcri-
9 pta adde Nouar. pragmat. prima de mo-
net. in fine, & an condemnatus pro falſa
moneta poſſit appellare, latè de Franch.
deciſ. 351. Nouar. citat. loco, Peguer.
dec 85.

Et in aliis delictis an confeſſus, & conuictus
10 admittatur in appellatione, & quomo-
do, & in quibus caſibus, dixi in meo 2.
tom. tit. de Homicid. cap. 5. num. 9. & 10.
& 15. & iterum latè materiam tractaui
in titul. de confeſſ. cap. 7. quem vide to-
mo 3.

Quoad tertium, an confeſſio requiratur per
ſeuerantia, vel poſſit reuocari, vt Auth.
11 hic numer. 2. & 3. quem articulum latè
dilucidaui in cap. 1. de confeſſ. & con-
feſſione.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXIII.

SVMMARIVM.

Hæredes mortem teſtatoris optant num. 1.
Primum teſtamentum, an cenſeatur reuoca-tum per ſecundum. a nu. 3. & ad 8.
Diſtingue per auth. nu. 9. & 10.
Clauſula poſita per Notarium, caſſans, &c. omnia alia teſtamenta, & quod hæc ſit vltima voluntas, quid operetur. nu 7.
Teſtamentorũ genera tria erant apud Romanos, & in monumentis integra ſcribebantur nu. 11. & 12.
Legatum ex cauſa remunerationis ſeruitiorũ, an dicatur pium. nu. 13.
Mortis in articulo exiſtent, an cenſeatur legaſſe importunitate propinquorum. numer. 14.
Verba teſtatoris, ex quibus declarantur. num. 15.
Sollicitator cauſæ, an admittatur in teſtem. num. 16.
Vxor pro marito, & è contra, an admittatur in teſtem. nu. 18.
Mulieres recipiuntur ad defenſam reorum. num. 19.
Teſtes in teſtamento quare requiruntur. num. 20.
Teſtator cenſetur ſe conformare cum iure communi, & ſtatuto, & ſtilu illius Prouinciæ. num. 21.
Teſtes producti ad probandum articulata verba teſtatoris debent eſſe conteſta. num. 22.
Codicilli ad nutum fiunt, nu. 23.
Prohibens teſtari, qua pœna punitur, & quæ concurrere debent, nu. 24.
Compellens teſtari, an puniatur, & qua pœna. num 25.
Notario aſſerenti teſtatorem eſſe ſanæ mentis, an credatur, nu. 26.

VBi *teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, teſtamentum enim mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt Paul. Apoſt. ad Hebræos, cap. 9. num. 16. & ſeq.*

Senec. lib. 4. de benefic. cap. 2. num. 98. dicit, quòd, qui facturus eſt teſtamentum, cui de hæreditate, aut de legato vacat cogitare, & in lib. 6. eodem tit. de benefic. num. 272. & ſeq. dicit quandoque captatores teſtamentorum mortes optant, inde numer. 278. dicit, quòd optant non tantum, vt accipiant, quod turpi ſeruitute meruerunt.

Quaſi

Quaſi dicat, quòd hæredes mortem deſi-
2 derant teſtatoris, & quandoque accelerant, teſtamentum enim non eſt, niſi mors teſtatoris ſequatur, & poſt teſtamentum oriuntur contentiones inter ſuccedentes, ut in præſenti dec. 73. in qua diſcutitur illa frequens, & apud omnes uentilata difficultas, an per ſecundum teſtamentum tollatur primum, ita ut per ſecundam diſpoſitionem cenſeatur reuo-
3 cata prima facta per teſtatorem; & *Auth.* hic num. 3. aſſerat ſecundam diſpoſitionem non eſſe ſufficientem pro reuocatione præcedentis, & duplex opinio affertur, prima ex regula, quod ſecundum tollit primum, & dicitur eſſe primum, Reg. Valenz. conſ. 135. num. 59. tom. 2. ſemper enim ſecundum tollit primum, etiam ſi in primo ſit cauſa pia inſtituta, Reg. Rouir. deciſ. 56. num. 3 & 16. diſpoſitiones enim hominum ſunt reuocabiles, & ambulatoria voluntas vſque ad extremum vitæ ſpiritum, vulgatis iuribus,
4 ſemper in primo cenſetur eſſe conditionem, ſi aliud non ſequatur, & illud vltimum iudicatur validum, Regen. Valenzuel. conſ. 138. à numer. 2. ad 7. tom. 2. nec poteſt contrarium fieri, nec admitti, vt voluntas hominis, quæ in teſtando libera eſt, non fiat ambulatoria, ſiuè mutabilis, *Reg. Rouir.* cit. deciſ. 56. numer. quinto.

Alii dixerunt, vt ſi teſtator promiſerat in primo cum iuramento non reuocare,
6 licet hæc promiſſio ſit contra bonos mores, tamen ex cauſa iuramento teſtator efficitur periurus, Scacc. de ſent. & re iudic. gloſ. ſeptima quæſtio tertia, limitation. 4. numer. 46. 47. 67. 68. & ſub. num. 75.

Alii affirmant, vt ſi in ſecundo adſit reuocatio, prout ſolent Notarii dicere
7 reuocando omnia teſtamenta, & qualcunque alias diſpoſitiones hucuſque factas, & factas, & quod hæc ſit ſua vltima uoluntas, ex quibus uerbis inducitur manifeſta reuocatio, & colligitur certitudo uoluntatis teſtatoris, ut aſſert Reg. Rouit. cit. dec. 56. nu. 10. & 12. quod ex his cenſeatur prius reuocatum.

Adſunt alii tenentes primum non eſſe reuocatum per ſecundum, ſi decennium
8 interceſſerit à die primi teſtamenti, pro ut ego dixi in meo primo tom. titul. de legat. piis, cap. 5. num. 25. & poſt ibi adducta addo Mantic. de coniectur. ultim. uolunt. lib. 6. titul. 3. num. 53. Reg. Galeot. tom. 1. controuer. iur. controuerſ. 34. num. 7. & iterum controuerſ. 38. nu. 17. ad med. vide eumdem controuerſ. 35. num. decimotertio, eodem tomo primo.

Ego verò in tãta opinionũ varietate diſtinguendum eſſe arbitror, quod aut ſumus
9 in diſpoſitionibus ordinariis, & vltimis voluntatibus teſtatoris, & tunc procedũt iura adducta affirmatiua primam diſpoſitionem cenſeri reuocatam per ſecũdam etiam ſi in ſecunda non fiat mentio de prima, Conſiliar. Theod. alleg. 70. n. 3. Reg. Valenzuel. cit. conſ. 138. num. 7. tom. 2.

Aut verò ſumus in teſtamentis, & diſpoſitionibus continentibus legata pia, &
10 tunc illa legata pia appoſita in primo nõ cenſentur reuocata per ſecundum, niſi ſpecialis, & expreſſa derogatio eſſet facta in ſecundo, ut plenius dixi in dicto meo 1. tom. tit. de legat. piis, cap. 5. à n. 18. ad 24. & poſt ibi ſcripta addo Reg. Rouit. dec. 59. cuius authoritate ſic dicebam in cauſa Marc. Aurelii Conte S. Angeli ad Cancellas, qui per prius legauerat quendam fundum ad beneficium Cappellæ ſuę patrię cum onere celebrationis Miſſarum, inde fundum vendidit IoſephoCarola, & expreſſè priorem diſpoſitionem piam reuocauit.

Reliqua circa legata pia recurre ad dicta per me in eod. 1. tom. tit. de legat. piis per tot.

Et quòd teſtamentum, de quo Auth. hic
11 plures mentionem facit, eſt notandum, quod apud Romanos tria genera teſtamentorum erãt in vſu Iul. Lauor. var. lucubrat. tit. de comit. cap. 2. nu. 5. & an-
12 tiquitus ſcribebantur in monumẽtis integra teſtamenta, Lauor. tit. de titul. & inſcr. cap. 18. n. 18. qui Romę ſic videri in multis lapidibus aſſerit.

Author in princip. & num. 12. ibi in remu-
nerationem ſeruitiorum. An legatum
13 factum alicui ex cauſa remunerationis
ſeruitiorũ dicatur pium, vide in 1. to. tit.
de legat. piis cap. 2. num. 17. vbi habes,
an dicatur pium legatum factum puellæ
diuiti, vel conſanguineæ.

Author num. 4. ibi in extremis laborat im-
portunatus, an confeſſio facta ab exiſtẽ-
te in mortis articulo cenſeatur facta im-
14 portunitate propinquorũ, vide quę ego
dixi in meo 2. tom. de pugn. Doct. titul.
de condemnatis pro delictis, cap. 3. ver-
bo, in primo caſu, & poſt ibi dicta Fari-
nacc. quæſt. 161. nu. 61.

Author n. 13. ibi, verba apetiunt, nota quòd
teſtatoris voluntas declaratur ex iis, quæ
15 teſtator in vita ſolitus erat dicere, Reg.
Valenzuel. conſil. 103. num. 16. tom. 2.
imò ex ſcripturis declaratur eius inten-
tentio, Reg. de Pont. deciſ. 40. nu. 29.

Auth. num. 16. ibi, ſollicitatore, nota, quòd
ſollicitator cauſæ non admittatur in te-
16 ſtem, Roman. conſ. 420. *Alex.* conſ. 153.
col. 2. lib. 5. *Menoch.* de arbitr. iudic. q.
73. num. 6. Guttier. conſ. 39. num. 5. Viu.
deciſ. 171.

Auth. num. 18. ibi, in quo habet intereſſe,
adde Farinacc. quæſt. 60. num. 4. & ſeq.
17 vbi etiam ſi intereſſe ſit ſecundarium
non probat, Viu. deciſ. 179. Caualcan.
de brach. reg. tit. de qualitat. teſt. part. 1.
num. 95. & ſequen. & ſic ego dicebam in
cauſa Vincentii Ferrarii terræ Atripal-
dæ.

Auth. num. 19. ibi, mulier ratione affectio-
nis pro marito teſtificari non poteſt, & è
18 contra, an maritus pro muliere, vel cõ-
tra mulierem admittatur in teſtem, pro
vtroque caſu vide Farinacc. quæſt. 59.
num. 15. de teſtibus. & præfertur homi-
nibus examinatis ad fauorem fiſci, Bal-
19 dax. de Angelis ad Foller. pract. crim.
tit. recipiantur defenſiones reorum, nu.
44. & maior fides præſtatur teſtibus de-
ponentibus pro reo, & ſic ad defenſam,
quã pro fiſco, & ſic ad offenſam. Anton.
Perez conſ. 20. n. 20. vide quæ dixi ſup.
deciſ. 34. nu. 58.

Auth. num. 20. adde quòd teſtes in teſta-
mento requiruntur ad tollendam ſuſpi-
20 ctionem teſtium vltrò ſe offerentium, &
ad cognoſcendum deliberatum animum
teſtatoris Theodor. alleg. 12. num. 7. In
Hiſpania verò in teſtamento nuncupati-
uo ſufficiũt tabellio, & tres teſtes, Reg.
Velenzuel. conſ. 124. num. 12. vol. 2. &
in Regnis Caſtellæ ſubſtinetur abſque
hæredes ſubſtitutione, idem Valenzuel.
conſ. 138. nu. 32. vol. 2.

Auth. num. 22. ibi, ſe cum iure communi
confirmare, dicas tu quod cenſetur te-
ſtator ſe cum iure communi confirmare,
21 conſil. Theodor. allegat. 38. num. 28. R.
Galeot. tom. 2. controuerſ. iur. controu.
60. num. 2. & multo magis ſtatuto, &
conſuetudinini Galeott. ibid. immò cum
ſtilo communi, & vulgari ſenſu illius pro
uinciæ, Reg. Valenzuel. conſ. 162. nu. 2.
tom. 2. quod tu amplia procedere, etiam
ſi oporteret recedere à propria ſignifi-
catione verborum, Mantic. de tacit. &
ambig. coniect. lib. 11. tit. 13. nu. 15.

Auth. n. 28. ibi (non intellexerunt,) nota
quod teſtes qui producũtur ad proban-
22 dum articulata verba teſtatoris, vel cõ-
trahentis, debent eſſe conteſtes in ea-
dem ſtructura verborum, exemplum, ſi
unus depoſuerit audiſſe teſtatorem di-
centem inſtituo meum hęredem *Me-
uium*, alter verò deponat audiuiſſe teſta-
torem dicentem Meuium meum hęre-
dem inſtituo, quod iſti teſtes ſunt ſingu-
laies ſingularitate obſtatiua. Ant. de
Butr. in cap. nihil. de verb. ſignificat,
ſunt enim deponenda per teſtes forma-
lia verba dicta à teſtatore, nec ſufficit di-
cere eos eſſe concordes in facto princi-
pali, quod tu intellige, quando pats vult
ſe conſtringere ad formalitatem verbo-
rum, vide Reg. de Pont. conſ. 61. n. 1. 2. &
3. Matant, coſ. 47. n. 1. & ſeq.

Auth. n. 35. ibi (ſolo nutu codicilli tenent)
23 ſcias, quod hec propoſito cum diſtintio
ne eſt intelligenda, nempe ut fiat ab eo,
qui teſtari non prohibetur, Mant. de cõ-
iect. ult. volũt. lib. 6. tit. 4. n. 1. & ſeq. qui
dicit codicillos nutu ſine diſtintione fie-
ri non poſſe

Petra hic n. 9. aſſerit contra prohibentem

24 te-

24 teſtari, iurari in litẽ, tu adde, quod prohibeas teſtari punitur pęna falſi, duobus tamen concurrentibus, primo, vt defunctus teſtari velit ſecundò ut prohibeatur ab eo, cui hæreditas defertur, vel auferetur, Clar. S. falſum verſ. prohibens, tu vero vide Farinac. quæſt. 161. per tot.

Et e contra compellens aliquem ad teſtandum punitur Clar. queſt. 83. n. 5. vbi ſi metus ſine violentia adfuerit, punitur ar 25 bitrio iudicis, ſi verò violentia cum armis, pœna l. Iuliæ de vipriuata Ricc. collect. 392 tu verò dicas quod hoc delictũ publicum indicatur; & pro inde ſiue cũ armis, ſiue ſine armis fuerit compulſio ad teſtandum, punitur compellens criminaliter arbitrio Iudicis, vis enim publica, & priuata arbitraria eſt, ut refert Farinacc. cit. quæſt. 161. n. 5. & ſeq.

Mari hic n. 8. & 9. quęrit, an credatur Nota 26 rio aſſerenti teſtatorem eſſe ſanæ mẽtis, tu dicas, non credi Notario hoc aſſerenti Mart. quem *Mari* non adducit. de ſucceſſ. legal. tom. 4. quæſt. 1. verſ. 2. n. 4.

Heliſęus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXIV.

De pertinentibus ad hanc deciſionem 74. de falſ. momet. vide quę dixi ſupra deciſ. 72. quæ huic etiam applicantur, & deſeruiunt.

Auth. n. 17. ibi (venenum ſumens) promiſi ſupra deciſ. 2. tractare de veneno in hac deciſ. 84. verum ex eo, quia memoria hominis eſt ambulatoria poſt illa promiſſa, titulum ſeparatum, & amplum de veneno imprimendum curaui in meo 2. tom. hic omitto, & recurre.

Auth. n. 14. ibi [crimen adulterij atrociſſimum] uide quæ dixi ſupra dec. 38. n. 11. & quæ de adulterio latè enarraui in meo tom. 2. tit. de adulter.

Auth. n. 18. ibi [de crimine falſi] idem dixit. Auth. ſuper deciſ. 2. n. 28.

Auth. n. 20. idem dixit *Auth.* ſuper dec. 27. num. 3.

Auth. n. 24. adde Menocch. de arbitr. caſ. 316. n. 23. *Heliſæus Danza.*

ADDIT. AD DECIS. LXXV.

Non indiget hęc deciſio 75. alio ornatu, eſt n. clara, & omnibus vulgata illa regula, quod inuitus quis cogitur vendere pro amplianda Eccleſia contra tex. in l. nec emere, C. de iur. deliber. vt in præſenti decſione fuit diſcuſſum, in qua Petra pauca, *Mari* multa adduxit

Tantum dicam, quod Petra hic n. 2 infert, vt animalia poſſint capi pro executione Iuſtitię, quod ego latius in meo 1. tom. tit. de official. in gener. cap. 11. à n. 50. ad 54.

Petra hic n. 7. [ſalaria meſſorum] poſſe petentem taxari, & reduci ad iuſtum, & ſolitum, ego dixi in eod. 1. tom. tit. de ſalar. cap. 3. n. 13. & 14. in nou. impreſſ. vbi adduxi ordinem D. Cardinalis Gran Vela olim Proregis huius Regni.

Et occaſione ſumpta quæritur, an creditor in ſatisfationem ſui crediti teneatur reci pere à ſuo debitore bona inſolutũ oblata, & licet poſſet prima fronte opinio affirmatiua amplecti, nedùm diſpoſitione, auth. hoc niſi, C. de ſolution. pro parte debitoris, verùm etiam diſpoſitione l. à diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudic. ſecundum cuius authentic. diſpoſitionẽ fuiſſe deciſum in illo Senatu, refert Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 64. num. 1. & 10. & ad fin. de qua loquitur Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 2.

Verùm ſi huius auth. diſpoſitionem ſequi velimus, eſt intelligendum cum qualitatibus in tex. poſitis, & alijs ſeptem requiſitis concurrentibus, vt per *Amendol.* ad Franch. dec. 81. num. 1. & ſignanter infraſcriptis, &

Primò habere locum creditore terrente, & machinante emere uolentes ne emptor inueniatur, Rouit. con. 18. num. 12. tom. primo.

Secundò, authent. Hoc niſi habet locum in legatariis, non autem creditoribus, de Franch. dec. 83. ad fin.

Tertiò, Quatenus creditor cogeretur bona inſolutum recipere, deberet eligere bona

na

na forte meliora, Minad. deciſum refert dec.2.ad fin.Capic.deciſ.42.n.5.

Verum nè videar illationibus,ſiue argumẽtis articulũ reſoluere,cõcluſiuè loquendo indiſtinctè hodie in Regno non cogitur creditor ad huiuſmodi receptionem bonorum inſolutum ſuorum debitorum, & in caſu creditorũ Comitis Loreti,pro quo ſcripſit Conſiliar. Paſcal.& eius allegationes ſubſcripſerunt famoſi legum interpretes Hypolitus vardius, Franciſcus Viuius & Alexander Trenta cinque ut ipſe Paſcalis fatetur. & eſt videre in eius tract.de Patr.poteſt.par.2. cap.2. à n.75.ad 78. in fin. tamen quicquid Paſcalis, & eius ſequaces ſcripſerint,iunctis tribus aulis fuit deciſum,creditores non teneri ad recipiendum in ſolutum bona ſuorum debitorum, etiam ſi nullus emptor inueniatur, ut refert, & deciſionem adducit Reg.Rouit.conſ.18.tom.1.qui fatetur in fine conſilii, nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe in tribunalibus opinionem contrariam uſu receptam, ſed quotidie ad inſtantiam creditorum bona exponi Venalia,& de prætio ſatiſfieri creditoribus,& ante Rouitũ dixerant de Franch. deciſ. 83. & poſt Rouit. ſecuntur Mar. Giurb.decis. 53. n.9. D. Franc. Caſtill. dec.7. num. 8. Flamin. Monac. ad Minad.deciſ.2.num.14.ver.actamen,quod amplia procedere etiam contra hęredes cum beneficio l. & Inuentarii, ut refert Franch.cit.decis.& nouiſſimè nõ teneri creditorem recipere huiuſmodi bona in ſolutum dota,nec cẽſuarios ſi vellet rem cenſui ſubiectam relaxare,vel inſolutum dare ex multis refert Galter.de liq.inſtr. tit. an facta liquidatione.n.4 & 5.

In tantum exiſtente deciſione tribus aulis iunctis non eſt amplius curandnm,& in diſtinctè iudicandum eſt nõ teneri Victoriam Catarozzo, & Bartolomeum de Euoli coniuges creditores recipere bona inſolutum per Franciſcum Perillo oblata ex allegatis,ex quibus concluditur tertias currere, & deberi, donec actualis ſolutio ſequatur.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXVI.

SVMMARIVM.

*Fraus quid ſit,num.*1.

Quibus modis committatur ,n. 2.

Contractus ut dicatur ſimulatus,quæ requirantur,n. 3. & 4.

Pretij modicitas in pacto de retrouendendo, quæ dicatur ,n. 5.

*Simulatio quid ſit, & an differat à diſſimulatione,n.*6. & 7.

Inſtrumentum ſimulatum quando dicatur ; numer. 9.

*Inſtrumentum falſum quando dicatur falſum numer.*8. & 12.

*Inſtrumentum ſimulatum, an dicatur Inſtrumentum, & quomodo n.*10.

In contractu ſimulato agitur ciuiliter,& criminaliter, num. 11.

Decretum Iudicis, an purget exceptionem ſimulationis,& quæ concurrere debent num. 13.14.& 15.

*Exceptio ſimulationis poteſt apponi etiam poſt concluſum in cauſa n.*12.

An poſſit opponi quando vnus contractus eſſet tranſlatus in alium , & quomodo numer. 16.& 17.

An poſſit renunciari huic exceptioni numer. 18. & 19.

*Poteſt allegari per hæredem n.*20.

*Quid ſi extra ſtatutum illam prohibens n.*21

*Clauſula poſita in contractu,omnia,& ſingula eſſe vera cum promiſſione non petendi abſolutionem à iuramento quid operatur,n.*22.

*Contractus, meticuloſus, & per vim, & metũ quæſitus, vel per carceratum in carcere factus, an valeant vel iuramento firmatur, num.*24.

Dvo timenda ſunt in bonis operibus, deſidia v3.& fraus. B. Gregor. ſuper illud Iob.cap.9. verebar omnia opera mea.

1 Fraus eſt executio iniuſtitię in factis,& non poteſt eſſe ſine dolo,licet dolus cadat ſine fraude,& ideo fraudi,dolus,ſicuti ſpecies generi, B. Thom. 2.2. quęſt. 55. artic.

articulo quinto.

Et licet fraus tribus modis committatur,
primo tacita cordis humani gratia, ſecun
do fauoris aura tertio aut res quęlibet
2 exterior deſideratur B. Gregor. lib 9. mo
ral. tamen. ſi fraus, & ſimulatio differant,
uel parificentur eſt videndus Farinac. de
falſit. & ſimulat. quęſt. 162. par. 1. n. 3.
licet utraque ex coniecturis probatur,
Theodor. conſ. 46. num 7. Galeot. tom.
1. controuers. 3. num. 1. fugienda eſt
ergo ſimulatio. abhorrēda fraus, & ab eis
cauendum, & de eis timendum, ut B.
Gregor. docet, hodie vero paucos vidi
contractus non laborantes morbo ſi
mulationis, & fraudis, & nimirum ſi in
præſenti deciſ. 76. idem occurrit, in qua
de ſimulatione contractus tractatur, &
3 ſi concurrentibus illis tribus, nēpè præ-
tii modicitate, pacto de retrouendendo.
& conſuetudine fœnerādi, eſt iudican-
dus ſimulatus. vel reſoluitur in pignora-
tiuum, de quibus per Auth. hic num. 7. &
18. vbi afferuntur opiniones pro vtra
que parte, & Autohr. diſputat ad partes
ex Afflict. ibi relato illa tria eſſe neceſſa-
ria, tandem reſoluit fuiſſe per S. C. deci-
4 ſum illa duo tantum ſufficere, pactum
nempe de retrouendendo, & prætii par-
uitatem, quam opinionem amplectuntur
multi Doctores, ut teſtatur Petra hic n.
15. cui ego addo Hyer. de Laurenti dec.
Auinion. 38. Ouiſc. deciſ. 42. Boer. dec.
102. Mi ſinger, centur. 2. obſeru. 62. Cor-
nazan. deciſ Færens. 41. & ex noſtris re-
gnicolis Maſull. ad Capic. deciſ. 49. Ma
rant. conſ. 64. Anna alleg. 83. & poſt
iſtos Io. Bapt. de Thor. celebris nominis
tom. 1. comp. deciſ. Regn. verbo Con-
tractus fol. 119. col. 1.

Sed quomodo hęc paruitas prętii cōſidere-
tur Auth. hic num. 13. aſſerit dependere
5 ab arbitrio Iudicis, Farinac. verò cit.
quęſt. 162. num. 199. quem ad literam
adducit Mari hic num. 9. varias D.D.
ſentetias affert, tu verò vide Caſſador.
deciſ. 1. Magn. deciſ. Florent. 77. num.
10. & iterum Farinacc. benè diſtinguen-
dum in alia quæſt. 163. num. 17. & ſeq.
Vnde videndum eſt quid ſit ſimulatio, &
6 diſſimulatio. & an differant, & licet ſimu
latio propriè dicetur mendacium inſi-
gnis factorum exterorum ex B. Thom.
2. 2. quęſt. 111. artic. 1. tamen ſimulatio
eſt ſimulare eſſe ea, quę non ſint.

Diſſimulatio eſt diſſimulare non eſſe ea,
quę ſunt, exemplum habemus de Dio-
7 gene, qui conuitatus fuit in menſa adduc
ta placenta ad comedendum, quam neſ
ciebat, quid eſſet, & interrogatus eſt ab
aſtantibus quid comedis Diogenes, reſ-
pondit panem benè piſtum, diſſimulans
neſcire quid eſſet placenta Laert. lib. 6.
capitul.

Et quando inſtrumentum reperitur ſimula-
tum, an dicatur falſum, eſt prò termino-
8 rum cognitione ſciendum, quòd inſtru-
mentum falſum eſt, quando ab eo re-
mouentur verba, & mens contrahen-
tium.

Simulatum verò inſtrumentum, & non fal-
ſum eſt quando ab eo remouetur mens,
9 ſed non verba contrahentium, nempe
concurrunt verba, & ſola mente retinet,
Bald. in l. ſi ex cautione, n. 5. vers. modo
quęro de duobus C. de non numerata
pecunia, Iaſon conſ. 152. col. 2. vers. 3.
Benefacit lib. 2. Baiard. ad Clar. §. falſum
n. 116. & ſeq.

Et quando inſtrumentum eſt ſimulatum,
non dicitur inſtrumentum ſubſtantiali-
ter, aut intellectualiter, licet ſuperficiali-
10 ter, ſic nec appellatione inſtrumento-
rum venit Cepoll in tract. de ſimulat. n.
48. ad fin. & ibidem addentes, faciunt
dicta per Crauett. conſ. 145. n. 2.

Et quando contractus eſt ſimulatus, poteſt
agi ciuiliter, & criminaliter, pęna enim
11 ſimulationis contractus eſt eadem pęna
falſi Franc. Mut. deciſ. 300. par. 1. quod
quomodo procedat, recurre ad Farinac.
cit. quęſt. 162. part. 1. n. 12. & allegans
ſimulationem debet in ſpecie ſimulatio-
nem apponere, & declarare, ut Petra hic
n. 14. fatetur, cit. tu adde, quòd in dubio
non pręſumitur ſimulatio, Anton. Fab.
deciſ. 4. Menocch. de arbitr. iudic. coſ.
247. num.

Et adeo eſt verum, ut ſimulatum inſtrumen-
12 tum non poſſit appellari falſum, quia
quan-

quando nō poſſet apponi contra inſtrumentum exceptio falſitatis vel ſolutionis, non eſt excluſa exceptio ſimulationis, quę poteſt opponi, Tuſc. in conclus. 266. n. 42. verbo ſimulatio, quę quando eſt euidens, ut ex eodem inſtrumento poteſt opponi contra inſtrumentum guarētigiatū, ſic docete. Canar. in tract. de exequution. inſtrument. n. 31. & poteſt opponi quandocunque, etiam poſt concluſum in cauſa, Ann. alleg. 77. num. 11. vide Reg. de Pont. conſ. 72. & 63. n. 72.

Et quando in aliquo actu interuenit decre-
13 tum iudicis, ex hoc decreto cenſeatur excluſa exceptio, vel præſumptio ſimulationis Farinac. ait. quæſt. 162. par. 1. n. 65. affert. per decretum iudicis eſſe excluſam præſumptionem ſimulationis, & fraudis, Decretum enim illud habet in ſe præſumptionē fuiſſe ex iuſta, & vera cau
14 ſa prolatum, imò facit præſumere contractum eſſe geſtum palam, & bona fide, ſunt verba formalia Farinacc. qui n. 66. addit granum ſalis, nempe non procedere duobus modis, Primo quando fuit interpoſitum tempore celebrati contractus, & ſine cauſæ cognitione, ut Auth.
15 hic n. 8. licet Petra hic n. 9. etiam ſi interuallo fiat, arguit ſimulationem, ſecundo, ut non procedat in præiudicium tertij, tu vide Balb. deciſ. 183.

Declara tu verò non procedere quotieſcunque vnus contractus eſt tranſlatus in
16 alium, tunc non eſſe prohibitam ſimulationem de vno contractu in alium refert Farinacc. cit. loc. n. 43. *Ego* verò dicō trāſlantionē, ſiue cumulationem contractuū, & ipſorum geminationem, licet
17 appareat enixa mens contrahentium, ut refert de Franch. deciſ. 624. nu. 13, tamen cum ſemper cum vitiis, & qualitatibus primęuis cenſeatur unum contractum tranſfuſum in alium, nec per ipſorum prorogationē cenſetur eſſe excluſam primęuam qualitatem, ut refert Affl. dec. 310. n. 1. & dico non eſſe excluſam ſimulationem, pro ut in ſimili ... quamuis ſit geminatę plures promiſſio, non per hęc cenſetur excluſa exceptio non numeratę, pecuniæ Io. Angel. *Piſanell.* ad *Affl.* deciſ. 110. quem *Author.* noſter hic nu. 22. notat authoritatis non modicæ.

Et poſſit renunciari exceptioni ſimulationis, & ſi fuerit renunciatem, huiuſmodi
18 renunciatio an operetur, *Auth.* hic nu. 16. non obſicere renunciationē aſſert. propter dolum, Farinacc. verò cit. loc. n. 17. & 18. adducit multos DD. pro negatiua, nempe, quod ſtante renunciatione non poſſit opponi ſimulatio, ſed re vera ipſe fatetur ſemper poſſe apponi, etiam ſi fuiſſet renunciatum, ſiue in genere, & per renunciationem, nedum non eſſe excluſam exceptionem ſimulationis, uerum etiam & magis illam præſumi, & quod poſſit opponi etiam ſine abſolutione à iuramento, Farinacc. ibid.
19 num. 90. & nouiſſimè de Thor. tom. 1. comp. deciſ. verbo contractus fol. 119. col. 1. & contractu præcedenti, & ſequēti probatur, Galeot. tom. 1. controu. 28. nemer. 6.

Quod tu amplia poſſe allegari etiam per hæredem, ex Farinacc. cit. loc. num. 61.
20 licet hęres non ligatur iuramento defuncti, ut *Auth.* hic num. 21. ad fin. quod quomodo procedat, vide *Mari* hic numer. 25.

Verum ſi extaret ſtatutum prohibens appo
21 ni Franc. *Marc.* deciſ. 507. par. 2. etiam contra donatatiū de Thor. uol. 23. n. 35. & in venditione feudi præſumptiuè profert Reg. Rouir. prag. 25. de feud. num. 66. & an contra tertium poſſeſſorem refert Petra hic n. 20.

Verum quando in contractu eſſet illa clau-
22 ſula, nempe omnia & ſingula eſſe uera cum iuramento non petendi abſolutionem ab eo, & impetrato non uti, quæ verba ſemper ego in contractibus conſului eſſe apponenda, & tunc operantur, ut exceptio ſimulationis, ſiue alię non poſſint opponi ex Auth. noſtro infra deciſ. 89. & ex Vrſill. ad Affl. deciſ. 60. eſt etiam. aurea doctrina Farinac. cit. loc. n. 92. & 93.

Cætera concernentia ſimulationem, vide
23 per Farinac. cit. quæſt. 162. par. 2. à. nu. 94. ad 144.

Contractus meticuloſis, & per nim, metūque geſtus, an ualeat, & quid in contractu

tractu facto per carceratum, an iuramento firmetur, vel abſolutio ab eo requiratur, vide Aff ic. deciſ. 149. Bilott. de abſolutione à iuramento cap. 3. n. 19. Ann. alleg. 77. n. 13. & 14.

Petra hic nu. 2. infert venditionem factam à ſciente prætium fore moderandum poſſe retractari, tu adde, quòd quando debitor ſcit de proximo eſſe pecuniam mutandam, non poteſt cogere creditorem ad recipiendum id, quod creditori debet; præſumitur enim in fraudem mutationis monetæ totum peragere, Vrſill. ad Aff. dec. 90. qui in cauſa propria ſic decitum refert.

Petra hic num. 6. tangit articulum redibitoriæ, pro qua vide Thor. tom. 3. comp. dec. verb. Contractus, fol. 214. col. 1.

Mari hic numer. 22. tractat an contractus geſti per mulieres valeant, tu adde de Thor. cit. to. 3. verbo, contractus celebratus, fol. 234. & iter. uerbo, *Exceptio* uelleiani, fol. 385. colum. 1. eod. tom. 3.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXVII.

SVMMARIVM.

Marinus Freccia laudatur, num. 1.

Feudum unde dicatur, num. 2. 3. & 4.

Feudalis res eſt illa, pro qua præſtatur ſeruitium perſonale, num. 7.

Feudalis non; ſed potius allodialis præſumitur res exiſtens intra fines feudi, num. 7.

Res reddititia feudo, an dicatur feudalis, n. 8.

Territorium amplum, an dicatur feudale, & mutetur natura, num. 9.

Feudum in dubio an dicatur planum, & de tabula, vel quaternatum, num. 10.

Res Baronis exiſtens infra fines feudi, an præſumitur feudalis, & quomodo, num. 11.

Pro re feudali, quam Baro poſſidet, an ſoluat Collectam Vniuerſitati à num. 19. ad 29.

D. Caroli de Tocco Principis Montiſmiliſum laudes, num. 14.

Leonardus Maximus de Filippi commemoratur, nu. 16.

Conductor rei feudalis ad tempus, an teneatur ad collectas, & ad quas, num. 30. & numer. 34.

Laycus pro re Eccleſiæ, an teneatur ſoluere collectas, deducto onere Cenſus Eccleſiæ debiti, num. 35.

ET *locutus es ad ſeruum tuum tanta beneficia*, 1. *Paralipomenon cap.* 17, *n.* 26.

Marinus Freccia, qui fuit magnus feudiſta
1 in tract. de feud. lib. 1. §. 1. num. 53. tractando de origine feudi, aſſerit feudum nomen habere à fœdere, ex eo quia anti-
2 quitus feuda concedebantur illis, qui clarioribus eſſent natalibus, & num. 45. infert pecunia feuda acquiri, & num. 58. feuda beneficia appellari poſſe, primo omiſſo, cùm in ſacra ſcriptura hoc verbum, fœderis, diuerſis in locis habetur, placet mihi ſecundum, & tertium; feuda enim quãdoque prætio emuntur, & alias
3 à Rege conceduntur eius munificentia, & benignitate, & tanquam beneficia elargiũtur, & cõcedũtur, vt experientia docet, & quando Rex ex ſua benignita-
4 te feudum vaxallis concedit, & beneficia confert, conferunt præcitata verba, vnde cum in præſenti deciſione de materia feudali tractatur, nempè ſi res feudalis poteſt vendi, irrequiſito Domino, in caſu occurrẽti cum D. Iacobo Maria Gaetano Murconis Cõmite, de quo
5 aliàs fuit dubitatum, vt refert Tor. tom. 3. compend. deciſ. verbo, feudum, fol. mihi 425. col. 1.

Et eandem materiam amplectendo reaſſumo, quod Auibot hic num. 1. affert, feu-
6 dalem nempè rem eſſe eam, pro qua præſtatur ſeruitium perſonale, tu adde, quòd ſi præſtaretur regale, non diceretur feudum, Regens Galeot. controuer. 7. num. 30. tom. 1. & in dubio ſemper res præſumitur allodialis, & non feudalis, Anna ſingul. 663. & fundus infra fines feudi exiſtens non præſumitur feudalis
7 ſed potius allodialis, Affl. deciſ. 167. & 277. R. de Pont. con. vndecimo, & quadrageſimoquinto, & quãdo voluntas domini feudi ex diſpoſitione iudicatur res

allodialis, Reg. Rouit. conſ. 39. num. 30.
volum. 2.

Verùm ſi res fuerit redditītia feudo, an ex
8 hoc redditu poſsit appellari feudalis?
uide *Afflict.* deciſ. 129. & Ann. ſingular.
648.

Et, ſi erit amplum territorium, an dicatur
feudale, & poſſit mutare naturam allo-
dii, Reg. de Pont. conſil. 95. num. 21.
9 aff.rr non eſſe ſubſtantiam feudi ſerui-
tium, quod præſtatur, ſed tantùm fide-
litas, quod nota.

Et feudum in dubio potius debet appellari
quaternatum, quàm planum, & de tabu-
la, & ſic potius rectum, & nobile, Regen.
10 Galeot. to. 1. controu. 7. numer. 1. & po-
tius hæreditarium, & non ex pacto, &
prouidentia, Ann. ſingular. 656. Franch.
deciſ. 6. num. 3. & 9. Vide Conſiliar. de
Giorg. allegarion. decimanona numer.
quinto, *M*aſull. ad Capic. deciſ. 97. nu.
1. & ſeq.

Et quando Baro poſsidet aliquid intra fi-
nes feudi, præſumitur feudale, quod fal-
11 lir duobus modis: primò, niſi bona præ-
dicta ſint deſcripta in regiſtro curiæ, tan-
quam allodialia, & in poſſeſſione diſpo-
nendi uti de allodialibus, Reg. Rouit. in
rubr. de feud. à num. 2. ad 4. uide eund.
conſ. 101. num. 4. & 5. uol. 2.

Sed contingit dubirari, an de feudo, & ſic
pro rebus feudalibus, quæ *Baro* poſſidet
12 in territorio, pro quo ſoluit adogam, te-
neatur ſoluere collectam vniuerſitati? &
videtur non deberi, niſi imponatur pro
refectione pontium. & uiarum, Afflict. in
13 cap. 1. num. 51. per quos fiat inueſtirura,
Rip. reſponſ. 50. & iterum in tract. de
peſt. verſ. quæro, nu. 457. Sed in occur-
renti caſu orta altercatione prætende-
bat Vniuerſitas Montisfalcionis, ut do-
minus D. Carolus de Tocco Princeps
14 *M*ontismilitum *E*ques *A*urei Velleris,
& ex Illuſtriſſima, & antiquiſſima familia
de Tocco; quam licèt breui manu exor-
net Filibertus Campanile in eius pulcro
libro intitulato: le *A*rmi de Nobili del
Campanile f. 90. & D. Ferdinãdus della
Marra, in eius tractatu, l'Armi de Nobili
della Marra, multis locis, dico breui ma-
nu, uidi ego enim librum manu ſcriptum
continentem laudes, originem, magnitu-
dinem, huius Illuſtriſs. familiæ, quem
typis dandum eſſe omninò arbitror, ut
ſcire cupientes ſplẽdorẽ eius, cõſolentur.

Exiit igitur ſermo inter Vniuerſitatem Mõ-
tisfalcionis, & ipſum Dominum Princi-
pem, à quo vniuerſitas prędicta exigere
quærebat collectas pro bonis feudali-
15 bus, quæ Dominus Princeps in territo-
rio Mõtisfalcionis poſſidet, quæ locauit
quibuſdam ciuibus ſuis vaxallis ad tem-
pus ſub annuo redditu, & requiſitus, re-
ſpondi, nec Dominum Principem, nec
eius vaxallos teneri ad huiuſmodi colle-
ctarum ſolutionem pro mentionatis bo-
nis feudalibus, quo deuento ad notitiam
16 eruditi, Leonardi Maximi de Filippi,
Aduocati in Tribunalibus Neapolis
contrariam fundauit opinionem, nempè
Dominum Principem ad talem ſolutio-
nem teneri, & tranſmiſit pro hoc allega-
tiones, quas tranſcribere placet, vt in
futurum curioſi ſciant, & ſunt ſequentis
tenoris, v3.

Vt pro viribus paucula quædam currenti
calamo perſtringam violentis amici me-
ritiſſimi imperio impulſus, dico emphi-
teuticarios aſſertorum territoriorum ad
collectas teneri.

Et primò certum eſt, exceptis feudis, ſeù
aliquo alio territorio priuilegiato, cæte-
ra omnia territoria ex regula collectis
17 ſubiici, vt præter alia de iure Regni per
ſcribitur in cap. porrecta de functionibus
fiſcalibus. ibique Reg. Tapia.

Inſuper prædicta feudorum exceptio vni-
uerſalis non eſt, etenim communiter de
18 feudis quaternatis intelligenda eſt, non
autẽ de planis, & de tabula, ita *A*ndreas,
quem ſequitur, præter alios Ann. ſingul.
93. inſuper & quòd huiuſmodi feuda te-
neantur à curia, non autem à Barone,
quod authoritate multorum fulgitur per
Reg. Rouit. in prag. ſub rubrica de apprę-
tio, num. 12. cæterum, quod de feudis
ruſticis indiſtinctè ſint ſoluendæ colle-
ex diſtinctè Luc. de Penn. in l. quãquam
deſertum, C. de omn. agr. deſer. pro in-
dubitato deducitur.

His

His poſitis, atque ad caſum noſtrum
compoſitis euidentèr infertur poſſeſſo-
19 res prædictorum territoriorum ad colle-
ctas teneri, etenim ex terminis prædictis
ſi tamen aliquo modo huiuſmodi terri-
toria feuda dici poſſunt, quod nos ne-
gamus) apertè concluditur prædicta ter-
ritoria ad collectas ſubiicienda, tũ quia
non ex nobilibus, quaternatis, quinimò
ruſtica, tùm quia a Barone, & non à cu-
ria teneantur.

Sed, vt indubitanter pro vniuerſitate ex ve-
riori ſententia concludamus.

Dicimus præſentia territoria nullo modo
eſſe feuda, quod aſſumptum ex feudorũ
30 definitione à priori probatur, feudum
nanque propriè eſt beneficium, ſeù be-
neuola datio, ſiuè conceſſio, quæ gratui-
to fit, cap. 1. in quibus cauſ. feud. amitt.
& illud, cuius merces recipitur, feu-
dum non eſt; definitum enim eſſe nequit,
cui definitio non competit.

Cui propoſitioni conſequens eſt, vt dum
iſta territoria certo cenſus oneri ſub-
31 iiciuntur, cùm dantur, nullo modo
feuda eſſe poſſe, cùm naturam, & eſſen-
tiam feudi egrediãtur; hinc Guido Pap.
q. 155. propriè loquendo dixit, permu-
tationis contractum non eſſe contractũ
feudalem, quia, ait ille, in infeudatione
reperitur aliquod datum; feudum enim
gratia, & non prætio conceditur; inde
Affl. veluti ad nos loqueretur deciſ. 129
dixit, quod res, de qua ſoluitur annua
penſio ſit cenſualis, non feudalis præſu-
menda, atque ita ad collectas teneri, &
fortius Capic. dec. 103. velut caſum no-
ſtrum in difficiliori articulo decidens
ait, quod ſi pro rebus feudalibus ſolue-
retur annuus cenſus, illę amplius non
dicerentur feudales, ſed merè cenſuales,
adde Crauett. conſ. 20. quinimò iis ra-
tionibus ſignanter probauit Grammat.
deciſ. 77. numer. 10. quòd ſi pro re ali-
qua ſoluatur annuus, & ſi dicatur, quòd
illa res ſit conceſſa in feudum, tamen
quòd res illa amittat naturam feudalem,
& fiat cenſualis, atque quod verba illa
Conceſſionis in fundum improprien-
tur.

Adde quòd regulariter hoc territorium,
velut campeſtrę, & infra fines ex ſui na-
tura non pręſumitur feudale, vt ſingula-
riter, Afflict. latè deciſ. 267.

Igitur concludendum, quòd pro prædictis
territoriis poſſeſſores eorum, deducto
32 onere cenſus, ad collectas tenentur, col-
lectæ onus ad poſſeſſorem pertinet, &, ſi
Dominus proprietatis aliquo priuilegio
eſſet, aut fuiſſet exemptus, Caſſan. in cõ-
ſuetud. Burg. ſub rubric. 4. §. 6. gloſ. 11.
Deſdroid, & propriè ad caſum noſtrum,
quod huiuſmodi poſſeſſores deducto
onere cenſus, ad collectas teneantur, fir-
mat Nait. con. 11. 149. & 312.

Et hæc tumultuariè, & per indicem colle-
gimus, rem funditùs alioquin perpenſu-
ri, ſi res ita tuliſſet, aut per tempus ita
nobis licuiſſet, Leonardus *M*aximus de
Filippi.

Quas Dominus Princeps mihi tranſmiſit,
& per me perpenſis pro tuitione meæ
33 primæuæ opinionis propalatæ, Domi-
num *P*rincipem non teneri, fui coactus
illis reſpondere in his ſequentib. v3.

Breuitati ſtudendo, & veritatem intuendo,
licèt ex parte Vniuerſitatis Montisfal-
cionis ſubſtineatur Dominum Principẽ
Montismilitum vtilem dominum *M*on-
tisfalcionis teneri ad ſolutionem colle-
ctarum pro rebus feudalibus, quæ in ter-
ritorio Montisfalcionis tenet, & in affi-
ctum conceſſit quibusdã ſuis vaxallis ex
doctrina Reg. Rouit in rubr. de apprętio,
nu. 12. tamen circumſcripta ponderatio-
ne ſi eſt intelligenda hæc doctrina de
35 feudis planis, uel de tabula, eſt aduertẽ-
dum, quod Reg. Rouit. in prima impreſſ.
in anno 1616. motus ex Luc. de Penn.
ibi relato, dixit collectã eſſe ſoluendam
per Baronem pro bonis feudalibus, tamẽ
in poſtrema impreſſione in anno 1637.
contrarium affert, & authoritate eiuſdẽ
Lucæ de Penna tuetur bona feudalia
non collectari, & opinionem Lucæ de
Penna non ſeruari in practica: immò
contrarium, nempè vt non collecten-
tur, nec ſoluant, vt eſt videre; igitur
poſtrema opinio eiuſdem Regentis prę-
ualet.

Et tandem Don Andreas Capan. in tract.
de iure adogh. quæſt. 12. num. 10. verſ.
26 ſic etiam, concludit res feudales non
collectari, immò eſſe immunes à colle-
ctis Vniuerſitatum, etiam ſi feudum eſ-
ſet inhabitatum, etiam ſi res burgenſati-
ca eſſet effecta feudalis, & ſic plu-
27 ties deciſum in pluribus cauſis refert nõ
collectari huiuſmodi res, & in num. 13.
ampliat procedere etiam in portulania,
quam Baro in eius terra habet, & de ea
ſoluit adogham, & ex his concludo vni-
28 uerſitatẽ iniuſtè petere huiuſmodi cõtri-
butionem, Hæliſæus Danza.

Quibus per partem aduerſam perpenſis,
non aliter fuit proſecutum: nunc addo,
quòd feudum poteſt eſſe francum à do-
29 natiuis, & adogha: non enim iudicatur
contra ius, vel ſubſtantiam feudi
eſſe francum ab adogha, & donatiuis,
Reg. Galeot. controuerſ. 55. numer. 12.
tom. 2.

Poſſet contraria opinio ſubſtineri, & ſic cõ-
ductorem ad longum tempus teneri ad
30 collectas, & Nouar. quæſt. forenſ. to. 1.
q. 92. num. 11. quod longum tempus iu-
dicatur per decennium, quæſt. forenſ.
146. num. 1. Capan. de adog. quæſt. 58.
31 num. 2. in duobus caſibus, primo in cõ-
tributione Horologii, Magiſtri ſcolæ,
Guardiæ, viarum, Pontium, Eccleſiæ,
Concionatoris, Medici, & ſimilium, in
quibus conductor participat, vt dixi ſup.
numer. 13. & refert pluries deciſum Ca-
32 pan. cit. q. 12. num. 10. ſecus verò in il-
lis, in quibus conductor ciuis non parti-
cipat, Capan. ibid.

Vel ſecundò modo, Ciuis conductor tene-
33 tur ſoluere collectas, deducto onere
quod ſoluit directo Domino, quaſi quòd
ex ſuo lucro ſoluere cogatur, Zappull.
ad prag. 5. §. 5. num. 19. de adminiſtrat.
34 Vniuerſit. ſequitur de Thor. tom 3. com
pend. deciſ. verb. Afflictatur, fol. 12, prout
in ſimili de layco poſſidente rem Eccle-
ſiæ, tenetur ſoluere collectas, deducto
onere cenſus, quod ſoluit Eccleſiæ, Reg.
Rouit. in rubr. de appretio, nu. 13.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXVIII.

SVMMARIVM.

Malum poſſe, an ſit peius, quàm velle, & quomodo, num. 1. 2. & 3.

Peccatum omne eſt voluntarium, quis in actione conſiſtit, num. 2.

Contraria contrarietate obiectiua quæ, remiſſiuè, num. 4.

Petitorium, & poſſeſſorium an differant, num. 5.

Petitorium reſpicit iuſtitiam, poſſeſſorium poſſeſſionem, num. 6.

Poſſeſſorio in Iudicio licet adducere aliqua in petitorio, & quomodo, num. 7.

An poſſint cumulari, num. 8.

Remedium capitulorum Regni, an ſit extraordinarium, num. 9.

An requirat ſollennitates Iuris, & quas, num. 10.

Actor ſi probauerit in poſſeſſione, & reus contrarium, quis præfertur in poſſeſſione, numer. 11.

Et quando probationes ſunt pares, cui ſit tradenda poſſeſſio, num. 12.

Poſſeſſorium ſummarium eſt, & debet cognoſci ab eodem Iudice, qui de cauſa principali cognoſcit, num. 13.

Poſſeſſorio in Iudicio ſi adſint hæredes Layci, & vnus Clericus, cognitio ad quem ſpectet, num. 14. & 15.

Iudicium aſſiſtentiæ an dicatur petitorium, vel poſſeſſorium, num. 16.

Eſt attendendus vnicus actus, num. 17.

In Iuriſdictionalibus an ſufficiat vnicus actus. num. 18.

Poſſeſſio vnius fundi capta, an cenſeatur adepta omnium rerum ſub illo continentium, num. 19. & 20.

Poſſeſſio adepta in fundo per pedum poſitionẽ, an præualeat illi, acquiſitæ per fructuum perceptionem, nu. 21.

Poſſeſſio acquiritur potius fruitione, quàm traditione, nu. 22.

Quis præfertur in fructuum collectione dominus fundi an ille, qui ſemen poſuit, & ſeminauit. nu. 23. & 24.

In

In Regno Franciæ quid ſeruatur in remedio Capitulorum Regni, nu. 25.

Baronum officiales an habeant cognitionem capitulorum Regni, & quid in Præſidibus Prouinciarum, num. 28.

Iuraui, & ſtatui cuſtodire Iudicia Iuſtitiæ tuæ, Dauid. Pſalm. 118. n. 106.

Boet. de Conſolat. lib. 4. proſ. 4. fol. mihi 67. ponit differentiam inter poſſe, &
1 velle, dicit enim peius eſſe poſſe, quàm velle, dat exemplum, poſſe malum eſſe peius, quàm velle malum, ſed Aicent. ibid. lit. K. aſſerit hoc eſſe falſum, quia poſſe peccare, non eſt malum, ſed velle peccare; omne enim peccatum in actione eſt, & omnis actio eſt voluntaria; ergò omne peccatum eſt voluntarium; igitur peius eſt velle malum, quàm poſſe malũ, tamen conciliantur diſtinguendo; Aut conſiderantur poſſe, & velle abſolutè, & ſecundùm ſe, & tunc peius eſt uelle malum, quàm poſſe malum; ſi autem accipiatur poſſe, ut ſequens malam voluntatē,
2 & ſubſequens eidem, ut voluntas mala perficiatur in exteriori opere, ſic peius eſt poſſe, quàm velle, quia ſine tali poſſe langueret voluntatis effectus, ideſt non perficeretur opus eius, & ſic peius eſt perficere malum, quàm poſſe, ita quòd
3 vnumquodque iſtorum trium, velle, poſſe, & perficere aliquid mali; adde ſupra præcedens.

Secus in velle; ad inuicem enim contradicunt; vnde Poeta dixit,

Aſſoluere non ſi può chi non ſi pente,
Nè voler, e pentir inſieme poſſi,
Per contradittion, che nol conſente.

Sunt enim contraria, pro ut multa alia, cõtrarietate obiectiua, de quibus multa di-
4 xi in meo 1. tom. tit. de vagabundis, cap. 4. num. 1. & ſeq.

Quod non procedit in materia petitorij, &
5 poſſeſſorij, quia differunt, & ſunt diuerſi effectus, Mart. tract. de iuriſdict. par. 2. caſ. 39. n. 30. & prius tractari debet cauſa poſſeſſorij, quàm petitorii, Theſaur. decis. 15. n. 1. de Thor. tom. 1. comp. verbo, petitorium fol. 398. col. 1. ex quo iudicium ſummarium poſſeſſionis reſpicit
6 nudum factum, non autem petitorium, cuius ius non diſceptatur, quia iuſtitiam, reſpicit, R. Galeot. tom. 1. controuerſ. cap. 51. num. 10. & 55. de Marinis reſol. quotidian. cap. 71. num. 18.

Tamen in iudicio poſſeſſorio licet adduce re aliqua in petitorio; nõ dicitur enim pe-
7 titorium, ſed ad coadiuuandum poſſeſſorium, quod ſemper manet, ſic ex Afflict. deciſ. 7. affert conſiliar. Theodor. alleg. 63. num. 18. nec hoc caſu cenſet petitorium deciſum, Theodor. alleg. 66. nu. 16. & 18. de Medicis conſ. 22. num. 1. conſiliar. Marcian. conſ. 1. num. 18. & quandoque poſſeſſorium abſorbetur petitorium, Thedor. alleg. 85. num. 20. Marcian. ibid. num. 16. de Thor. tom. 1. verbo poſſeſſorium fol. 403. col. pro ut in præſenti deciſ. 78. in qua de poſſeſſo-
8 rio agitur, & de remedio capitulorum Regni tractatur, cuius iudicium eſt cognitionis extraordinariæ, ut refert Stai-
9 ban. conſ. 78. tom. 3. & ſeq. quę deciſio impugnatur à Campagn. in cap. Regn. ad Regale faſtigium, num. 21. ad fin. & licèt in materia poſſeſſorij ſemper debet
10 poſſeſſor citari, ut poſſit ei abdicari poſſeſſio, etiam ſi adſit reſcriptum cum clauſula (amoto quolibet poſſeſſore) Mart. de ſucceſſ. legal. tom. 1. part. 4. quęſt. 16. artic. 3. num. 4. & ſeq. R. Galeot. tom. 2. controuerſ. cap. 12. num. 28.

Verùm quando poſſeſſio eſt confuſa, & neſcitur quis verè poſſidet, quodoriri poteſt quando ambo poſſident, & ambo ad fundum accedunt, & neutra pars vult ſe actricem reddere, tunc iudex recedendo à regulis iuris debet poſſeſſionem, & fructus ſequeſtrare, ne veniant ad arma, ſi tale periculum imminet, & ſummariè ſe informare de vero poſſeſſore, eiuſque iuribus, & ei poſſeſſionem tribuere, & alteri parti præceptum facere, ne accedat, ſecus uerò ſi conſtaret vnam partem poſſidere, quam manutenere debet in poſſeſſione, hęc omnia congerit Ancaran. quęſt. familiar, par. 1. quæſt. 25. num. 5. & 6. cui addo Matant. conſ. 10. & 105. Theſaur. decis. 206. & ibi Gaſpar. Filium,

Mu-

Muscatell. practic. de appellat. par. 1. gloſ.ſententia, n. 96.

Seu hodie in materia capitulorum Regni, quãdo iudiciũ dicitur extraordinarię cognitionis, non requiritur, nec litis cõteſtatio, nec diffinitiua ſententia, neque alia ſollennitas iuris, ſed ſimplex, & generalis citatio, ut affert Staiban.cõſ.78. num. 3. & ſeq. nec aduerſus capitula datur aliquod remedium, nec reſtitutio in integrum, Ann.alleg.84. quod an habeat locum contra monaſteria, quę negant annuas penſiones, quas antea ſoluerant, eſt videndus de Thor.tom.2. compend. verb. poſſeſſorium, fol. 471. col. 1.

Et, ſi actor probauerit, & in probatione adipiſcitur poſſeſſionem, & eam à reo abdicat, tamen ſi reus probauerit, nõ amittit
11 poſſeſſionem, ſed in ea manutenendus eſt, non obſtante probatione facta per actorem; de Medicis conſ. 1. num. 18. Ioſeph Seſſę decis. Aragon. 55. n. final. & quando probationes ſunt pares, cui poſſeſſio ſit tradenda? eſt videndus Theſaur
12 deciſ. 206. per tot. & ſi de dominio aduerſarii conſtat, ceſſat poſſeſſorium, Reg Tap. dec. Neapol. 1. n. 33.

Verùm quando poſſeſſorium eſt ſummarium, & executiuum, debet exequi ab eodem iudice, qui de cauſa cognoſcit principali, Mart. de iuriſdict. par. 4. cent. 1. cas. 89. 33.

Et quando inter hęredes laycos eſſet aliquis clericus, & de eorum poſſeſſione
14 tractaretur, utrum hoc iudicium dicatur temporale, ita ut ad iudicem laycũ ſpectare poſſit, an verò ſpirituale, ita ut ad Eccleſiaſticum competat? eſt videndus Mart. de iuriſdict. tom, 2. par. 3. quæſt.
15 16. artic. 1. n. 41. & ſeq.

Eſt tamen aduertendum, quòd in materia poſſeſſionis, & in iudicio poſſeſſorio eſt
16 attendendus unicus actus, Reg. Galeot. cõtrouerſ, to. 2. cap. 12. n. 48. Marcian.
17 conſ. 9. num. 16. Reg. de Pont. dec. 14. n. 7. prout in ſimili in iuriſdictionalib. vnicus actus ſufficit, & cẽſetur adepta poſſeſſio, ut dixi in meo 2. tom. de pugn. doct.
18 tit de elect. for. cap. 9. num. 5. 6. & 7. & poſt, ibi dicta addo Mele ad Gizzaell. deciſ. 77. num. 17. Merlin. controuer. forens. cap. 86. num. 16. Lanar. in tract. de feud. cap. 1. de his, qui feuda dare poſsũt num. 89. Marcian. conſ. 32. n. 13. & quam-
18 uis reperiretur capta poſſeſsio unius fundi ex pluribus, cenſetur omniũ adepta, nempè ſi plures res ſub caſtra continẽãtur, & eſſet capta poſſeſsio partis caſtri prædicti, cenſetur adepta pro toto, prout in ſimili, ſi in palatio exiſtant plura membra, ſiuè plures camerę, & fuerit capta poſſeſsio unius camerę, cenſetur capta tota, & integri palatii quęſita, Reg.
20 Galeot. tom. 1. controu. cap. 23. num. 9. qui alia exempla adducit

Et dum de poſſeſſorio eſt in pręſenti noſtrũ inſtitutum, quæritur id, quod in dies euenit. quę poſſeſſio magis præualeat illa
21 adepta in fundo per pedũ poſitionẽ, vel illa quæſita ex fructuum perceptione Reg. Galeot. tom. 2. controuerſ. cap. 20. num. 47. verſ. vnde cum uillę, affert fructuũ perceptionem dici actus poſſeſsionem quæſitam, tanquam ab effectu, & melius quàm ſi quis territoriũ ſe araſſe, vel ſeminaſſe probauerit, nã in percep-
22 tione fructuũ conſiſtit vtilitas & efficacia poſſeſsionis, imò poſſeſsio continuata cum fructum perceptione arguit veium dominium, Staiban. conſ. 34. nu. 4 de Medic. conſ. 64. num. 6. poſſeſsio .n. acquiritur fruitione, non autem traditione, conſ. de Giorg. in repetit. feudal. cap. 34. num. 27.

Hinc ſũpta occaſione quæritur, in fructuũ collectione quis pręferẽdus eſt dominus
23 fundi, vel ille; qui granum dedit pro ſeminando in agro. an vero eorũ creditor? quæſtio eſt quotidiana, & in dies quoad forenſes verſatur, & milies mihi occurrit, tam in iudicando, quàm in conſulendo, & inueni eam tactam per Gaſpar. Theſaur lib. 2. quæſt. forens 29. num. 6. dõ Franc. de Caſtill. dec. Sicil, 10. nu. 6. Surd. deciſ. 97. Ioſeph Seſſæ deciſ. Aragon. 87. & nouiſsimè per Orat. Barbat. in tract. de aſsiſt. qui gloſ. 12. nu. 122. opinionem Theſaur. ſectatur. ego verò pro materiæ dilucidatione, & articuli explanatione, ut cùm caſus obuenerit, ha-

beatur

bentur in terminis deciſio, diſtinguendos eſſe arbitror, omiſſa diſputatione de quibus fructibus intelligatur, de fructibus naturalibus, ſiuè induſtrialibus, ſiuè ciuilibus ut per, Mantic. de tacit. & ambiguit. coniectur tom. 2. lib. 11. tit. 15. num. 27. Cæſar. Manent. deciſ. 34. num. 9. & contra Iaſonem affert Necuſant. & refert Theſaur. cit. quæſt. 29. numer. 1.

Quorum primus; aut dominus fundi, qui illum locauit, dedit etiam granum pro ſeminando in agro, & in ipſius collectione concurrit creditor conductoris, & tunc, quia dominus fundi habet duo iura ſpecialia, nempè, dominium fundi, & ſeminis mutuum præferrur creditori conductoris, Theſaur. quæſt. forenſ. 29. nu. 6. & final. lib. 2. & hoc eſt, quod affert Barbat. cit. loc. num. 122. de *Marinis* reſolut. quotidian. cap. 260. nu. 5.

Secundus, aut concurrit etiam ille, qui ſemen poſuit pro ſeminando, & Barbat. cit. loc. aſſerit eſſe diſtinguendum; Aut conductor quando frumentum recepit, inſpecie fructus ex frumento dato naſcituros obligauit, & præferendum eſſe ſubſtinet creditoribus, aut verò non adeſt ſpecialis obligatio, & iterum ſubdiſtinguit, aut qui comodauit eſt dominus prætij, & præfertur, ex illa ratione, quia iura duo ſpecialia haber, ut ſupra dixi; aut non eſt dominus prædii, & ſecus eſt, hæc Barbat. at caſus noſter eſt diuerſus. quia concurrit dominus prædii & mutuator frumenti,

14 non autem creditor, & in hoc variæ ſunt D. D. opiniones, vna, ut dominus fundi præferatur mutuanti ſemen, quia ille ſunt cauſa cauſæ, & fructus nati ex fundo cenſentur obligati in genere, etiam ſi ſpecie nō ſint obligati, Mantic. de tacit. & ambig. coniectur. lib. 11. tit. 15. num. 25. & 16.

Altera verò opinio, quòd mutuator ſeminis præferatur locatori, ipſe enim cum ſemine, quod dedit eſt cauſa cauſati, ſine enim ſemine fructus non eſſent, nec ipſe mutuator frumentum dediſſet, niſi cum certa ſpe, & credulitate prælationis, & ex hoc præferendus uenit Franciſc. de Caſtill. deciſ. Sicil. 10. n. 6.

Tertius aùt concurrit creditor habens expreſſam hypotecam, & Dominus fundi habens tacitam, & dominum fundi habentem tacitam poſtponendum eſſe, & ſuccumbere creditori haberi expreſſam ſuſtinet Barbat. cit. loc. num. 121. ex Caualcan. deciſ. 27. num. 23. part. 2.

Quartus, aut concurrit mutuator ſeminis, & creditor domini fundi pro credito, quod haber contra eumdem Dominum fundi, nulla tamen interueniente obligatione ſpeciali, ſed tantum generali, & tunc quia fructus non ſpectant ad locatorem, & ſic ad dominum fundi, ſed tantùm ad conductorē, poſtponitur creditor, & præfertur mutuator grani, *Surd.* deciſ. 97. & ibi Io. Bapt. Hordien. concordat Anton. de Amato tom. 1. var. reſolut. cap. 3. nu. 18. vide Cæſar. Manent, deciſ Mantuæ 34. num. 35. conſ. Paſcal. de patr. poteſt. p. 4. cap. 6. nu. 65. & ſeqq.

Quintus, aut concurrit Dominus fundi, & creditor conductoris, qui pecuniam cōductori dedit ad emendos boues pro cultura agri, tunc ſi iſte mutuator in illis animalibus habet ſpecialem hypotecam præfertur, ſic ſenatum cenſuiſſe refert Theſaur. cit. quæſt. 29. n. 7.

Sextus, aut concurrit creditor Domini fundi, cui ille fundus eſt in ſpecie obligatus, & inſuper concurrit creditor conductoris, cui in ſpecie conductor obligauit fructus illius fundi, & tunc creditor conductoris præfertur ex cauſa ſpecialis obligationis fructuum, Surd. deciſ. 97. num. 12. cuius opinionem ſequitur Ioſeph Seſſę deciſ. *Aragon.* 87. num. 5. & ſeq. fructus enim poſſunt obligari, & illorum obligatio in ſpecie facta valet in prę. iudiciū anterioris creditoris fundi, quāuis fundus ipſe non ſit obnoxius illi creditori, Theſaur. ibid. n. 9. & 10. prout in ſimili poſſeſſor rei prohibitæ alienari poteſt durāte ſua poſſeſſione, obligare fructus, ſicut & fructus feudi, Theodor. alleg. 3. num. 9. concordat *Antonin.* de Amato tom. 1. cap. 3. n. 17.

Septimus, aut concurrit creditor Domini fundi.

fundi,& creditor conductoris, nullus verò habere obligationem in ſpecie , ſed vterque hypotecam generalem , & tunc præferēdum eſſe in fructibus Dominum fundi ſubſtinet , ea ratione , quia fructus ſunt pars fundi,& in eo includuntur,creditor verò conductoris ſubſtinet prædicta procedere in fructibus pendentibus , non autem ſeparatis à ſolo , Surd. deciſ.97.num.10.tamen quincquid creditor conductoris aſſerat , eſt ſciendum, quòd præfertur Dominus fundi,ea antedicta ratione, quia fructus ſunt pars fundi, Seſſ.cit. deciſ.Aragon.87.num. 7. & ſeq. Theſaur. citat.quæſt.29.n.1.

Octauus , aut concurrit creditor teſtatoris, & creditor hęredis,& tunc pręfertur creditor teſtatoris immò ſi fructus ad hęrede ablati eſsēt,poteſt cogi ad illorū reſtitutionē,etiā actione perſonali,de Frāch. dec.613.n.18.Reg.de Pont.conſ.32.n. 7.Hodier.ad Surd. dec 97.n.9.&ex alienigenis Cęſat.Manent. deciſ.34.n. 26.

Auth.n,2. ad fin. dicit procedere , etiam in poſſeſſorio reintegrandę poſſeſſionis , tu adde Oſaſc. deciſ. 116. Theſaur. deciſ. 87. & iter. deciſ. 117.

Auth.num.3.ibi (in Regno Francię) adde,
25 quòd in Regno Francię hoc eſt de ſtilu,
ut teſtatur Campagn. in cap. Regn. ad
regale faſtigium, num.21. ad fin.

Auth.num.4.vide Marr,de iuriſdict.par.
26 2.conſ.39. per tot. & ſingnanter num.
20. & 22.

Eod. n.4.vide Theſaur.deciſ.112.n.1.vbi,
27 quòd cauſa poſſeſſorij coram layco iu-
dice tractari debet.

Petra hic n. final. denegat officialibus Ba-
28 ronum hoc remedium cap. Regni, &
Mari hic n.5.aſſerit poſſe M.C.*V*.& Prę-
ſides Prouinciarum illud practicare ex
Campagn. cit.cap. ad regale faſtigium,
n. 15. tu adde Moſcarell. de appellat.
par.2. glóſ.ſententia, n. 101. & ſeq. ubi
ex multis,quos adducit , denegat hanc
facultatē officialibus Baronum, & fuiſſe
annullarum quemdam proceſſum factū
per officiales Baronum , tribuit tamen
M.C.V.& Præſidibus Prouinciarum,

*M*ari hic n.6.aſſerit deſiderari *V*iolentiam, vt remedium , capitulorum Regni habeat locum, & allegat de Franch. deciſ. 701. tu uide aliam decis. de Franch. 163.vbi habetur non procedere , quando poſſeſſio eſt iniuſta.

Et dum hic tractatur, ſi iudex laycus habet in clericum iuriſdictionē,quæri poteſt an exceptio iſta competens clerico, competat etiam ſuo fideiuſſori layco ; Affl.in deciſ.206. pro negatiua concludit, ex illa ratione,quòd fideiuſſor laycus clerici , non debet remitti ad iudicem Eccleſiaſticum,& Vrſill. ibid. dicit iſtum eſſe vnum ex caſibus , vt exceptio competens principali, non competat fideiuſſori , & opinionem *Affl.* ſequitur Miſing. obſeru. 5. cent. 2. vide eundem obſeru. 45. cent.3. vide *Queſad.* quæſt. iur. cap.29. *Heliſęus Danza.*

ADDIT. AD DECIS. LXXIX.

SVMMARIVM.

Fructus qui ſint, & unde dicti, n.1.
Quotuplices ſunt, n.2. & 3.
Farina ex frumento redacta, non dicitur fructus predij, & quare, n.4. & 5.
Cerasa an dicantur fructus à natura, n.3.
Ceruiſia , quæ ex ceraſis fit an dicatur fructus prędij, n. 3.
Fructus an ueniant in ſententia condemnationis, ſi fuerint omiſſi, n.6.
Ant veniant in reſtitutione fideecōmiſſi , n.7.
Quid in ſententia in cauſa appellationis, n. 8.
Fructus dotis ineſtimati ſpectant ad vxorem ſoluto matrimonio, eſtimati verò ad maritum , num. 9.
Recipiunt ex temporis varietate argumentū, & ideò debent liquidari, n. 10.
Sollennitas , quæ interuenire debet in alienatione rerum Eccleſiæ, n.11. & n.17. ad 31.
Sollennitas quotuplex, n.15.
An præſumatur ex temporis diuturnitate à n. 12. ad. 16.
Temporis diuturnitas quomodo conſideretur, & quo tempore currat , à n. 17. ad 31.
Commiſſarij, quibus à Papa commiſſum eſt , vt videant, ſi alienatio in vtilitatem Eccleſiæ vel ne, quomodo ſe gerere debeant, n.33.
Lutius Caracciolo laudatur, num.25.

A Fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt, Dauid Pſalm. 4.
Petr. Gregor. Toloſ. ſynt. iur. vniuer. lib. 42.
c. 29. n. 19 ad fin. fructus uocat quicquid
1 ex hæreditate percipi poteſt, id eſt quic
quid fert hæreditas, & ſic fructus à feren
do dicti uidentur, nimirũ condẽnationẽ
in facto principali ſuorũ afferre fructuum
reſtitutionẽ, prout in pñti dec. 79. author
concludit, in qua de duob. tractandũ ar-
bitror: Primò, an fructus ueniant in con-
dẽnatione: Secundò de ſolẽnitatib. adhi
2 bẽdis in alienatione rerũ *Eccleſiæ*. Quò
ad primũ eſt ſciendũ, quòd licet fructus
triplici modo cõſiderẽtur, & ſic triplices
sũt, naturalis, induſtriales, & ciuiles, cõſ.
Theod. alleg. 75. n. 14. & ſeq. & nu. 21. &
3 per conſequẽs ceraſa fructus ſunt ex ter-
ra prouenientes à natura dati, tamen cer
uiſia, quæ ex ceraſis fit, nõ dicitur fructus
prædii, ſed fructus multiplicati, prout in
4 ſimili frumentũ dicitur fructus territorii,
tamen farina ex frumento redacta, non
dicitur fructus prędii, ſed fructus frumẽ-
ti multiplicati, ut per præcitata uerba,
5 facit hoc pro eo, qui tenetur dare frumẽ-
tum, ut non cogatur dare farinam, ut re-
6 fert Staiban. conſ. 4. n. 6. & ſeq. uti mate-
ria à materiato, ut ibi per eum.
Auth. n. 9. & *Petr.* hic nu. 3. quærunt, ſi lata
7 ſententia ſuper facto principali, fuerit
omiſſa condemnatio fructuũ, an ipſi fru-
ctus ueniant? pro qua uide pulchrã di-
ſtinctionẽ Io. Bapt. de Thor. tom. 3. cõp.
dec. uerb. fructus, fol. 406. col. 1. & 2. Et
an ueniant in reſtitutione fideicommiſſi,
Thor. ibid. fol. 477. & quid ſi fuerint pe-
titi in primo libello, ac expreſſi in ſenten-
8 tia condemnationis, indè fuerint omiſſi
in ſententia in cauſa appellationis, idem
Thor. cit. loc. verb. fructus, fol. 475.
Et qñ fructus dotis reperiuntur inæſtimati,
ſoluto matrimonio, ſpectant ad vxorem
9 æſtimati verò ad maritũ pertinent, Ga-
leot. to. 2. controu. c. 40. n. 25. uerũ quia
10 fructus ex temporis uarietate poſſunt
recipi, augumentum, & detrimentum,
debent liquidari, Galeot. cit. tom. 2. cap.
32. num. 33.
Quoad ſecundum circa ſolemnitates non
dico ſolẽnitates, quæ pro ſolẽnibus fe-
11 ſtis habentur, de quibus vide Iul. Lauor.
var. lucubr. tit. de comitiis profanis, cap.
6. n. 46. & 47. ſed de ſolennitatibus, ideſt
12 de requiſitis, quæ adhiberi in alienatio-
ne rerum eccleſiæ, & quo tempore præ-
ſumantur, & quæ diuturnitas temporis
debet interuenire, de quibus aliqua ad-
duxi ſupra dec. 67. n. 63. & ſciendum eſt,
13 quòd ſolennitas triplex, vna ante actũ,
altera in ipſo actu, tertia poſt actũ, quas
diſtinguit Reg. Galeot. tom. 1. cap. 17. n.
15. ad 21. & Conſil. Marcian. conſil. 37.
14 n. 3 ad fin. alio modo uocat, nempè ſub-
ſtantialem, formalem, & actualem.
Sed quoad propoſitum inſtitutum, duplex
eſt, vna extrinſeca, prout tangit Author
15 hic n. 1. ad fin. & Mari hic n. 1. alia intrin
ſeca, & idem ſunt, extrinſeca eſt illa ex-
tra actum, ſine qua actus in ſe ſtare non
poteſt, intrinſeca eſt illa, quæ ineſt actui,
ac illum concomitatur, Galeot. tom. 1.
cap. 58. n. 3. 25. & 29. & tom. 2. cap. 38.
n. 2. 3. & 7.
Quæ an temporis diuturnitate præſuman-
tur, & licèt ego in meo 1. t. de pug. doct.
16 tit. de tẽp. diuturn. c. 1. per tot. & aliqua
remiſſiuè tetigi ſupra dec. 24. in princip.
Tamen Auth nu. 1. & 21. tangit, an ex tem-
poris diuturnitate præſumatur ſolennia
interueniſſe, Staiban. conſ. 95. n. 50. & ibi
17 nepos nu. 49. & ſeq. pro negatiua con-
cludit, Marta verò in tract. de ſucceſſ. le-
gali. par. 1. q. 26. art. 2. n. 17. teſtatur ſo-
lennitatem extrinſecam diuturnitate
temporis præſumi.
At in caſu præſentis deciſionis tractatur de
ſolennitatibus requiſitis, non à iure ciui-
li, ex Auth. Hoc ius porrectum, C. de ſa-
18 croſanct. eccleſ. quæ hodie non atten-
duntur, ſed tantùm de illis, quæ à iure
19 pontificio ſunt introductæ, Petr. Gre-
gor. Toloſ. ſintag. iur. vniuerſ. lib. 25.
capit. 8. num. 18. & ſic per extrauagan.
Ambitioſæ de rebus Eccleſ. alienand.
qua ius commune corrigitur, quo caſu
aſſenſus omninò præcedere debet, nec
operatur, neq; actus conualidatur, ſi po-
ſtea obtinetur, de Marin. citat. cap. 6. ad
fin. verùm ſolemnitas, nunquam futuro

tempore præſumitur, ſed requiritur ve-
ra ea ratione, quia de forma eſt, & ſeruari
debet, vt Mari hic num. 4. Reg. Valen-
20 ziel. conſ. 173. n. 38. to. 2, & nunquam
præſumitur ex temporis antiquitate,
Mart. de iuriſdict. part. 4. caſ. 94. nu. 12.
cent. 1. Marcian. conſ. 37. nu. 5. quando
enim requiritur expreſſa ſolennitas, non
21 ſufficit præſumpta, Galeot. citat. tom.
1. cap. 58. nu. 30.

Et quando antiquitas temporis operaretur
quod tempus requiratur? Theod. alleg.
15. nu. 7. decennio induci aſſerit.

Auth. hic num. 2. curſum triginta annorum
requiri affert, Nouar. tamẽ in ſua ſumm.
bullar. tit. de alienterer. Eccleſ. ex Bulla
22 Pauli 4. tempus quatraginta annorum
deſiderat ex Ricc. & aliis, ibi allegatis,
23 Galeot. cit. tom. 2. cap. 38. num. 11. vt
habeantur anni triginta, & præſumatur
temporis diuturnitas affert.

Marta verò in tract. de iuriſd ct. cit. part. 4.
centur. 1. caſ. 94. num. 7. & 8. dicit verio-
24 rem, communiorem, & certiorem opi-
nionem eſſe, vt requiratur ſpatium, nedũ
quatraginta annorum cõtra Eccleſiam,
ſed etiam patientia vnius, & poſſeſſio al-
terius; verùm ceſſante patientia vnius, &
non præcedente poſſeſſione alterius, nul
lo modo præſumitur ſolẽnitatem interue-
niſſe, niſi lapſo ſpatio centum annorũ,
etiam in rebus magni præiudicii, & mul-
tos doctores adducit, qua authoritate
25 fretus, ſic ego dicebam in cauſa
Michaelis Angeli Toſani cum D. Lu-
tio Caracciolo de nobiliſſ. familia Ca-
racciolorum de Vico, ab omnibus lau-
dato, Abbate, & Rectore maioris Eccle-
ſiæ S. Georgii mõtaneæ Montisfuſculi.

Et ſolennitates requiſitæ in alienatione
rerũ eccleſiæ requiruntur etiam in alie-
26 natione rerum cappellarum, confrater-
nitatum, hoſpitalium, & ſimilium, Felin.
cap. de quarta, de præſcript. nu. 2. uerſ. in
alienatione, Corn. conſ. 208. volu. 1. pri-
uilegia enim Eccleſiæ extenduntur ad
Hoſpitalia erecta tamen Epiſcopi autho
27 ritate, Petr. Benintend. deci. Bonon. 13.
num. 3. ſuper quo vide quæ ego dixi in
meo 1. tom. tit. de legat. piis cap. 3. nu. 9.
immò ſolennitas, quæ adhibetur in con-
28 tractu, debet adhiberi in diſtractu, Reg.
Galeot. cit. tom. 2. cap. 66. num. 25.

Et ſi fuerit facta alienatio rerum Eccleſiæ,
ſaluo aſſenſu, an valeat? Staib. conſ. 95.
29 num. 6 pro negatiua concludit, & ſi ad-
ſit illa clauſula (non aliter, nec alio mo-
do) licet actum conditionalem reddat,
Staiban. Iunior. ad cit. conſ. 95. ad fin.
30 tamẽ quod non valet, & omninò requi-
ratur aſſenſus, concludit de Marin. reſol.
quotidian. cap. 6. ad fin.

Et in illis, in quibus non eſt neceſſaria ſo-
lennita, & interuenit, tamen minius le-
31 gitima, nõ vitiat actum, Camill. de Me-
dic. conſ. 150. num. 34.

Petr. hic nu. 1. dicit quòd ſi contractus fue-
rit nullus ex defectu ſolennitatis, non
32 poteſt allegare, niſi ille in cuius benefi-
cium eſt contractũ: militantem .n. alle-
gare non ualet ille, cuius fauore non ui-
tiatur, de Marin. cit. cap. 6. nu. 15.

Auth. n. 3. ibi Cõmiſſarios deputatos, quæ-
ritur quomodo ſe gerant Commiſſarii,
33 quibus eſt à Papa cõmiſsũ, vt videant,
& referant, ſi alienatio vtilitatem eccle-
ſiæ reſpiciat? Genuenſ. in pract. Archiep.
cap. 60. nu. 12. & 21. diſtinguit, quòd aut
Papa committit Commiſſario ſimplici-
ter, vt ſe informet, & tunc ſufficere fidẽ,
& aſſertionem Commiſſarii affert.

Aut verò apponuntur illa verba (ſi tibi legi-
timè conſtiterit) & tunc quia huiuſmodi
verba denotant cauſæ cognitionẽ, requi-
34 ritur citatio partis, & teſtium depoſitio,
uerùm ſi Commiſſarius dolum, vel frau-
dem committat in damnum eccleſiæ, eſt
excommunicatus, & abſolutio Summo
Pontifici eſt reſeruata, vel ſi conſcientiæ
lapſus alienationi conſentiat, quæ dam-
num eccleſię patit ad reſtituendũ eccle-
35 ſiæ tenetur, ſic refert Nouar. ex Bull.
Paul. 2. in ſumma bullarum tit. de alien.
rer. eccleſ. n. 1. quod eſt notandũ, & cor-
di tenendũ, quia quotidie euenit, cætera
materiã alienationis rerũ eccleſiæ vide
quæ dixi in tom. 3. de pugn. doct. tit. de
reb. eccleſ. alienand. vel non.

Auth. nu. 10. cõcordat Farinac. q. 11. n. 34.

Heliſæus Danza.

AD-

ADDIT. AD DECIS. LXXX.

SVMMARIVM.

Aduocatus debet eſſe bona mentis, nu. 1.
Si aduocatus eſt bonamentis, veritas non occultatur, num. 2. & 3.
Aduocati ſunt vtiles, & neceſſarij Reipublicæ, num. 4. & 5.
Aduocatus vaxallus an poſſit contra Dominum patrocinari, & patrocinando an pœna puniatur, num. 5. 6. 7. 8. 12. 15. & 16.
An poſſit patrocinari contra ſuam ciuitatem, in qua honorem eſt conſecutus, nu 9.
Aduocatus vniuerſitatis an cogatur patrocinari contra, vel pro ciuibus illius, n. 10.
Non poteſt eſſe collector, ſeù exactor collectarum ſuæ vniuerſitatis, nu. 11.
An cogatur aduocare contra amicum, vel pro inimico, nu. 13.
An poſſit eſſe teſtis pro Domino ſuo, nu. 13.
Aduocatus in prima inſtantia pro actore, an poſſit eſſe aduocatus in ſecunda inſtantia pro reo, num. 17. & 18.
An poſſit eſſe iudex in cauſa, in qua aduocauit, ſeu conſuluit, à nu 19. ad 21.
An poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua aduocauit à nu. 22. ad 32.
An teneatur reuelare metu literarum monitorialium, à nu 33. ad 36.
Sciens ſuum clientem bonam fouere cauſam, an poſſit aduerſarium decipere, nu. 38 39. & 40.
Aduocatus, qui ſe amicum Iudicis facit, & bonum exitum cauſæ promittit, an puniatur, nu 41.
Si munus à cliente recipit colore donandi Iudicibus, à nu. 42. ad 46.
An debeatur ſalarium, ſi cliens ſe tranſegit cũ aduerſario, num. 47.
Et an ſi litem renunciauit, num. 48 & 49.
Conductus per annum, ſi cliens nullas cauſas habuit, an ſalarium habere debeat, à num. 50. ad 55.
Et, ſi plures cauſas habuit, nu. 55.
Si tuetur iniuſtam cauſam, an peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem, numer. 56.
An reiecta probabiliori opinione, poſſit ſequi probabilem, num. 58. & 59.
Quid ſi cauſa eſt dubia, num. 60.
Quid in cauſa criminali, nu. 61.
An poſſit ſequi poinionem Cuyacij, Antonij Fabri, & aliorum ſimilium, num. 62.
Patrocinando, ſi mors ſequatur, an irregularitatem incurrat, nu 63.
Defendens percuſſores Cardinalis, an incurrat in excommunicationem, nu. 64.
An teneatur de leui culpa, vel leuiſsima, à nu. 65. ad 70.
Si pluribus cauſis ſe exhibet vltra vires, an peccet, à nu. 68. ad 70.
Si eſt à duobus ſalariatus, cui inſeruire debet, quando iſti duo clientes ad inuicem litigãt, à nu. 71. ad 73.
An poſsint paciſci de quota lite. nu. 74. & 75.
Ad teneatur gratis pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis aduocare, numer. 76. 77. & 78.
Quid in aduocato pauperum, ibid. nu. 78.

A*Duocatum habemus apud Patrem, Io. in Epiſtola cap. 1. num. 1. & Mundi Saluatorem Aduocatum eſſe pro nobis peccatoribus apud Patrem*, dicit Taſſon. de antefat. uerſ. ſeptimo, obſeruation. 1. num. 29. Palma diuerſ. iur. par. 2. gloſ. 2. num. 3.

Seneca in epiſt. 94. num. 20. fol. mihi 419.
1 conſulit Aduocatum bonæ mentis inueniendum eſſe in illis. *Neceſſarium itaq;*
2 *eſt admoneri, & habere aliquem Aduocatum bonæ mentis aqud tanto fremitu, tumultuque falſorum vnam denique audire vocem.*

Et in Epiſtola 108 num. 11. infert ueritatẽ non poſſe occultari, quando quis Aduo-
3 catum idoneum habet in illis uerbis: *Adhuc docilibus, leuiterque corruptis iniicio*
4 *manum veritas, ſi Aduocatum idoneum nacta eſt.*

Aduocati enim timoratæ conſcientiæ, & eorum exercitio rectè incumbentes, &
5 legibus utentes, meliorem uitam ducũt, quàm fratres prædicatores, Hoſtienſ. in ſumm. in proem. & Marta de iuriſdict. par. 4. cent. 2. caſ. 115. Taſſon. de antefa. uerſ. 3. obſeruat. 3. num. 218. ad finem.

Arnon.ſing. 23. qui dedignatè loquitur
contra damnantes vitam Aduocatorum,
& Marta refert Diuum *A*mbroſium un-
decim annis in curiis,& foro cauſas egiſ-
ſe,& Germanum, & Lipardum D. Leo-
nardi *M*agni fratres in numero Sancto-
rum relatos fuiſſe,immò etiam Aduoca-
tos,inter Beatos connumeratos,&nouiſ-
ſimè Franc.de petr,conſ.1.à num. 6. ad
15. Palm.diuerſ.iur.par.2.gloſ.2. nu. 3.
Et inuenio Sanctum Iuonem Presbyte-
rum,& confeſſorem pro Chriſto, & eius
amore cauſas pupillorum, uiduarum, ac
pauperum egiſſe, cuius feſtum Sancta
Romana Eccleſia die 19. Maii colit.

Et quamuis in meo 2.tom. de pugn. Doct.
titulum ſeparatum de Aduocatis impri-
6 mendum curaui,ibique multa de *A*duo-
catis, & eorum officio dixi (Nunc addo
Neronem fuiſſe, qui iuxit ut Aduocati,
Procuratores eſſent pro patrocinio cau-
ſarum aſque mercede, & ſine munerib.
ut ex multis refert Palm. diuerſor. Iur.
parte ſecunda numer. 38.) tamen occa-
ſione præſentis deciſionis 80. in qua di-
ſceptatur,ſi *A*duocatus uaxallus poterit
contra Dominum patrocinari, & patro-
cinãdo priuetur feudo, & Author noſter
concludit non poſſe Aduocatum uaxal-
lum contra ſuum dominum poſtulare,
in qua *Petra*,num. 1. nihil ad propo-
ſitum inſtitutum adducit,Mari uerò plu-
res limitationes affert; infraſcripta ad-
ducere putaui.

Vndè ſciendum, quòd duplex opinio re-
fertur, una affirmatiua, altera negatiua,
7 pro affirmatiua,ut poſſit uaſſallus *A*duo-
catus contra ſuum Dominum patroci-
nium, & authoritatem præſtare,ea ratio-
ne: quia etiam inuitus cogitur ſubſidiũ
ſuũ adhibere ratione ſui officii, ex cuius
neceſſitate ſit exemptus ab omni pœna,
l. 2. & ibi Luc. de Penn. C. de delator.
lib. 11. ſequitur Iul. Ferrett. in tract. de
re militar. tit. de feriis, num. 187.

Pro negatiua, quod non valeat contra ſuũ
Dominum poſtulare,& in caſu contrarii
8 amittat feudum, eſt doctrina, nedũ Au-
thor,hic, verùm etiam,& Luc. de Penn.
in l. Milites, C. de re milit. ſequitur Fer-
rett.cit.loc.nu.186. Muta tom. 5. capit.
Sicil.cap.474. num.8. Nouar.tom.2.de
grauamin.vaxall.grauam. 22. num. 10.
& hæc eſt communis opinio, Palm. Di-
uerſ.iur.par.2.gloſ.7.n.39.

Quam concluſionem amplia procedere,
etiam contra ſuam ciuitatem,in qua *A*d-
9 uocatus honorem conſecutus eſt,vt non
poſſit contra eam patrocinare, *M*ut. to.
5.cap.Sicil.cap.474.nu.8. Palm. citat.
par.2.gloſ.2. num. 7. Et quando *A*duo-
catus eſt quis pro Vniuerſitate, non co-
gitur ſuum auxilium, & conſilium im-
10 pertiri ciuibus priuatis eiuſdem ciuita-
tis in eorum cauſis propriis, neque pro-
hibetur poſtulare contra illius ciues par-
ticulares; ſunt formalia verba, Reg. Ro-
uit.in rubric.de poſtuland.num.12. pro
ut in ſimili Clericus non valet patroci-
nium præſtare contra Eccleſiam, à quo
11 beneficium habet, Megall. in prompt.
moral.verbo,Aduocatus, fol.60. num.
12.quod ſubamplia, quòd non poſſit eſ-
ſe collector, ſeù exactor collectarum ſuę
Vniuerſitatis,Muta cit. cap.474. num.7.
tom. 5.

Amplia ſecundo, vt non poſſit cogi, ratio-
ne ſui officii, quandò videtur data opera
12 ex cauſa neceſſitatis ſui muneris patro-
cinium ſuſcepiſſe, Ferrett. cit. tit. de fe-
riis,num.189.multi enim colore ſui offi-
cii patrocinium ſpontè contra Dominũ,
& ciuitatem ſuſcipiunt, quod ego plu-
ries vidi.

Amplia tertiò, vt non cogatur aduocatio-
nis præſidium præſtare contra amicum,
uel pro inimico, Bouadill.tom.2.polit.
13 lib.3.cap. 14.n.16.Reg. Rouit.in rubr.
de poſtuland.num.11. & ſeq. qui infert
iudicem non poſſe coarctare *A*duocatũ,
vt patrocinetur pro ſuo inimico,& ſimi-
liter poteſt prohibere, ne poſtulet con-
tra ſuum inimicum, ſequitur Nouar.in
pragmat.in rubric. de poſtuland.num.5.

Amplia quartò, vt Vaſſallus Aduocatus nõ
14 poſſit eſſet teſtis pro Domino ſuo, Ca-
putaquens. decis. 276. par. 3.

Limita primò, ſi cauſa, pro qua vaxallus pa-
15 trocinatur eſt propria, tunc excuſatur,
refert Mari hic num.3. Nouar. prag.16.
de

de offic. magiſtr. iuſtician. num. 3. & idem
Nouar. tom. 2. de grauam. Vaxall. graua
min. 22. n. 11.
Limita 2. ſi coactè patrocinatus fuerit,
tunc excuſatur, ſi tamen neceſſitate ſui
16 officij. ſimpliciter, non autem ſi dedita
opera ut ſupra dixi, aut odio, dolo, malo
aduocauerit, Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 597. num. 4. vol. 3. Ferrett. cit. loc.
numer. 188.
Sed ſi fuit Aduocatus in prima inſtãtia pro
actore, poteſt eſſe aduocatus in 2. inſtãtia
17 pro reo, ſic affert *Ann.* ſing. 7. & de *Ma*-
rin. cit. cap. 5. honeſtius tamen eſt abſti-
18 nere, Reg. Rouit. in rubric. de poſtulad.
n. 8 cõtrariũ dicit Megall. in prõptuar.
Moral. verbo; Aduocatus, fol. 61. n. 16.
Sed an poſſit Aduocatus eſſe iudex in ea
19 cauſa, in qua conſuluit, ſeu auocauit?
Franch. deciſ. 87. num. 48. prohibet, ea
ratione, quia præſumitur in cauſa habe-
re affectionem, & ſi fuerit electus, poteſt
reuocari, Carauit. Rit. 11. n. 5. de *Marin.*
reſol. quotidian. cap. 5. & licèt Carauit.
cit. tit. 11. num. 3. pro affirmatiua conclu
dat, poſſe nempè Aduocatum eſſe iudi-
cem in eadem cauſa, de Carauit. mira-
tur Amendol. ad Franch. deciſ. 222. n. 7.
Vnde communis concluſio eſt, ut prohi-
beatur, ea antedicta ratione, quia pro ſuo
20 cliente præſumitur affectio, Dian. reſol.
moral. par 3. tract. 5. Miſcellan. reſolut.
56 fol. 164. vbi habes an procedat in
foro poli, & contra clientem aduerſariũ
contrahitur quaſi inimicitia, ut dicam
infra num. 27. vide nouiſſimè Regent.
Tap. deciſ. 40. & quando fuerit electus,
vel poteſt recuſari, vt ſupra dixi, vel tene
tur eã cauſã delegare, & ſi nõ delegat iu-
21 dicat, punitur, tamẽ ſententia eſt valida,
ſic Amend. ad Franch. cit. dec. 222. n. 8.
Verũ in dies cõtrouerſiã uidi multoties par
22 tes litigantes cauſa ſedandi lites, & ſe
ipſas concordandi cum Aduocatis al-
loquuntur, inde perueniunt pacem, nec ad
concordiam ſe conferunt, & quærunt de-
poſitionem *Aduocatorum* ad probatio-
nem eorum, quæ confidenter cum Aduo
catis allocuti ſunt, & millies mihi occur-
rit, tàm in iudicando, quàm in conſulen-
23 do, vnde quæritur, & non extra propoſi-
tum, an aduocatus teneatur deponere,
& poſſit in ſimilibus in teſtem recipi? de
Franch. deciſ. 222. mouet articulum. &
concludit, vt poſſit deponere ſuper eis,
quæ ſcit, vt teſtis, non autem vti aduo-
catus, quando petitur depoſitio ab ad-
uerſario ſui clientis, ego verò pro dilucі-
datione materię, & ſciẽntia terminorum
plures caſus diſtinguendos eſſe arbitror.
Primus, aut producitur pro ſuo cliente, prò
quo patrocinium præſtat, & tunc recipi-
24 tur in teſtem, c. final. ff. de teſtibus, l. fi-
nal, C. de aſſeſſoribus, & hoc eſt illud,
quod annuit Franch. deciſ. 222. num. 1.
& 2. ratione timoris corruptionis, immò
affectionis, quam habet in cauſa, niſi ea,
quę ſciebat ante patrociniũ ſuſceptum;
25 intèr aduocatum enim, & clientem ſuũ
contrahitur quædam amicitia, & habet
in cauſa affectionem, tractatur enim de
eius honore, & utilitate, & adeò verũ,
vt prohibeatur aduocatus etiam contra-
here cum ſuo cliente, Paſcal. de patr. po-
teſt. par. 1. cap. 43. Taſſon. in tract. de
Antefat. verſ. 3. obſeru. 3. num. 168. No-
uar. in prag. 8. de actuar. n. 13. Ricc. ad
Franch. deciſ. 222. num. 11. Io. Iacob.
de Martin. conſ. 1. num. 151. Giurb.
deciſ. Sicil. 95. numer. 3. Franc. de
Caſtill. deciſ. 95. num. 5. quod amplia-
26 tur procedere etiã in ſecunda inſtantia,
in qua neque deponere pro ſuo cliente
poteſt.
Secundus, aut producitur à cliente, ut de-
ponat contra aduerſarium, & non poteſt:
27 nam intèr aduocatum, & clientem ad-
uerſarium contrahitur quaſi quędam ini-
micitia, Reg. Rouit. prag. 1. de ſuſpiction.
num. 21. Palm. diuerſ. iur. 1. gloſ. 7. n. 7.
Bouadill. tom. 2. politic. lib. 3. cap. 14.
num. 56. ad med.
Tertius, aut producitur ab aduerſario, ut
28 deponat contra ſe, & tunc, licèt aliqui
dicant cogi deponere, ea ratione, quia
fauore aduerſarij eſt inductum, ut non
recipiatur ad beneficium clientis ſui,
quod retorqueri non poteſt, ex gloſ. in
l. etiam C. de teſtibus, & hoc eſt illud,
quod dixit de Franch. cit. deciſ. 222. ad
med.

med.tamèn communis concluſio eſt, vt
non poſſit deponere niſi ea, quæ ſcit uti
teſtis, vel quæ ſciebat ante patrocinium,
vt ſupra dixi, etiam ſi literę monitoria-
les præceſſerint, ut infra dicam, & ſi fuit
productus, an poſſit repulſari? vide Reg.
Tap. deciſ. Neapol. 23.

Quartus, aut patrocinium ſuſcepit data
29 opera, ut non deponeret, & ſic in frau-
dem aduerſarii intereſſe prætendentis,
& tunc cogitur deponere, de Franch. cit.
deciſ. 222. n. 3.

Quintus, aut aduocatus eſt ſumptus, tamē
30 de cauſa non informatus, neque patro-
ciniū præſtare cæpit, & tunc tenetur de-
ponere vti teſtis pro eo, qui cepit in eius
aduocatum, *Ann.* ſing. 8. *Amendol.* ad
Franch. deciſ. 222. num. 4. & ibi Ricc. No
uar. prag. 8. de *Actuar.* n. 14.

Sextus, aut fuit examinatus primo loco in
teſtem, & poſtea fuit aduocatus aſſump-
31 tus, & valet depoſitio, *Ricc.* ad Franch.
cit. deciſ. 222.

Septimùs producitur, vt deponat ea, quæ
32 ſcit, ut aduocatus, vel in quibus cōſuluit,
& tunc non poteſt cogi, ſic ex multis af-
fert de *Franch.* cit. deciſ. 222. num. 10.
11. & 12.

*V*erùm quia multoties litigantes literas
33 monitoriales ab Eccleſiaſtico obtinent
pro eorum iuribus propalandis, detegē-
dis, & Publicandis, quæritur, an aduoca
tus teneatur deponere metu literarum
monitorialium, & pro exoneratione con-
ſcientię ea, quę auribus audiuit, oculis
vidit, & in eius cor aſcenderunt? pro af-
firmatiua opinione, quòd teneatur reue-
34 lare, etiam ſuper monitoriis, quando
veritas aliter haberi non poteſt, tenet
Caſtill. deciſ. 92. & ibi addentes, Foller.
in practic. canon. 2. par. cap. 8. num. 3.
pro negatiua, & ſic quòd non teneatur
35 reuelare, Nouar. conſ. 16. tit. de pœni-
tent, & remiſſ. lib. 5. cap. 5. affert non te-
neri reuelare ſecreta ſibi commiſſa, etiā
ſi monitorium ſit, quem ſequitur *Ant.*
Faber deciſ. 54. cod. de probat. de Caſ-
till. deciſ. 171. & deciſ. 94. num. 17. Mar-
ta de iuriſdict. par. 3. cap. 7. num. 23.
ſubſtinet aduocatum, & *M*edicum non
obligari propalare ſecreta, quæ ſciunt
ad preceptum ſuperioris, ne dicantur
pręuaricatores, & proditores, immò ad-
36 uocati, confeſſores, & *M*edici peccant.
ſi publicant ea, quę cum ipſis in ſecreto
ſunt communicata, *F*oller. practic. cano-
nic. p. 2. cap. 8. n. 33. & Marcell. Vulp.
in practic. Eccleſ. cap. 2. num. 15. affert
non teneri aduocatus reuelare ſecreta
cauſę, niſi veritas haberi non poteſt, vi-
detur enim prodere ſecreta clientuli,
quę potius cuſtodire debent, quàm le-
uia damna partis aduerſæ curare, immo
quando aduocati ſunt ſcrupuloſi, ita vt
timeant monitoria, & verentur reuelare,
Eccleſiaſticum, à quo monitoriales lite-
rę ſunt obtentę adire debent, vt eum à
reuelandi onere liberet, quod ordinarius
facere poteſt ex cauſa legitima, hæc
Vulp. cit. loc. immò D. Franc. de Caſ-
till. cit. deciſ. 92 num. 9. dicit quòd non
tenetur reuelare, nec pro cliente, nec
contra clientē, & ampliat procedere etiā
ſi ex illa non reuelatione, & ſecreti oc-
cultatione damnum parti eueniat, idem
Caſtill. cit. deciſ. 94. num. 17. ad med.
& Sayr deciſ. caſ. conſc. lib. 5. tit. 22.
deciſ. 41. nec excomunicationem incur-
37 rit non reuelando, ſed tantùm ea, quæ
ſcit vti aduocatus, Mar. Giurb. deciſ.
Sicil. 95. num. 5. de Caſtill. deciſ. 92.
num. 14.

Aliud mirandum, quod à multis practica-
48 tum vidi, an aduocatus, qui ſcit clien-
tem ſuum fouere iuſtam cauſam, & aduer
ſarium cum inuolucre Cauillationibus,
& dilationibus poſſit decipere aduerſa-
rium ſuum, ut victoriam ſuus cliens cau-
ſę reportet? pro affirmatiua concludit
Cerill. Fulcion. in ſum. crim. tit. de litis
conteſt. §. vnic. num. 9. Tiraquell. de
Vtroq. retract. in præfat. num. 70. fol.
mihi 10. à tergo, ex multis refert Viu.
deciſ. 123. nu. 7. & poſt. Viu. Ferrett.
de remiſſ. tit. de Conſiliar. Imperat. nu.
49 Franc. de Petr. conſ. primo, n. 40.
Gallupp. in practic. Sac. conſ. in pręlud.
par. 3. n. 21. quod de iure admitti non
49 debet, nec in foro fori, nec in foro poli;
nam non debet aduocatus, etiam ſi cau-
ſam

ſam iuſtiſſimam faueat, & pars aduerſa
illam impediat cauillationibus, aut falſis
ſcripturis, vti medijs indebitis, vt cau-
ſam ſui clientis lucretur, victoriàmque
reportet, non n. ſunt committenda mala,
vt veniant bona. & taliter faciendo, te-
netur ad intereſſe parti lęſę, ſic ex B.
Thom. 2. 2. quæſt. 71. artic. 3. ad. 3. affert
Siyr. clau. Reg tom. 2. lib. 12. cap. 22.
num. 12. qui tot. cap. adducit requiſita,
quæ deſiderãtur in bono aduocato, Ga-
lupp. in prattic Sac. conſ. pręlud. par. 3.
num. 22. in nullo enim caſu licet menti-
ri, aut alium malum perpetrari adiuuan-
40 do partes ſui clientis, ſic nouiſſimè af-
fert Megal. in prompr. Moral. verbo, ad-
uocatus, f. mihi 62. n. 25. & taliter faciẽ-
tes peccãt mort. & ad reſtitutionẽ tenẽ
tur, & hi ſunt, qui docuerũt linguas ſuas
loqui mendacium, deſerti aduerſus iuſti-
tiam, eruditi pro falſicare, ſapientes, vt fa
ciant malum, eloquentes vt impugnent
verum, Ber. ad Eugen. Pap. lib. 2. cap. 9.
& conqueritur Palm. diuerſor. iur. par. 2.
gloſ. 2. num. 12. caueant ergò aduocati,
in huiuſmodi laqueos incidere. quia ge-
hennam ſibi emunt.

Quid autem de eo aduocato, qui facit ſe
amicum iudicis. & promittit exitum bo-
num cauſę, vel fauorabilem ſententiam,
41 vel beneuolum iudicem, mediante pe-
cunia, vel alio ſimili? Farinacc. quęſt.
111 artic. 12. num. 279 & ſeq. per mul-
ta media affert huiuſmodi aduocatos cor
ruptores vocari, & puniendos eſſe, ex
quo turpiſſimam barattariam, & iniquam
mercaturam patrare videtur, etiam ſi nõ
recipiat pecuniã, ſed tãtũ promiſſionem.

Vel illi aduocati, qui pecuniam, vel aliud
muneris genus à cliente exigunt colore,
quòd donant iudicibus, vt ipſos bene-
uolos ſe demoſtrent, vel fauorabilem
42 ſententiam proferant, vel quid ſimile
boni promittant? iſti aduocati reddun-
tur infames, ſunt verba formalia, Maſtril.
tom. 2. de *M*agiſtrat. lib. 6. cap. 8.
43 numer. 23. & huiuſmodi aduocatos à
via mandatorum errantes, & taliter
facienti, rectè poteſt dici, redde quod
accepiſti, quoniam contra veritatem fe-
ciſti, iudicem fefelliſti, iuſtam cauſam
oppreſſiſti, & de falſitate dixiſti, ex Bea-
to *A*mbroſio in ſerm. Hi enim ſunt, qui
emunt lites, vendunt interceſſiones, de-
putant arbitros, attrahunt litigaturos,
protrahunt audiendos, retrahunt tranſi-
gentes, hi ſunt in conuiciis ſcurræ, in
exactionibus arpię, in colluſionibus be-
ſtiæ, in quæſtionibus iuris ſtatuæ ad in-
telligendum, ſaxei ad iudicandum, lignei
ad ignoſcẽdum, ferrei ad amicitias, par-
di ad facetias, vrſi ad fallendum, uulpes
44 ad ſuperbiendum, tauri, & ad conſumen-
dum minotauri, Caſſiod. ſuper pſal. 73.
Irritat aduerſarius nomen tuum: Aduo-
catus tenetur utiliter, breuiter, & conclu
ſiuè loqui, Taſſon. de antefat, verſ. 3. ob-
ſeru. 3. nu. 83. Franc. de Perr. conſ. 20. n.
21. Gallupp. in prattic. Sac. Conſil. præ-
lud, part. 3. num. 19. & ſeq. & quando in
aurem Iudicis, uel aduocati ſuſurret pe-
cunia, Orfei lyra, Carmen Amphionis,
Muſa Virgilii, & ubi pecunia pugnat, uir-
45 tus expugnatur Herculea, nummus uin-
cit: nummus regnat, nummus imperat
uniuerſis, & apud iſtos aduocatos etiam
ſilentium eſt uenale, & lingua damnifi-
ca, niſi funibus argenteis ligetur, & dici
poteſt illud:

Aurum, & Argentum
Faciunt corrumpere centum.

Cauendum igitur eſt ab huiuſmodi Aduo-
catis, ſed laudãdi boni iuſtus enim aduo-
46 catus à nullo iniuſtas cauſas accipit, nec
uerba dare pro iuſtitia ſubſtinet.

Et tu eligas Aduocatum, qui te, non tua,
amat, & qui reiecta ſpe lucri, rectè con-
ſulet, Palm. diuerſ. iur. par. prima gloſ. 12.
num. 10.

Sed neceſſarium arbitror differere aliqua
concernentia ſalutem animarum aduo-
catorum, in quibus in dies decipimur,
& primo certum eſt aduocato deberi ſa-
larium, quod ęſtimationem non recipit,
& debetur etiam ſi cauſam perdidit, dum
in ea laborauit, Fab. Golin. in eius pulcr.
& vtil. tract. de procuratoribus par. 4.
capit. 5. numer. 42. & 44. ſed, ſi
47 cliens cum parte aduerſa ſe tranſegit,
debet ſalarium habere, nedum pro eo,
quod

quod laborauit, ſed iuxta qualitatem, &
conſuetudinem loci, quando .n. ex ali-
qua cauſa ſalarium promiſſum poteſt de-
negari, debetur iuxtà qualitatem, & fa-
cundiam Aduocati, qualitatem cauſæ,
ac regionis mores, Palm. diuerſ. iur. par.
1. gloſ. 15. num. 7. & 8. 40. & 41. & ſi ma-
gnum emiſit laborem, ex quo cauſa erat
magni præiudicii arbitrio prudentis vi-
ri remanet, ſi verò ex tranſactione, ma-
gnum euaſit laborem, ex quo cauſa erat
momenti non modici, iudex arbitrabi-
tur, Palm. cit. gloſ. 15. nu. 6. 7.
Et, ſi cliens litem renunciauerit, Palm. cit.
gloſ. 15. num. 3. diſtinguit; aut eſt facta
48 promiſſio, vt cauſam defenderet vſque
ad finem, & tunc, ſi cauſa erat in limine
expeditionis, ex quo iura erant produ-
cta, & nihil remanebat agendum, niſi ſen
tentiam proferre, & ſe tranſegit, præſu-
mitur facta tranſactio in fraudem, & de-
betur totum ſalarium.
Aut verò promiſſio fuit facta, nedum pro
defenſione cauſæ, ſed etiam pro victoria
49 & tunc debetur ſalarium; per aduoca-
tum enim non ſtetit, quòd iudex arbitrà-
bitur.
Si cliens conduxerit aduocatum per annũ,
tamen nullam habuit cauſam, an ſalariũ
50 debeatur? Palm. cit. loc. num. 5. ex illa
ante dicta ratione, quòd per aduocatum
non ſtetit, refert ſalarium deberi; Sed in
foro poli, & ſic conſciẽtiæ. *P.* Diana par.
1. reſol. moral. tract. 15. miſcellan. reſol.
42. hinc inde affert, & ex multis inducit
ſalarium deberi totum, ea ratione, quia
ſtante pacto inter eos inito, & mercede
conuenta, erat obligatus, & paratus cau
ſis inſeruire, neque potuit aliis aduoca-
re contra ſuum clientem.
Et Bouadill. tom. 2. politic. lib. 3. cap. 14. n.
63. ad med. in eandem inclinat ſenten-
tiam, in illis verbis; *Però ſeguramente*
51 *puede el Abogado lleuar el ſalario aunque*
el pleyto ſe concierte ò no ſe ſigua, ò la parte
52 *no tenga pleytos, por que como no falta por*
el Abogado de acodir à ellos, ſe le deue, pues
no falta por ſu culpa.
Idem proſequitur *M*egal. promptuar.
53 moral. verbo, *Aduocatus* num. 26. Ve-
54 rùm Dian. ibid. mediam viam amplec-
tendo in foro conſcientiæ remittit hoc
arbitrio boni viri, ſi integrum, debetur
vel diminuendum ſit ſalarium.
Et è contra, ſi plures habuerit cauſas, &
55 magni momenti, an augeatur ſalarium?
Megal. citat. loc. affert ſalarium eſſe au-
gendum.
Et, ſi cauſam iniuſtam tuetur, peccat mor-
taliter, & tenetur ad reſtitutionem, Me-
gal. cit. verb. Aduocatus num. 21. & cùm
56 Deum offendat, ſine lingua moritur, Bo
uadill. tom. 2. politic. cap. 14. num. 59. ad
finem.
Et defendens minus probabilem, ſimiliter
57 peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitu-
tionem, *M*eg. ibid. n. 23.
Et, an poſſit reiecta probabiliori, probabi-
lem ſequi? P. Diana part. 1. tract. 13. de
opinion. probabil. reſol. 4. pro affirma-
58 tiua concludit, verùm granum ſalis ad-
dit, vt teneatur certiorare partem de mi-
nori probabilitate, aliàs tenetur ad inte-
reſſe, quod etiam procedere affirmat in
59 cauſa ſanguinis, vel magni momenti, ſi-
cut eſt amiſſio bonorum, ea ratione, quia
ſicuti cliens in hoc caſu ſe tueri poteſt,
multò fortius, & Aduocatus, hanc ean-
dem opinionem approbare videtur, Me-
gal. cit. loc. nu. 22.
Quid autem ſi cauſa eſt dubia? & poſſe, ea
ratione, quia Aduocatus nec ſententiam
60 profert, nec iudicem cogit proferre, ſed
tantùm proponit, ſic affert Dian. cit. lo.
reſol. 6.
Quod an procedat in cauſa criminali, ita ut
parrocinando contra eum in cauſa cri-
61 minali dubia ſit excuſatus? & pro affir-
matiua concludit idem Dian. part. 4. tra-
ctat. 3. de conſcient. dub. reſol. 47. *An*
62 poſſit ſequi opinionem Cuiacey, *Ant.*
Fabr. & aliorum ſimilium? pro affirma-
tiua refert Diana par. 1. tract. 13 de opi-
nion. probabil. reſol. 5.
Et parrocinando contra reum, ſi mors ac-
cuſatoris, vel aliud quid ſimile ſequatur,
63 an incurrat irregularitatem? & pro ne-
gatiua affert Dian, cit. part. 4. tract. 2. de
irregularit. reſolut. 34.
Et defendens percuſſores Cardinalis in iu-
dicio

dicio incurrit in excommunicationem
64 minorem, ratione participationis cum
excommunicato, Mar. Alter. tom. 1. de
cenſ. lib. 5. diſp. 12. cap. 8. lit. E. fol. 641.
Sed an Aduocatus teneatur de leui culpa?
Galupp. in pract. Sac. Conſ. in prælud. n.
19. affert de leui culpa teneri, & ad reſti-
65 tutionem obligari, ſi cauſam perdit, im-
mò ſi eſt ignarus, tenetur de lata culpa,
& confeſſarius debet illum admonere,
Nouar. de grauamin. vaxall 233. num.
4. tom. 1. ex multis, quos refert, infert
66 Aduocatum non teneri de leui culpa,
etiam ſi ſe exponit periculo mortali in
leuem incurrendo amplectendo multi-
tudinem negotiorum, quibus fortè vaca-
re non valet, P. Dian. par. 1. tract. miſcel.
reſol. 59. contrariis reſpõdendo affirmat
non teneri in foro conſcientiæ ex culpa
leui, vel leuiſſima in officio, ſed tantùm
67 ex graui, quia nemo tenetur in officio
eſſe diligentior, aut prudentior, quàm
paſſim boni aduocati ſolent eſſe.
Ego verò ſequendo opinionem Ioan. de la
Cruz à Nouar. adducti, & à Diana reie-
68 cti, dicerem aduocatum, qui ad plures
cauſas paratum ſe exhibet defenden-
das vltra vires, & pluralitatem negotio-
rum, quibus eſt inuolutus, quibus non
ſic facilè vacare valet, mortaliter pecca-
69 re, ex eo, quia committit culpam leuem
propter illud, quod periculo morali ſe
exponit, & ex his, ſi cauſam amittit, ad
reſtitutionem teneri, ea ratione, quam
affert Sayr. Clau. Reg. lib. 10. tract. 2. c.
8. num. 11. quia huiuſmodi aduocatus
non poteſt eſſe diligentiſſimus, peritiſſi-
mus profeſſionis ex multitudine nego-
tiorum, nec in cauſa adhibere, quam viri
70 diligentiores, & peritiores in illa profeſ-
ſione adhiberent: ergo tenetur ad dam-
num ſecutũ, quod ei imputandum eſt.
Et ſi contingat, prout ſæpè occurrit, aduo-
catum eſſe à duobus ſalariatum, & inter
71 ipſos clientes oriatur lis, cui ex duobus
inſeruire tenetur? multi dicunt, quod te-
netur aduocare illi, qui iuſtam cauſam
fouet, Iacob. de Franch. in præl feud. nu.
218. Alex. in l. filius, §. ſi vir in quinquen-
nium, Ferrett. de re milit. fol. mihi 408.
Nouar. de grau. vaxal. to. 2. grau. 153. n.
10. affert teneri patrociniũ præſtare ei,
72 qui prius ſalarium ſibi conſtituit, & ſic
pro cliente anteriori, Bouad. concordat
tom. 2. polit. lib. 3. cap. 14. n. 56. ad med.
Reg. verò Rouit. in rubr. de procur. nu. 54.
conſuluit eſſe ab vtroq. abſtinendũ, & ſic
ſemper obſeruaſſe, cuius authoritate, &
doctrina ſic ego obſeruaui quando caſus
pluries occurrit; neutri .n. patrocinatus
fui, ſed quemquã ipſorum aduocatum
73 eligere iuſſi, prout in ſimili, ſi clericus
habet in duobus Eccleſiis beneficium,
neutrã adiuuare debet, Megal. cit. verb.
aduocatus, n. 12. ad quẽ recurre in ſimi-
libus, ſi vis eſſe tutus in conſcientia.
Vidi multoties aduocatos paciſcentes cum
clientibus de lite in certa ſumma, immò
74 etiam eccleſiaſticos, & religioſos aliorũ
ceſſionarios paciſci de quota lite, quod
alienum à iure, immò cauendũ eſt; huiuſ-
modi enim pactiones ſunt illicitæ, à iure
reprobatæ, Palm. cit. glo. 15. n. 42. & 43.
de Franch dec. 265. Nauar. conſ. 4. de
pact. lib. 1. Franc de Petr. conſ. 35. n. 23.
Maſull. ad Capic. dec. 11. n. 3. Megal. cit.
verb. aduocatus nu. 19. & denq. Bouad.
t. 2. polit. lib. 3. c. 14. n. 68. in illis verbis.
Aduertan muchos los Abogados de no haçer
conçiertos de Albriçias, ni de ventayas en
caſo de vittoria, ni de lleuar alguna parte
75 *del pleyto, porque ſo codicias deſordenadas*
y reprouadas por derecho, y a vn refiere
Pedro Gregorio citando à Rebuſo, que aſſi,
como el medico no puede obligar por con-
tratto al enfermo por la paga della cura, tan
poco el Abocado al pleytante por la de ſu
Abocaçia, por ſer fuerça, y opreſion.
Et pro complemento tu ſcis, quòd ex iura-
mento per nos præſtito tẽpore, quo gra-
dum Doctoratus ſuſcepimus, tenemur
adiuuare pauperes, & miſerabiles perſo-
nas, & pro eis in caſu eorum neceſſitatis
76 nunc ſcias, quòd ſi recuſamus noſtrum
præſidium, & patrocinium talibus præ-
ſtare gratis, & nulla mercede interuenien-
te, nedũ cogi poſſumus, verũ ẽt in pecca-
77 tũ incidimus, & tenemur in foro animæ
qñ ſalariũ à pauperib. pro patrocinio exi-
gimus, Palm. p. 2. gl. 7. n. 36. Nou. de gra.

vaxall,tom.2.grauam.173.num. 6. & 7.
quòd ſi inter aduocatos priuatos hæc
locum habent, tantò fortiùs procedere
78 affirmo in aduocato pauperum à Rege
ſalariato,qui,ſi recipiat mercedem à pau
pere ſibi datam, etiam ſpontè recipere
non valet, & contrarium agendo pecca-
ret,ſunt formalia verba Nouar.citat.loc.
nu.7.tu verò vide Megall.in 1.tom.prô-
ptuar.verb.aduocatus,nu.20. fol.61.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXII.

SVMMARIVM.

Mors quid ſit,& eius diffinitio, à numer. 1. ad 4.

Cadauer an poſſit impediri à creditore pro ſuo, credito,à nu.5.ad 8.

Sepulturã impediens quomodò puniatur,n.9.

Amplia, neque fiſcum poſſe impedire corpus mortuum debitoris, nu.10.

Amplia etiam ſi teſtator dixerit eius corpus non ſepeliri, nu. 11.

Amplia etiam in clerico,mortuo debitore, numer. 12.

Amplia etiam ſi debeatur legatum, vel decima,nu.13. & 14.

Amplia, vt hæres defuncti non poſſit conueniri intra nouem diem poſt mortem teſtatoris, nu.15.

Limita in vſurario publico, cuius corpus creditor detinere valet, nu.16.

Cadauer an poſſit excommunicari, nu. 17.

Cadauer occiſi emittens ſanguinem ex vulneribus,vel naribus, vel ore,an producat Inditium,& hoc à quo proueniat, à num. 18. ad 27.

M*Ortuo non prohibeas gratiam. Eccleſ. cap.7.num.38.*

Aſcent.ad Boet.de conſolat.lib. 2. proſ. 4.
fol.mihi 26.lit.A. dicit mortem eſſe om-
nium amariſſimum,quia omnia aſcindit,
omnia deuorat, ſicut vita eſt omnibus
1 dulciſſima; Petra in hac deciſ. num. 13.
dicit mortem dici à mordeo, quia mor-
det hominem, vnam partem ſeparando
ab alia;corpus terræ relinquitur, anima
verò tanquam immortalis, & pars prin-
cipalis dimittitur, & videtur diffinitionẽ
mortis dare, quæ variis modis diffinitur,
tamen ſumendo mortem pro ſeparatio-
ne animæ à corpore,eadem declarat, &
demonſtrat Petrarca in illis:

I' ſon colei,che ſi importuna,e fera
Chiamata ſon da voi e ſorda, e cieca,
Gente à cui ſi fa notte manzi ſera.

Et in illis. quibus ignota redditur,declara-
tur in aliis Poetæ carminis:

E vna donna inuolta in veſte negra,
Con vn furor,quale io non sò ſe mai
Al tempo de' Giganti foſſe in Flegra.

Conueniunt hęc,nam propriè dicitur mors
quando anima eſt à corpore ſeparata,
4 & corpus mortuum dicitur, quod anima
caret, iuxta illud Poetæ carmen:

Corpo ſenz' alma; e fonte ſenza humore.

De corpore mortuo ſiquidem tractatur in
hac deciſ.82. in qua Author poſt tot di-
5 ſcrimina rerum concludit creditorem
non valere ex cauſa ſui crediti non ſolu-
ti impedire corpus mortuum debitoris,
ne ſepeliatur,motus ex l. ne corpora, ff.
6 de religioſ.& ſumpt fun. aſſentit Petra
hic nu. 18. & Mari num. 1. & poſt iſtos
Matt.de iuriſd.par.2.cap.47.nu.3. fol.
mihi 278.& iterum par. 4. ca. 155. nu.
4.& ſeqq.Caualcan.de brach. reg. part.
4.num.379.& part.6.num.558. Caball.
conſ.205.Ant.Scapp.de iure non ſcript.
7 cap. 99.numer.6. & ſeq. Eruditus inter
ſcribentes Franciſ.de Petris Neapolita-
nus conſ.49.num.38. Lauor.variar. lu-
cubrat.tit.de priſco funerand.more cap.
1.nu.125.fol.56. Mauſon.de cauſ. exe-
cutiu.limitat.2.num.4.Farinacc. quæſt.
20.num. 152. nec eſt audiendus Angel.
in Authentic. Defuncto, ſubſtinens poſ-
ſe corpus mortuum impediri Iudicis
authoritate,ſi creditor habet inſtrumen-
8 tum liquidum, ad cuius inſtantiam poſ-

let

ſet debitor capi, nam ſequentes hanc
Angeli opinionem affirmatiuam, nedùm
falſam, verùm etiam ex Demone dignã
quam homine, vt exclamat Marta citat.
caſ. 155. num. 6. & 7. Farinacc. quæſt. 20.
num. 142. aſſerit opinionem Angeli eſſe
reprobandam, tanquam inhumanam, &
à charitate alienam, rationem aſſignat.
Author hic num. 3. ad finem, ad euitan-
dam peſtem, quam corpora mortuorum
inducunt. Ego autem aliam rationem
aſſigno, quia homo mortuus non dicitur
debitor, ſic ex multis affert *Marta* citat.
caſ. 155. num. 4. ea ratione, quia mors
omnia ſoluit.

Et hoc eſt adeò verùm, vt corpus mortuũ
ſepelliri impediens olim quinquaginta
29 libris auri mulctabatur, & hodiè cadit
ab actione, efficitur infamis, & tertia par-
te bonorum punitur, vt teſtatur *Author*
hic num. 4. quem ſequitur Caualcan. de
brach. reg. part. 6. num. 558. ad med. Fa-
rinac. cit. quæſt. 20. num. 143. Mart. cit.
caſ. 155. num. 3. & *Mauſon*. cit. loc. n. 6.

Amplia hoc procedere primò etiam in fi-
ſco, qui licet inſtrumentum liquidũ con-
tra debitorem habeat, non poteſt cor-
30 pus mortuum impedire, donec ſibi ſa-
tisfiat, Caball. caſ. 293. ex antedicta ra-
tione.

Amplia ſecundò, etiam ſi teſtator dixerit
eius corpus non ſepeliri, adhuc debet
31 ſepeliri, quia humanæ conditionis eſt,
vt ſepeliatur, Scapp. cit. cap. 99. num. 8.

Amplia tertiò, etiam in clerico, mortuo de-
32 bitore, cuius cadauer impediri non po-
teſt, Marta cit. caſ. 155. nu. 1. & ſeqq.

Amplia quartò, vt neque cadauer detineri
33 poteſt, ex eo quod legatum pium debe-
tur, Lauor. cit. loc. nu. 125.

Petra hic nu. 7. teſtatur non poſſe Parochũ
impedire corpus defuncti, donec ſibi ſol
uat, ex quo ſequitur alia ampliatio, vt
34 non poſſit impediri cadauer, etiam ſi de
cima debeatur, quam defunctus in vita
non ſoluit, Lauor. cit. loc. ſed hæredes
ſunt cogendi, vt ſoluant decimas à de-
functo non ſolutas, Nouar. conſ. 4. de ſe-
pult. li. 3. vide Petrã hic, vbi dat cautelã.

Amplia ſextò, vt hæres defuncti non poteſt
conueniri ad inſtantiam quorumcumq;
creditorum pro quauis cauſa intra nouẽ
dies à die mortis teſtatoris, nec intra il-
los peti debitum aliquod, & ſi interim
fuerit facta aliqua promiſſio, non valet
35 ratione funeris defuncti, quod debet ex-
pleri, Lauor. lucubrat. roman. tit. de pri-
ſco, & recenti funerand. more, cap. 1. nu.
124. fo. mihi 55. Et Ripa in trac. de peſt.
tit. de remed. præſeru. contrà peſtem nu.
105. hoc tempus nouem dierũ eſequia-
rum, nouenam appellat, & tempus incõ-
gruum ad aliquid peragendum. Et ex
noſtris Regnicolis Petra ad Grammat.
dec. 82. num. 19. rationem aſſignat cauſa
eſequiarum faciendarum, & ampliat, vt
fideiuſſor hoc tempore præſtitus ad ni-
hilum tenetur, & Franc. de Petr. conſi.
49. num. 42. affert hæredes, & coniun-
ctos teſtatoris non poſſe conueniri ante
nouem dierum curſum; tempus enim
iſtud potiùs lachrymis, & luctui applica-
ri poteſt, & debet, & ſi creditores intrà
tempus hoc egerint, nihil agunt.

Limita verò in vſurario publico, cuius cor-
pus poteſt creditor in eius domo pro-
36 pria habitationis detinere, Caualcan. de
brach. reg. part. 4. nu. 379. Anton. Scap.
de iur. non ſcript. lib. 3. cap. 99. nu. 7. vi-
de eundem Caualcan. par. 6. nu. 558. &
ex his oritur aliud quæſitum, an corpus
37 mortuum poſſit excommunicari, vide
Mar. Alter. in tract. de cenſur. tom. 1.
tit. de cauſ. excommun. lib. 3. cap. 3. per
tot fol. mihi 362.

Sed poſtquam cadaueris materiam ſum ag-
greſſus, ſi cadauer corporis occiſi coram
38 aliquo ſanguinem emittat, vt eſt gene-
ralis hominum ſermo, à quo prouenit, &
an fidem faciat. Perlegi plures caſus, &
pluries occurriſſe, & ſignanter die 5.
Martii 1639. in terra Sancti Felis; nam
Carolus de Stephano Terræ prædictæ
ictu ſcupitti occiderat Fratrem Ioannẽ
Tafaro min. conu. prope illorum mona-
ſterium, & poſt ictum emiſſum ad Eccle-
ſiã dicti cõuentus cõfugerat, & ad altare
maius ibiq; eo exiſtẽte corpus mortuũ
ad Eccleſiam prædictã fuit aſportatũ, vt
ſepeliretur, ſed capitaneus memor huius

doctrinæ, aſportauit homicidam propè cadauer, & homicida ad cadauer accerſito protulit hæc verba, *Ah? ſi benedetto non ſono ſtato io*: quaſi ſe excuſando, ſed Dei permiſſione verbis prolatis ſtatim ſanguis ebulliens è vulnere eructauit, quo per aſtantes viſo dixerunt infallibiliter fuiſſe ipſum homicidã, & extra Eccleſiam aſportarunt affines interfecti, cumque in capite vulnera intulerunt, ex quibus (ò mirabile quidem) infra viginti quatuor horas obiit, & ſuccedit euangelicum dictum, quod feciſti, hoc expectes, vnde ex hac ſanguinis emiſſione quæritur an fides aliqua adhibenda ſit contra eum, Martin. del Rio diſquiſit. magicar. lib. 1. cap. 3. quæſt. 4. verſ. Sexto cadauer, fol. mihi 12. dicit à multis aſcribi miraculo, alii aſſerunt prouenire ex illa antipatia, & vehementi odio in occiſorem, ex quo qualitas illa latens, & arcana eſt impreſſa corpori cum cadauere, & aff. ii Lucretii carmina, & iterum lib. 4. cap. 4. quæſt. 5. ſect. 3. fol. mihi 933 verſ. Octauum argumentum dicit diuino miraculo eſſe tribuendum, ex quo in illa ſanguinis emiſſione nulla cauſa ſuſpitionis eſt, Nouar. in prag. 37. de offic. magiſtr. iuſtitiar. num. 13. ad torturam iudicat ex pluribus, quos adducit,

Alii autem ex Petro de Apono in ſuo comment. ſup. problem. Ariſtot. part. 7 pro-
30 blem 6. col. 2. verſ. deinde, dicunt, quod quando occiſor inuadit occiſum, ex illa furia ſanguinis conſtringitur, & ex motu vehementi ab homicida in occiſo, adeſt fortis imaginatio, & ex hac imaginatione ſpiritus ſuccenſos eſſe, & quaſi ex
31 vehementi odio cum inimicitia cum deliquente, & quando indè viderit delinquentem, ſpiritus mouentur, & ex iſto motu in corpore occiſi vulnera ſanguinem emittunt, perturbantur enim ſpiritus ex inſitu naturali, & procedunt nedum vultus mutatio, & calor; verùm timor, & tremor; Vndè Doctor Franciſcus Antonius Ferigno eruditus caſum hunc ſimilauit videnti rem amatam, & hæc carmina protulit.

Cara mia Filli: il tuo gentil ſembiante,
Che mi ſembra del ciel: quel tuo ſereno
Sguardo, m'han punto dolcemente il ſeno;
Ne l'ardiſco ſcoprir, timido amante.
Al'apparirmi maeſtoſa auante
Te'n puot, laſſo, chiarir, che quaſi, meno
Vegno, e nel volto di pallor ripieno,
Qual più acceſo carbon; fioco, e tremante;
Che, ſi come la piaga il ſangue ſtilla
Nel morto corpo, s'hà preſente quella
Man, ch'in lui fera, e crudelmente aprilla:
Così à punto il mio cor, fida mia ſtella,
Verſa ſangue da gli occhi; arde, e ſfauilla,
Onde fù colto, in tua preſenza bella.

Quod dicitur indicium incertiſſimum, quaſi prodigioſum, immò, & remotum, &
32 pro inde non ſufficit ad torturam, Martin. del Rio cit. ſect. 4. num. 20.

Menocch. verò de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 128. refert fuiſſe quendam captum, tortum, confeſſum, & condemna-
33 tum ex illo ſolo, quod in eius præſentia vulnera interfecti ſanguinem emiſerunt, & plura exempla adducit, quem videre poterit,

Caualcan. de Brach. Reg. part. 3. nu. 104. motus ex Geneſ. in cap. 4. vbi ſanguis Abel clamat vindictam contra Caim
34 de terra, refert hoc practicaſſe, & inueniſſe cum interfectorem, & hoc inditium probat,

Farinacc. in tit. de delict. quæſt. 36. nu. 61. ex iſta ſanguinis emiſſione credibile, & proximum inditium oriri affirmat, & iterum quæſt. 52. num. 154. refert plures proceſſus vidiſſe, pluresuè fuiſſe captos, tortos, confeſſos, & condemnatos.

Verùm nu. 156. affirmat hoc inditium ſolum non ſufficere ad torturam; ſed alia
36 adminicula eſſe neceſſaria, vt tortura locum habeat;

Ego verò dico huic inditio, tanquam remotiſſimo, incertiſsimo, & nobis incognito in nihilo eſſe fidem adhibendam, ſiuè
37 dicere velimus prouenire ex natura, inſita, ſiuè antipatia, vt ſupra, ſiue diuina iuſtitia permittente. ex hoc inditio remoto verificationem delicti, & proindè

diſtin.

diſtinguendũ eſſe arbitror, aut hoc inditium ſolum viget, nempè, vt cadauer ſanguinem emiſit coram vno ex multis, qui interuenerunt, & tunc in nihilo afficit ei coram quo ſangnis fluxus eſt, aut verò adſunt alia inditia, etiam leuia, nẽpè ſuſpitio, vel aliqua cauſa inimicitiæ, uel fama publica, vel aſſentatio, vel alia, & tunc huiuſmodi inditium ex alijs adminiculis iunctis operatur, ut poſſit deueniri ad capturam eius, coram quo exiuit ſanguis, verum quoad torturam non firmo pedes, niſi alia grauia inditia concurrant, & hoc eſt, quod videtur annuere Gomeſ. num. 3. cap. 13. de tortur. reor. num. 15. & Fariuacc. cit. quæſt. 52. num. 156. vide Boer. deciſ. 166. Bertazol. conſ. 320. n. 5.

Ad *Auth.* n. 9. uide Capic. deciſ. 84.

Ad *Auth.* num. 16. ſequitur *M*aſcard. concluſ. 302. n. 15.

Heli ſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXIII.

SVMMARIVM.

Fructus an veniant in condemnatione, nu. 1.
Expenſa non petita an debeatur, num. 2.
Iudex omittendo condemnari in expenſis, an cenſeatur abſoluere, n. 3. *&* 4.
Actor, qui ceſſauit à lite arguit malam fidem, num. 5.
Et ſi cepit ordinariè, an poſſit extraordinariè proſequi, n. 5.
Et an in tali cauſa ſoluat expenſas, n. 6.
Si cumbit in una via, an ſit concedenda alia, num. 7.
Expenſa facta propter dotem, ad quem ſpectant, ad maritum, an ad vxorem à num. 12 *ad* 16.
Quid ſi vxor non habuit dotem, n. 13.
Expenſę factę in ſequeſtro cuius dãno fiunt, num. 17.
Expenſę factę in reaſumptione inſtrumenti ad quem ſpectent, diſtingue, num. 18. 19. *&* 20.
Expenſę factę per patrem in obtinendo beneficio ſuo filio, an deducantur in portione eidẽ filio tangente, vel in legitimam, n. 21.
Expenſę factę per patrem pro compoſitionẽ delicti commiſſi per filium, an computentur in legitima, n. 23.
Pater non erudiens filium, vel nullam artem ei conferens, an poſſit petere alimenta ab eodem filio, n. 23. 24. *&* 25.
Filius eſt quædam pars patris, & ab eo habet eſſe, n. 26.
Sententia, quę dicit condemnando, & ſic lata per gerundium, an valeat, n. 2.

E*T fructus terra dabit in tempore ſuo, Dauid pſal.* 1.

Supra deciſ. 79. ex Petr. Gregor. ibi citato dixi fructus à ferendo appellari, ideſt quicquid fert hereditas, & licet Varro aſſerat fructus à cauſa delectationis, tamen à fruendo teſtatur, & propriè dicitur omne illud, quod in fundo naſcitur, & à fruendo dicuntur, quia illis fruimur in tempore ſuo, conueniunt præcitata verba, Nunc in præſenti deciſione 83. quã ſequitur Muſcatell. pract. ciuil. par. 7. gloſ. condemnando nu. 81. & gloſ. condẽnare, num. 79. ſe affert illa quæſtio an ſpenſæ veniant in condẽnatione, ſententia enim non continens expenſarum
1 condemnationem, nõ eſt nulla reſpectu negotij principalis, ſed tantum reſpectu expenſarum, quando enim expenſę veniunt, vel actionis iure, vel promiſſionis vel conditione, ex lege non veniunt in ſentẽtia niſi facta reſeruatione, *M*uſcatell. cit. par. 7. gloſ. condemnando nu. 76. vide Mart. de Iuriſdict. par. 4. cent. 1. cal. 85. n. 28.
Et quando expenſę non erunt petitę, & iudex ad eas condemnat, ſententia eſt nulla, iudex enim non debet officium ſuum
2 impartiri in his, quæ priuatam reſpiciunt vtilitatem, niſi petatur, Muſcatell. cit. gloſ. condẽnando n. 88. vide Capic. dec. 111. *M*arant. conſ. 9 ad fin. ſed de Thoro vot. 28. num. 2. dicit, eſſe in arbitrio iudicis condemnare, vel abſoluere, vide ibid. num. 11. 12. & 18. & Muſcatell. cit gloſ. condemnando dicit, quòd ſi ſententia dicit condemnando, per gerundium,

dium, an valeat, n. 61. & 63.
Et ſi iudex omiſerit condẽnare in expen-
ſis, cenſetur abſoluere, *Afflict* deciſ. 42.
quem ſequitur Nouar. prag. 1. de expen.
ſis num. 3. & ſi non fuit appellatum, nõ
3 poterit iudex in ſecunda inſtantia con-
dẽnare ad expẽſas factas in prima inſtẽ-
tia Nouar. cit. prag. 1. de expenſis n. 17.
Et an iudex oblitus condemnare poſſit eo-
4 dem die addere condemnationem ex-
penſarum, vide Muſcatell. cit. gloſ. con-
demnando num. 78. qui num. 85. concor
dat cum Authore, hic num. finali ut ex-
penſę conuentionales non excuſent, etiã
ſi adſit iuſta cauſa litigandi.
Et ſi actor ceſſauit à lite arguit malam fi-
5 dem Io. Iacob. de *M*artin. conſ. 8. num.
76. & quando cæperit ordinariè, poteſt
extraordinariè proſequi, *Reg. V*alen-
zuel. conſ. 181. n. 1. vol. 2.
Et contra ſi actor relicta prima inſtantia in-
coauerit aliam, an ſoluat expenſas, de
6 Thor. tom. 1. comp. deciſ. uerbo, expen-
ſæ fol. mihi 199. mouet articulum, & ex
Mangrell. ibi relato refert fuiſſe deciſum
agenti de nouo obſtare exceptionem re
fectionis expenſarum.
Et e contra ſi actor ſuccubuit in vna via
7 eſt concedenda alia, dumodò noua pe-
tita non ſint in primo iudicio deducta,
ſic decilum refert de Thor. tom. 1. ver-
bo Actor. fol. 16.
Et expenſæ in lite propter dotem ſpectant
ad maritum, non autem ad uxorem, Taſ-
ſon. de *A*ntefat. verſ. 4. obſeruat. 2. num.
8 143 deducuntur, & minuunt dotem, Ca
pan. in tract. de releuio par. 2. quæſt. 15.
num. 34.
Et ſi poſt expenſas factas per maritum, ma-
ritus legauerit dotem uxori, an cenſean-
tur expẽſæ remiſſę, Molfes. ad conſuet.
9 Neapol. tom. 2. in addit. ad quæſt. 22.
par. 3. de ſucceſſ. ab inteſtato, nu. 17. diſ
tinguit, aut maritus fecit in fũdo neceſſa-
rias expenſas, deinde certam dotem uxo
ri legauit, ut quia mille recepit, & mille
10 legauit præſumitur remiſiſſe expenſas
factas in fundo dotali, aut uerò maritus
ſimpliciter dotem legauit, tunc ſunt ex-
pẽſæ deducendæ à dote, ſequitur *M*art.
tom. 1. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 7. artic.
11 1. num. 13. fol. 116. dũmodò ſint utiles,
& neceſſariæ, ex Nouar. in prag. 51. de of-
fic. procur. Cęſar. num. 7. nec hæres vi-
ri poteſt illas repetere, de Thor. tom. 1.
compend. deciſ. verbo, expenſæ, fol. 200.
12 col. 1. & ad materiam ſciendum, quod
expẽſæ factæ medicis, & in infirmitate
ſunt ſpecies alimentorum & deducuntur
ex dote, *M*art. tom. 4. de ſucceſſ. legal.
part. 4. q. 18. artic. 7. nu. 9 fol. mihi 177.
quæ ſi fiant vxori an ſoluat maritus,
an verò ex dote, Molfes. conſuet. Napo-
lit. par. 7. de iure quartæ q. 16. num. 20.
dicit expenſas funerum mulieris ad illũ
ſpectare, ad quem dos pertinet, & ſi mu-
13 lier non haberet dotem, nec patrem, qui
eſſet ſoluendo, tunc maritus tenetur in
honorem tranſacti matrimonii facere
expenſas funerum, hæc ſunt formalia ver
ba *M*olfeſij.
Verùm de Thor. tom. 3. comp. deciſ. uerb.
14 expenſæ fol. 413. refert expenſas factas
in vltima infirmitate vxoris, ſi infirmitas
fuerit longa, poſſe repeti à marito, etiam
diuite, ratio quia expenſæ funeris pręfer
tur omnibus creditoribus anterioribus,
& doti, & ſic decilum per S. C. refert,
idem, affirmat in 1. tom uerbo expenſæ
15 infirmitatis fol. 200. & iterum 2. tom.
verb. expenſæ fol. 205. ubi adducit, an
expenſæ aliarum pertineant ad maritum
Et ſi fiant huiuſmodi expenſæ filio familias
16 infirmo, pater illas ſoluere teneatur,
de Thor. tom. 1. verb. expenſæ fol. 200.
Verùm quando cõtingit fieri expenſas in
ſequeſtro, damno creditoris fiunt, Mau-
17 ſon. de. cauſ. executiu. ampliat. 37. num.
41. & ſimiliter quando caſſantur inſtru-
menta, & obligationes debent fieri ſump
tibus debitoris, quia cancellatio, & quie-
tatio pertinet ad beneficium debitoris,
vnde ipſe ſoluere debet expenſas, *M*on-
tan. in tract. de regalibus, tit. Argenta-
riæ, num. 21. tamen pro expenſis eroga-
tis in reaſſumptione inſtrumenti in carta
18 pergamina in caſu liquidationis eiuſdẽ
inſtrumenti, an ſpectet ad creditorem,
vel ad debitorem, eſt uidendus de Thor.
vot. 84 num. 445. & ſeq. ubi diſtinguit,
aut

aut liquidatur pro capitale, & tertiis, & debitor ſoluit iſtas expenſas, aut verò liquidauit pro tertiis tantum, & ſecus Ant. Scapp. verò in tract. de iur. nõ ſcript. lib.
19 4. cap. 38. affert, aut debitor ſoluit creditori ſtatuto tempore, & tunc non tenetur ſoluere huiuſmodi expenſas in reaſſumptione, aut verò non ſoluit tem-
20 pore definito, ſed patitur inſtrumentum liquidari, tunc ratione moræ tenetur ad ſolutionem talium expenſarum.

Sed vnum, in dies controuerſum, vidi, ſi pater pro obtinendo beneficio ſuo filio
21 aliquid expenderit, expenſę deducuntur in portionem eidem filio tangente, de Thor. tom. 1. compend. dec. verbo expenſæ fol. 200. col. 2.

Et ſi pater in eius vita ſoluerit aliquam sũmam pro compoſitione alicuius del cti
22 à filio commiſſi, non computatur in legitimam, vel portionem eidem filio relictam, ea ratione, quia, dum pater in eius uita ſoluit voluntariè præſumitur ſoluiſſe cauſa pietatis, & animo donandi ſinè ſpe repetitionis, Camill. de Medic. conſ. 167. num. 6. quod nota, ſic. ego dicebam in cauſa filiorum quond. Gugliel mi Paladini Montiſmilitum.

Et è contra ſi pater non erudierit filium,
23 vel nullam artem ei contulerit filius inde non tenetur alere patrem, exemplum habetur in cap. legant Epiſcopi 37. diſtinct. in Heli ſacerdote, per hæc verba Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit, ſed quia
24 filios ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correctione, ſupinus cæcidit, & mortuus eſt, & fuiſſe ſancitum in lege ſolonis teſtatur Plutarc. in eius vita, ſequitur Mart. tom. 4. de ſucceſſ. legal. part. 4. q. 18. artic. 7. n. 11.

Pater enim tenetur filium erudire, & deducere ad bonum eſſe, & quando deducit ad optimum eſſe, nempè ad ſtatum religionis, eſt magis comendandus, & remu
25 neratione dignus, ut dixi ſupra deciſ. 1. num. 28.

Filius enim eſt pars quędam patris, & ab eo
26 eſſe habet, & pater coniungitur filio, tanquam, cuidam parti ſuę eſt enim filius, quaſi pars quędam patris, & coniungitur filio per reſpectum ad illum tanquam ad ſuum effectum, pertinet autem ad cauſã, & principium, ut influat, & communicet bonum effectui ſuo, & illum promoueat, & perficiat, hæc ſunt formalia verba, Sayr. Clau. Reg. lib. 7. cap. 5. n. 16.

Heliſęus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXIV.

SVMMARIVM.

Chirographus quid ſit, n. 1.

Apoca, & antapoca quid ſit, an differant, nu. 1. & 2.

An differant cum Chirographo, n. 4.

An ueniant appellatione inſtrumenti, ibidem

Apoca priuata nullam fidem facit niſi cognoſcatur, vel verificetur, n. 5.

Quando debeat recognoſci, vel verificari à n. 6. ad 13

Negans apocam, qua pœna punitur, num. 14. & 15.

In recognitione apocę, an cadat remiſſio cauſæ ad Baronem, & quomodo, & in quibus caſibus à n. 16. a 18. & n. 25 & 26.

Quod in apoca bancaria, n. 19. 20. 21. & 22.

Recognitio quando fieri debet, n. 23.

A decreto, vel precepto, quod apoca recognoſcatur an cadit appellatio, n. 24.

Recognitio poteſt fieri per procuratorum tamen cum ſpeciali mandato n. 27.

Apoca præſentata tempore liquidationis inſtrumenti, vel accuſationis obligationis an impediat liquidationem à n. 28. ad 31.

Apoca ſolutionis, & alia promiſſio ſolutionis eadem die facta, quæ preferatur, n. 33

Ad apocam recognoſcendum, currit decenniũ veluti in obligationibus penes acta, & de ratione, nu. 36.

Si eſt tribus teſtibus recognita præfertur creditoribus inſtrumentariis poſterioribus num. 35.

Facta per clientem Aduocato pro patrocinio non probat niſi conſtet patrocinium præſtitum, n. 34.

Sub

SVb chirographo dedit illi memoratum pondus argenti, Tubias, cap. 1. n. 17.

Seneca lib. 2. de beneficijs cap. 1.n. 102.
& ſeq. hęc uerba profert.
*Quidam noluñt nomina ſecũ fieri, nec interpo-
ni parariós, nec ſignatores aduocari, nec chi-
rographũ dare idem faciunt, qui dant ope-
ram vt beneficiũ in ipſos collatũ quã ingna-
tiſſimum ſit, verentur palam ferre ut ſua
potius uirtute, quàm aliena adiutorio con-
ſecuti dicantur.*

Quaſi quod conquæratur de eis, qui alienas
pecunias ſuſcipiant, & chirographum
dare contendunt, chirographus enim
eſt ſcriptura quam nos apocam voca-
1 mus, quæ fuit inducta ad fauorem credi-
toris, & ad euitandam oppoſitionem de-
bitoris, vel debiti negatiuam, ut ex præ-
citatis uerbis colligitur, & licet differant
apoca, & antapoca, illa enim eſt ea ſcrip-
tura, qua creditor confitetur pecuniam
2 ſibi ſolutam; creditor enim recipiens ſa-
tisfationem tenetur facere apocam de
recepto ad beneficium debitoris ſoluẽ-
tis, Nouat. tom. 2. de grauam. Vaxallor.
cap. 178. num. 1. & ſeq. iſta eſt ea, quã
debitor ſe debitorem creditori aſſerit.
differentiam affert P. Megal. in prontuar.
3 in verbo, apoca, folio mihi 143. uel anta-
poca dicitur de ſoluto, apoca verò de re-
cepto, Fontanell. de pact. nuptialib. tom.
2. clauſ. 14 & final. gloſ. vnc. num. 2. par.
1. nec elaborabo afferre eff ctus apocæ,
& quo iure ſit introducta, nam Nicol. Ge
nua affert in tract. de ſcriptura priuatã
quæſt. 1. num 3. & 4.

Et licet videantur termini differentes chi-
4 rographus, & apoca tamen idem dicun-
tur, ut *M*egal. refert, & apoca venit ap-
pellatione inſtrumenti, Coſta in tractat.
de retro act. cap. 2. num. 16. & Ego quã-
uis ſupra deciſ. 34. num. 24. & ſeq com
parationem literarum aduxi tamen in
hac deciſ. 84 in qua de apoca probatio-
ne, & fide diſſeritur utar illo verbo apo-
ca tanquã communi, & frequentiori ſer
mone.

Et eſt ſciendum, quòd apoca priuata nullã
fidem facit, niſi probetur, & verificetur,
vel recognoſcatur l. inſtrumẽta, & l. exẽ-
plo, cod. de probationibus, & cap. 2. de
fide inſtrumentorum ſequitur, *M*aſull.
ad capic. deciſ. 86. nu. 3. & ea recogni-
5 ta habet executionẽ paratam, Capo-
blanc. tom. 2. cap. 92. n. 13.

Recognitio verò ipſius eſt facienda, iuxta
6 practicam poſitam per *M*ele ad Gizza-
tell. deciſ. 48. num. 16. & ſeq. & ſunt con-
ſiderandi plures caſus.

Primus, aut teſtes in apoca deſcripti dicunt
habere notam manum, & non probant,
7 ut refert Auth. hic ex Aff. ict. ibi allegat.
& ſequitur Mart. vot. 45.

Secundus, aut teſtis deponit vidiſſe ſcribe-
8 re, & adfuiſſe tẽpore quo debitor illam
ſubſcripſit, & plenè probat, ut *A*uth. hic
affert ex *Aff*. ict. ibi allegato, & ſequitur
*A*nna allegat. 85. Ioſeph Ludouic. deciſ.
Peruſ. 7.

Tertius, aut eſt unus teſtis, qui deponit vi-
diſſe ſcribere, & cum eo concurrit com-
9 paratio literarum, & plenè probat, An-
na allegat. 85. num 6. & Ioſeph Ludouic.
cit. deciſ. 7.

Quartus, aut apoca eſt ſcripta aliena manu,
ſed à debitore ſubſcripta in illis verbis
ex communi practica ſolitis, *Io tale de ta*
10 *le cõnfirmo vt ſupra*, habetur, ac ſi debitor
ſubſcribens totam ſcripturam ſcripſiſſet,
Molfes. tom. 2. conſuetudin. Neapol.
part. 8. tit. de conſenſ. mulier. quæſt. 4. à
n. 6. ad 9. fol. mihi n. 234.

Quintus caſus, aut apoca non eſt ſcripta, ne-
que ſubſcripta à debitore, ex quo ſcribe-
11 rè neſciebat, ſed tantùm aliquis aſſerat
ſcripſiſſe de mandato illius debitoris ſcri
bere neſcientis, uiddi multas apocas anti-
quas ſub hac forma, & fuit in dies dubita
tum ſi aſſertio ſcriptoris probationem fa
cit ita vt pręiudicium inferat debitori, cu
ius nomine illa aſſeruit ſcripſiſſe, & tunc
eſt diſtinguendum, aut tantum ſcriptor
aſſerit ſcripſiſſe de illius mandato abſque
tamen præſentia teſtium, & tunc nõ pro
12 bat niſi conſtet de mandato, Dec.
conſ. 510. num. 2. *M*arſil. in rubric. de
probation. num. 188. & iter. in practic.
crim. §. diligenter num. 39. & iter. ſign.
471.

471. Anna ſing. 41. aut verò cum aſ-
ſertione ſcriptoris adſunt teſtes duo, vel
tres cognoſcentes, & tunc plenam
fidem faciunt, & probant, Regens
Tapia in Pragmatica 63. de offic. Pro-
curatoris Cęſaris numer. 3. & 4. quem
ſequitur Thoro tom. primo compen.
deciſ. in verbo apoca fol. mihi 41.
col. 1.

Verùm ſi factis omnibus actis pro reco-
gnitione, & debitore non comparente
interponitur decretum, quòd habeatur
pro recognita, habet effectum exe-
cutiuum pro vt ſi recognita fuiſſet, Reg.
Valenzuel. conſ. 112. numer. 2. vol. 2.
Reg. Rouit. Prag 63. de officio Procu-
ratoris Cæſaris numer. 37. qui ampliat
procedere ſi tantum ſit ſubſcripta ma
nu Creditoris, & antea dixerat, Franch.
deciſ. 502. quem ſequitur Rota Ge-
nuenſ, deciſio. 208. numero primo
dummodo præcedat trina monitio, &
non vna pro tribus, Maſull. ad Capic.
deciſio 139 num. 12.

Sed occurrit dubium ſi citatus debitor ad
14 recognoſcendum apocam negauerit eſ-
ſe ſcriptam, vel ſubſcriptam ſua manu,
vel de eius ordine indè à creditore per
teſtes fuerit conuictus, quid iuris? tex.
in Authen. contra qui propriam, cod. de
non numerata pecunia pęnam induplum
ponit, Campagn. verò in capitul. Regni
pro bono ſtatu num. 12. affert debito-
rem negantem amittere beneficium ex-
ceptionis non numeratę pecunię con-
cordar, Galter. de liquidat. inſtrumen-
tor. tit. vel reaſſumptum num. 46. hodie
15 verò per prag. ſecundā de negantibus
mutuum punitur pro apoca cambij,
vel bancorum ad rationem decem
pro centenario, pro apoca uerò priua-
ta ad rationem quinque prò centario,
quòd nota quia in dies euenit, & euenire
poteſt.

Et ſi fuerit debitor citatus ad recognitio-
16 nem apocæ, & citatus petierit remit-
ti ad ſuum Iudicem, an debeat remitti
quęſtio quotidiana eſt, & in dies heſi-
tari contingit, an debeat remitti, Cara-
uit. Rit. 54. pro negatiua affert, ut non
remittatur, quia eſt reſeruata hæc
præheminentia M. C. V. quem ſequi-
tur Capoblanc. prag. 8. part. prima
numer. 83. & ſeq. & quatenus deberet
remitti, eſt remittenda apoca recognita,
& ad illum Baronem, qui clauſula in
ſuo priuilegio potitur d'Angel. ad Fol-
ler. practic. crim. titul. capiat in forma-
tionem numer. 7. Capoblanc. cit. loc.
18 numer. 84. quod intellige dummodo
prius apoca ipſa recognoſcatur, Carauit.
& Capoblanc. ibid. ea ratione quia cum
recognitio ſit tempore peritura, debet
ante omnia fieri, & apoca recognoſci de
Franch. deciſ. 190. numer. 3. Moſcarell.
practic. ciuil. part ſecunda gloſ. compe-
tentes num. 99. & ſeq.

Regens Rouitus prag. 63. de officio pro-
curatoris. Cęſaris numero 38. & ſeq.
diſtinguit, aut ſumus in apoca priuata
aut vero bancaria, ſi primo caſu, ſunt
diſtinguendi tres caſus, aut remiſ-
ſio petitur ante factam recognitionem,
& non eſt remittenda, ſecundus aut re-
cognitio eſt facta negatiua, aut affir-
matiua. Tertius aut remiſſio per Con-
uentum petitur.

Si verò ſecundo caſu ſumus, & ſic in apoca
19 bancaria, tunc varię ſcribentium fue-
runt ſententiæ, nam alij putabant eſſe fa-
ciendam diſtinctionem nempe ſi petitur
à Barone habente clauſulam talia co-
gnoſcendi eſſe concedendum, ſi vero à
debitore citato petatur, ſecus erit.

Vnde ad ſedandas huiuſmodi Controuer-
20 ſias fuit emanata pragmatica die 13.
Ianuarii 1588. quæ eſt 63. d'officio pro-
curatoris Cęſaris §. 6. qua cautum
eſt, vt in apocis Bancarijs recognitis
prius, vel legitimè probatis debitores
non audiantur niſi facto depoſito in publi-
co Bāco vel ſe in uinculis conſtitutis, ac
ſi inſtrumentum via ritus eſſet liquida-
tum, vel obligatio penes acta eſſet incu-
ſata, Galter. de inſtrum. liquidat. tit. in
publica forma numer. 46. apoca enim
Banchi continens depoſitum dicitur ve-
rè, & realis ſolutio, Conſiliarius Mer-
linus controuerſ. Forenſ. capit. 82. nu-
mero 5. cuius diſpoſitione, non obſtante

tauillationibus Incumbẽtes aſſerebant eſſe adhibendam ſupradictam diſtinctionem, pragmatica enim non facit mentionem de Barone habente tale Priuilegium petente, qua de re ad omnem difficultatem tollendam maturè negotio diſcuſſo fuit per S. C. die 28. Septembris 1616. interpoſitum decretum, quod videtur cõforme diſpoſitioni ſupradictę Pragmat. nempè, vt in Apocis Bancariis non admittatur declinatoria fori, ſiue ap
31 ponatur à Barone, ſiuè ab alia curia virtute quorumuis priuilegiorum, niſi poſt apocas recognitas, aut legitimæ verificatas fuerit factum depoſitum per debitorem conuenium, vel ſe conſtituerit in vinculis, tenorem cuius decreti inſertum reperies in pragmatic. 2. de remiſſionibus cauſarum, & Iterum repetitum habes per Reg. Rouit. in cit. prag 63. de officio procuratoris Cæſaris nu. 49. quod intellige nedũ in apoca ſcripta, vel ſub ſcripta manu debitoris, verùm etiam, & in ea de manu alterius ſcripta, ſed de ordine debitoris neſcientis ſcribere, tribus teſtibus notata illam recognoſcentibus, Galrer. in tract. de inſtrument. liquidat. tit. in publica forma, numer. 46. ad finem.

Et ad intelligentiã quæſiti ſi Baro cauſæ remiſſionem petierit virtute ſuorum pri-
32 uilegiorum procedere in apocis priuatis, in quibus datur remiſſio Baroni habẽti facultatem in priuilegio de cognoſcendis ſcripturis propriæ manus, & non autem in apocis bancariis, vt affert Reg. Rouit. cit. loc. num. 40.

Et recognitio poteſt fieri quandocumque, etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt
33 citationem ad dicendum, verum quando contingit fieri poſt concluſum, concluſio reuocatur, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 85. num. 5. & recognitio debet fieri integra apoca exhibita, Franch. deciſ. 304. Reg. Rouit. in pragm. 8. de falſis num. 2. Coſta in tractat. de retroaction. cap. 9. caſ. 6. num. 18. licet Coſta in tractat. de re integra diſtint. 12. fol. mihi 322. allegat recognitionem deberi fieri antequã aliquod ius acquiratur creditori, & ſic in præiudicium creditoris nempè, vt non ſit per creditorem ad alium actum proceſſum, & poteſt cogi minor illam recognoſcere etiam ſine curatore, Reg. Rouit. in prag. 63. de officio procuratoris Cæſaris nu. 37.

Et à decreto lato, ſeù præcepto, vel mandato relaxato, vt apoca recognoſcatur, non datur appellatio, ex quo debitor recognoſcens non grauatur, ſed tantum interrogatur, Coſta cit. loc. num 19. & iterum in tit. de re integra diſtinct. 72. n. 1. & aliud conſequens eſt aduertendum, vt ſi debitor citatus recognoſcat, & poſt
34 recognitionem opponit quid friuolum, nempè ſolam cauſæ remiſſionem, & tunc non remittitur, præſuponitur cauſa dilationis oppoſuiſſe, ſecus uerò, ſi cum remiſſione cauſæ alias exceptiones oppoſuerit, & tunc quia altiorem indaginem requirunt, & termino indigent, remittitur, Carauit. tit. 54. num. 2. Capoblanc. citat. pragmatic. octaua, part. 1. numer. 83. Regen. Rouit. citat. loc. numer. 42. & 43.

Verùm ſi petatur à Barone habente priuilegium etiam ſi aliud non opponat, debet remitti, Rouit. ibidem num. quatragelimo.

35 Recognitio verò non poteſt fieri per
36 procuratorem ſine ſpeciali mandato
37 Fab us Golinus in pulchro tractat. de procurat. part. ſecunda, cap. quinto nu. 140.

Sed unum dubitari contingit ſi tempore
38 incuſationis obligationis, vel liquidationis inſtrumentorum, debitor allegat ſatisfactionem, & oſtendat apocam manu creditoris ſcriptam, vel ſubſcriptam, an impediat liquidationem, & ſunt diſtinguendi duo caſus, quorum primus, aut apoca ſatisfactionis producta eſt ſcripta, vel ſubſcripta manu creditoris, & tũc quia in inſtanti in eodem actu apparet ſatisfactio per ſubſcriptionem manu creditoris cogitur creditor ad recognoſcendum, & pendente recognitione ſuperſedetur in cauſa.

Et

Et ſi creditor ſuam manũ, ſiuè ſubſcriptionẽ negauerit, & cautelatus debitor produxerit inſimul multas alias apocas, ex
29 quibus poſſet verificari, & quædam cõparatio literarum induci, tunc liquidationem impedit, & datur terminus ad recognoſcendum.

Secundus caſus ſi apoca eſt ſcripta ab alio, & ſubſcripta à teſtibus tunc non videtur promptuaria probatio, ſed verificatione indiget, debitor carceratur, & in vincu-
30 lis docebit de ſatisfactione pulchrè hęc omnia congerit, Galter. de liquidat. inſtrument. tit. aut facta liquidation. num. 40.

Verùm ſi fuerit præſentata apoca antiqua nullo tamen adminiculo roborata quam
31 uis Iaſon. & DD. in l. admonendi, & Roland. conſ. 26. vol. primo, velint nullam probationem inducere, tamen ratione antiquitatis ſemiplenè probat, Io. de Amic. con. 25. num. 23. & ſeq.

Poſſunt tamen partes conuenire, vt apoca priuata tranſeat ex earum voluntate in vim publici inſtrumenti, quando apponunt verba illa vz. *Vogliono dette parti*
32 *queſta poliſa habbia effetto, e forza come ſe foſſe publico inſtromento*, vel alia, *Con la preſente poliſa priuata valitura come foſſe publico inſtrumento*, vel alia ſimilia Farinacc. dec. 98. Ricc. 1794. & nouiſſimè Nicolaus Genua in tractat. de ſcriptur. priuat. lib. primo, quæſt. quarta, numer. 46.

Et, ſi reperitur aliqua apoca continens ſolutionem ad beneficium debitoris ſoluẽ-
33 tis, & eadem die reperitur alia promiſſio cenſetur facta apoca liberationem continens intuitu promiſſionis, & è contra, Thero ad Regent. Salernitanum allegat. 20. num. 33. ſic ego dicebam in apoca præſentata contra Marcum Aurelium Conte cum illis de Viglione.

Apoca, quam cliens facit aduocato, vel procuratori pro patrocinio præſtando non
34 probat niſi verificetur fuiſſe patrociniũ præſtitum, Molfeſ. tom. 2. in conſuetud. Neapol. part. 8. quæſt. 4. num. 12. quod tenementi, quia in dies euenit.

Tamen ſi apoca eſt ſubſcripta manu debitoris, & trium teſtium recognoſcentium
35 præfertur creditorib. inſtrumẽtariis poſterioribus, Carauit. ad titul. 167. numer. 26. Petra ad Capic. deciſion. 78. litera D.

Et pro coronide nolo omittere, quod ad recognoſcendum apocam currit decen-
36 nium à die factæ apocæ, non enim debet eſſe maioris conditionis ſcripturæ priuatæ in tantum, quod recognitio debet fieri intra decennium, & eo tranſacto agitur ordinariæ, Reg. Valenzuel. conſ. 112. num. 34. vol. 2. Nouar. quæſt. forenſ. tom. 2. quæſtion. 64. qui ampliat procedere etiam in apocis Bancariis, quæ decennio elapſo non habet executionem paratam: Regia enim pragmatica non affert maiorem facultatem, neq; vim apocis Bancariis, quàm inſtrumentis, & obligationibus penes acta.

Non omittam denique adnotare poſſe opponi exceptionem hoſticam aduerſus apocam bancariam, refert de Thoro tomo 2. compend. deciſ. verb. exceptio hoſtica fol. mihi 188.

Quomodo autem ſit facienda recognitio apocæ banco directæ vide Regen. Sanfelic. dec. 156. vol. 2.

Heliſaus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXV.

SVMMARIVM.

*Spoliatus propter bellum, vel aliud infortuniũ
1 non conuenitur, niſi in quantum facere po-
teſt, nu. 1.*

*Spolij exceptio opponitur poſt litem conteſta-
tam, num. 2.*

*Admittitur, quando conuenitur ab eodem, à
quo fuit ſpoliatus, nu. 3.*

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, n. 4.

*Fallit in muto, ſurdo, claudo, & clerico, nu-
mer. 7.*

*Fallit ſi ſpoliatus in continente recuperet, nu-
mer. 8.*

*Fallit ſi notoriè non conſtat de iure ſpoliari,
num. 9.*

*Fallit ſi ſpoliatus eſſet de oppido, vel caſtro,
num. 10.*

Spoliare nemo alterum poteſt de facto, n. 5.

*Spoliatus debet poſſeſſionem præcedentem pro-
bare, & etiam ſpolium ſecutum, nu. 6.*

*Spoliatus iuriſdictionẽ à Principe non eſt re-
ſtituendus, ſed de petitorio cognoſcendum,
quia in iuriſdictionalibus, Princeps habet
intentionem fundatam. nu. 11.*

L*Ætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui
inuenit ſpolia multa, Dauid Pſal. 118.
num. 162.*

Seneca lib. 1. de clementia nu. 119. ſic pro-
fert, *Maluit enim illum honorem vocari
quàm ſpolium.*

Et in hac deciſ. 85. Author noſter de ſpolio
tractat, quem ſequitur Staib. con. 12. nu.
29. vbi infert ſpoliatum propter bellum,
vel aliud infortunium non eſſe conue-
niendum niſi in quantum facere poteſt,
vndè de ſpolio aliqua adducere con-
1 gruum videtur, cuius exceptio poteſt
opponi poſt litem conteſtatam, Anton.
2 de Padill. in l. 1. cod. de iur. & fact. igno-
rant. num. 36. & admittitur quando con
uenitur ab eodem, à quo fuit ſpoliatus,
3 Thor. tom. 1. verb. exceptio ſpolii, folio
184. col. 2.

Regula, inquam, ſe habet vt ſpoliatus ſit
ante omnia reſtituendus, cap. reintegran
4 da 3. quæſt. 1. Gabriel. cõmun. opinion.
tit. de reſtitut. ſpoliat. concluſ. 1. capit.
Regni grauamina, & ibidem Campagn.
nu. 23. Menoch. de recuperand. poſſeſſ.
remed. 1. nu. 324. quod procedit etiam
ſi ſpolians reſcriptũ Principis obtineret
Frãc. Salernus Siculus eximius Doctor
conſ. 46. num. 3. parte prima.

Et cum ſpoliatio ſit odioſa, Reg. Valenzuel.
con. 151. num. 76. vol. 2. ſequitur illa pro
5 poſitio, vt nullus poſſit propria authori-
tate alterum ſpoliare, non enim iure per
mittitur, ſed requiritur citatio, Marta
de iuriſdiction. part. 2. cap. 5. numer. 39.
& eſt inducta in fauorem ſpoliati, & in
odium ſpoliatoris, Mart. cit. loc. nu. 38.
& ſpoliatus debet poſſeſſionem præce-
6 dentem probare, & etiam ſpolium ſecu-
tum, Gratian. dec. March. 9. numer. 15.
quod ampliatur procedere etiam in eo,
qui ſpoliatus eſt libertate, qui adhuc re-
ſtituendus eſt, Io. Iacob. de Martin. con.
22. nu. 6. quod limitatur in infraſcriptis
caſibus, vz.

Primò, in muto, ſurdo, claudo, clerico, &
7 aliis, Staib. con. 58. nu. 3. & ſeq.

Secundò, ſi ſpoliatus in continenti recu-
peret, licitum eſt enim ſpoliato inconti-
8 nenti recuperare, & ſpoliare, Mele ad
Gizzarell. deciſ. 53 num. 27. ex Menoc.
ibidem relato.

Tertiò, fallit ſi notoriè conſtat de non iure
ſpoliati, non eſt reſtituendus, Egid. Bel-
9 lamer. deciſ. 404. Puteus dec. 284. lib. 2.
videtur tamen contra hanc fallentiam,
Gratian. deciſ. Marchiæ 100. vbi habe-
tur, vt etiam ſi eſſet iniuſtè ſpoliatus etiã
per Iudicem eſſet reſtitutus, debere re-
ſtitui, adeò quod ante reſtitutionem nul-
la debet opponi exceptio etiã ſi adiudi-
catio confirmari petatur, Necuſant. in
tractat. de pignor. membr. 2. part. 2. num.
22. Soccin. conſ. 12. volu. 1. Boer. deciſ.
283. num. 4. Campagn. ad cap. Regni
ſubditorum num. 33. Dec. con. 125. Ma-
rant. conſ. 10. num. 39. Anna allegat. 7.
vide Authorem noſtrum con. ciuil. 86.
num. 5. Cepolla conſ. ciuil. 19.

Limita 4. non competere reſtitutionem ſpo
10 liato de oppido, vel de caſtro, permit-
titur enim inuaſori retentio, quod am-
pliatur etiam ſi caſtrum, vel oppidum
non ſit adeo munitum Reg. Galeot. tom.
1. controuerſ. a. n. 35. & 37.

Et ſi quis fuerit à Principe ſpoliatus iuriſ-
dictione an ſit reſtituendus Reg. Tapp.
deciſ. ital. 23. num. 4. aſſerit non eſſe reſti
tuendum, ſed prius de petitorio cogno-
11 ſcendum, & rationem aſſignat, quia in
iuriſdictionalibus Princeps dicitur habe-
re fundatam intentionem, lex enim in iu-
riſdictionalibus Principi aſſiſtit, contra-
rium tamen affert *Marta* de iuriſdion.
part. 2. cap. 5. num. 40. & ſeq. & de ratio
ne ibidem.

Et de pertinentibus ad ſpolium vide omni-
no Camill. de Medic. conſ. 33.

Petra hic num. 11. & ſeq &. mari hic num.
7. & ſeq. querunt an paupertas excuſat,
& in quibus de quo ego multa in meo 2.
tom. tit. de elect. for. cap. 7. ubi te re-
mitto.

Petra hic num. 9. concludit pauperi eſſe fa-
cienda acta gratis de quo ego latius in
meo 1. tom. tit. de contumace cap. 3.
per. tot.

Heliſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXVI.

SVMMARIVM.

Inimicitia grauis, vel magna, ſiue leuis, quę ſit, & quæ cõcurrere debẽt, ut cõſtituatur, & quis dicatur inimicus, ita ut à teſtificando repellatur remiſſiuè n. 2.

Inimicitia oppoſita in cauſa criminalij contra teſtes, an ſuperſedeatur in tortura, remiſſiuè num. 1.

Teſtes deponentes ſuper monitorijs, timore ex-comunicationis, & quã fidem faciant, n. 3.

Monitoria non poſſunt relaxari, pro verificatione delictorum, ſiue extorſionum, conceduntur tantum in ſubſidium, pro inueniendis rebus deperditis & ſic ciuiliter, ſic declaratũ per ſacram Congregationẽ Cardinalium, n. 4.

Si vera eſt illa ut fruſtra fiant per plura. quæ
per pauciora adimpleri poſſunt, non me
oportet in hac deciſ. 86. elaborare dum
de contentis in ea, & an oppoſita inimi-
cia contra teſtes in prõptu ſit ſuperſedẽ.
1 dum in cauſa, & etiam in tortura abundè
dixi in meo 1. tom. tit. de poteſtat. ad
mod. bell. cap. 6.

Et de eo, quod Author hic, Petra, & mari
tractant. nempe, quæ dicatur inimicitia
grauis, vel magna, & quę leuis, & quę
2 concurrere debent, ut conſtituatur, &
quis dicatur inimicus ita ut à teſtificãdo
repellatur, latè dixi ſupra deciſ. 33.

Et de alio quam fidem faciant teſtes depo-
nẽtes, & ſic reuelantes ſuper monitorijs
3 timore cenſuræ latè dixi in 1. tom. tit. de
teſtib. cap. 2. per tot. & de his paucis hic
ero contentus.

Sed unum aduertendum puto, ut monito-
ria non poſſint relaxari quando tracta-
tur de verificatione delictorum ſiue ex-
4 torſionum, ſed tantum in ſubſidium pro
rebus deperditis inueniendis, & ſic ci-
uiliter, ſic fuit per Sacram Congregatio
nem iniunctum Archiepiſc. Lanciani uir-
tute literarum, ſeriem quarum inſerere
libet.

*Al Reuerendiſſ. Sig. come fratello Monſigno-
re Arciueſcouo di Lãciano locus ſigilli, intus
uero, Reuerendiſſ. Sig. come fratello li moni-
torij quali con pena di ſcomunica à fine di re
uelatione non ſi hanno dà concedere ſe non
5 in ſubſidio cõtro perſone incerte per ritrona
re le coſe perſe rubate ciuilmente doue l'equi
tà lo detti, & con le conditioni che ricerca il
Sacro Cõſilio di Trento, & una cõſtitutione
ſopra ciò fatta dalla sãta memoria de Pio
quinto, & eſſendoſi inteſo, che in occaſione
del ſindicato, che ſi fa contro. D. Ful-
uio Caracciolo Gran Gouernatore della cor
te di ſua Santita ne ſia uſcito un ſimile per
ritrouare l'eſtortioni, & altri eccesſi che ſe
6 pretendono contro il detto de ordine de
queſti miei Sig. Illuſtriſſ. della ſacra Con-
gregatione ſo la preſente per aduertirla à
volere ordinare, che ſopra il ſudetto monito
rio non ſe proceda più auanti, & ſe ſi ne fuſ
ſe reuelato ſe habiano à tenere occulte fin' ad
altro ordine delle ſignerie loro Illuſtriſſime*

conuen-

concedendo così per riſpetto, che ella ben può conſiderare, & per l'auenire non manchi de communicare al Vicario, che uada in queſte materie con l'occhio aperto e per ſua giuſtificatione auiſi quelle raggioni, per le quali ſi è moſſo à laſciare paſſare queſto caſo così eſorbitante. le recomando la buona executione, & prego N. S. che la feliciti. di Roma 10 Luglio 1560. De V. S. Reuerendiſſima come fratello il Cardinale Santa Suſanna.

Heliſaus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXVII.

SVMMARIVM.

Domicilium quibus modis acquiratur.
Ciues recedentes à propria Patria an poſſit cogi ut redeant.

CONtinet hæc dec. 87. illud commune quæſitũ, per quod tempus acquiratur domicilium habitando in loco, & idem aſſerunt Petra, & *M*ari hic, & quid ſi uno loco habitet, & alibi domicilium, vel vxorem ſubſtineat, cuius loci dicatur ciuis, ſi habitationis, vel vxoris, vel domicilii? de quibus omnibus latè dixi in mea Pugna, tit. de præuent. cap. 2. per tot. tom. 3. & poſt ibi ſcripta, larga manu affert Reg. Sanfelic. dec. 74. tom. 1. ubi ſi Neapolitanus Neapolim deſerens, alibi ſe trãsferat, & ibi filios procreat, an iſti filii gaudent? quem vide.

Quę omnia licèt de iure poſſent ſedari, & ad concluſionem redduci, tamen cùm priſcis tẽporibus videatur hoc dependere à Principis voluntate, qui diuerſas ordinationes diverſis temporibus iubet iuxta Regni ſtatum, & aliquando malitiis Hominum obuiando, qui unum locum deſerentes, ad alium tranſmigrant, iubet quandoque in uno, quandoque in vtroque ſolutionem, proinde materiam tempori relinquendo, ſuper illa non me extendam.

Sed tantùm ſuper eo, ſi recedens ab uno loco, ad alium ſe tranſmigrans, ſi reuocari poteſt, & cogi, ut redeat ex dictis per Aut. hic num. 1. & Petra num. 10. & licèt articulus fuerit ſubtiliſſimè, & eleganti ſermone diſputatus per Reg. *M*oles in deciſ. 13. quem ad pennam habeo, qui plures deciſiones ibi per Regiam Cameram ordinatas affertcũ pulcra diſtinctione, an Vaxalli angarii ſiuè perangarii ſint obnoxii, ſiuè tenentur ad munera Regalia, vel perſonalia, ad quem recurre, pulcherrima enim adducit

Tu autem non ſic ſimpliciter pertranſeas cum varię doctorũ ſententiæ reperiuntur, Capoblanc. in prag. 10. num. 60. & iterum ſingular. 14. mouet punctũ, & in angariis procedere affirmat Nouar. de grauam. Vaxallor. tom. 1. grauam. 75. verſ. quamuis adducit in terminis cauſam Ioannis Tomacelli Baronis Rocchę Rainolę, cum Io. Baptiſta Gargorio ſuo Vaxallo, qui ad Ciuitatem Nolæ domicilium tranſmutauerat, & repeti poſſe affirmat. quod tetigi ſupra deciſ. 67. n. 16.

Conſiliar. *M*erlin. controuerſ. forens. cap. 83. pro, & contra affert, tandem articulum non eſſe deciſum refert.

Alii diſtinguunt, aut Vaxallus ad terram Regiam ſe transfert, & non poteſt reuocari, aut vero ad terram Baronis, & ſecus eſt, Campagn. in cap. Regn. grauamina n. 108.

Alii pariter diſtingunt, aut tractatur de Vaxallis angariis aut perãgariis, & antequã diſtinctionẽ amplectar, eſt videndũ, qui ſint angarii, qui verò perãgarii, & angarii ſunt illi, qui tenentur præſtare eorũ opus de perſona, ideſt ſeruitium perſonale ſuo Domino, expenſis tamen domini; Capoblanc. citat. prag. 10. nu. 55. & iter. tom. 2. cap. 89. num. 1. de Angel. ad Foller. tit. ſtudeat ſe ornare, num. 36. Montan. in tract. de regalib. tit. perangarii, num. 1. qui angarii erant etiam tempore Romanorum Capoblanc. cit. prag. 10. nu. 58. non autem illi angarii Regi ſeruire obnoxii quando ſemper, & ad ſemper, & quando ſemper, ſed non ad ſemper, de quibus remitto te ad *M*ontan. in tractat. de Regalib. tit. Angarię nu. 4. ſed de angariis Vaxallis Baronum.

Perangarii ſunt illi, qui tenentur præſtare

corum

eorum opus eorum Baronibus;& ſic ſeruitium perſonale, propriis tamē expēſis, non autē Domini, Capoblanc.de Angel. ad Foller. *Montan.* citatis loc.

Et licèt angarius Vaxallus habitare teneatur intra fines feudi, *Muta* tom.3. capit. Sicil.cap.10.num.16.fol.69.tamen non tenetur extra feudum domino ſeruire, Capoblanc.cit.loc.

Tamen non poteſt reuocari, & ſic cogi, ut redeat ad terram Baronis, à qua diſceſſit.

Secus verò quando *V*axallus eſt perangarius, quia tunc poteſt reuocari,& cogi ut ad terram Domini ſui redeat, de Marin. reſolut.quotidian.cap.17.

Et ſi non receſſerit, eius bona occupantur à Barone, & occupatio ſubſtinetur, Ioſeph Seſſę deciſ. Aragon.73.num.29. ſed in bonis feudalibus tantùm, quæ à Barone tenet; cenſentur enim conceſſa in feudū ſub conditione, ſi habitauerit in terra ſua, refert Campagn.in cap.Regn. grauamina num.108.vide Capan.de releui.par.5. quæſt.3.num.30.& iter.part. 6.quæſt.6.n.10.

Nec dicuntur angarii, & poſſunt reuocari ex eo, quia Vniuerſitas quolibet anno tenetur Baroni aſſignare erarium, camerarium, ſiuè alium, qui ei inſeruiat, vel in exactione feudalium, de Thoro tom. 1. compend. deciſ. verb. Vaxalli angarii, fol. mihi 565.Capoblanc.prag. 8.num. 63.tom. 1. hoc enim ſeruitium conſiſtit plus in ſolicitudine animi, quàm labore perſonæ, Montan.cit.loc. num. 2. immò dicitur munus, Capoblanc.cit.prag. 10. num.62. & ſi Vniuerſitas hoc per centū annos non præſt.terit, & non fuerit a domino requiſita, non opponit præſcriptionem, Reg.Rouit.deciſ.97. n. 7.

Tamen quicquid in illo tempore ſit hęſitatum, diſputatum, inde deciſum per Regiam Cameiā noſtris priſcis temporibus fuit per Collaterale ordinatum, ciues propriam patriam deſerentes, & ad aliam ſe tranſmittentes, eſſe cogendos ut ad propriam patriam redeant, illis exceptis, qui Neapolim ſe transferūt virtute ordinationis, ſequentis tenoris, Philippus Dei Gratia Rex, *Magnifice Vir Regie fidelis dilecte, Hauendomo inteſo che molti Cittadini di queſta Città di Nola ſe ſiāno partiti da quella, & andati ad habitare in diuerſi lochi in graue dāno, & intereſſe di detta città, non potendo per detto mancamento de cittadini pagare li regij pagamenti fiſcali, & altri debiti di quella, dal che vengono grauati l'altri cittadini, non poſſendone ſupplire à detti peſi, di modo che ſono coſtretti eſſi ancora partirnoſe da detta citta, del che veneria a reſtare diſabitata in graue danno, & intereſſe del real patrimonio, alli quali danni, & inconuenienti volendomo remediare, ne hà parſo perciò ordinare, ſincome con queſta ue dicemo, & ordinamo che al riceuere d'eſſa debbiate far ordine alli cittadini predetti di queſta predetta cità, li quali da dieci anni inquà ſi ſono partiti dà detta cita che fra termine di uno meſe, decorrendo dal di della notificatione di queſta, debbiano ritornare ad habitare in detta cità ſenza replica alcuna, eccetti però quelli, liquali habitano in queſta cità di Napoli, nota delli quali ce ne debbiate ſubito inuiare in potere dell'infraſcritto magnifico Regio ſcriuano di mandamento, à finche hauuta, poſſiamo ordinarli quello haueranno da eſſequire, & occorrendo alcuna coſa in contrario, debbia comparere auanti di noi, che inteſo, ſe li farà giuſtitia; Datum Neapoli die 22. Agoſti 1634. el Conde de Monte Rey, uidit Carolus de Tapp. Reg. vidit Enriquez Reg uidit Rouit. Reg. Barilius Secretarius Reg. in cur.2.fol. 163.*

Al Capitanio della Citta di Nola circa quello hauerà da eſequire à riſpetto delli Cittadini di detta cità, quali da dieci anni in quà ſono andati ad habitare fuòra di quella, ut ſupra, de Ligorio.

Optima quidem ratione, in Vaxallo enim recedente conſideratur intereſſe triplici modo, primo reſpectu Regis, cuius Vaxalli ratione à Barone exigit ſubuentionem 2.reſpectu ſui *Baronis*, qui tenetur occaſione vaxalli regi inſeruire, 3. reſpectu Vniuerſit.quę à ciue exigit munera, onera, & functiones, at in caſu noſtro non conſideratur intereſſe reſpectu Regis, valet enim Rex à Vaxallo in quocunque

loco

ſoco recedente peterē,& exigere ſubuē. tionem,ſed intereſſe principale conſide. ratur reſpectu Baronis,Vaxallus enim di citur pars feudi,poteſt enim baro coge- re eos,argumento eorum quę dixit Reg. Galeot.tom.2. cap. 18. intereſſe Vniuer. ſitatis cuius inter eſt ut eius ciuis rede- at, ut ab eo ſubuentionem habeat, & ſer uitia percipiat, ut conſiderauit,& addu- xit Reg.Moleſ. citat.deciſ.17.

Author hic num.4 affert. famulum, licèt exterum, dici habitarorem illius loci, in quo habitat,ut dixi citat.tit. de præuent. cap. 2.

Petra hic num.9. tangit punctum. ut exer. cens tabernam in aliquo loco dicatur ibi. domicilium acquiſiuiſſe,& Mari hic n.9. idem affert, ut apotecas habens, & ne- gotia exercens in aliquo loco, ibi dica- tur domicilium habere, quod ſimiliter attuli in citat.tit.de præuent. nū: addo, quòd etiam ſi quis aromatariam exer- ceat, dicitur domicilium acquiſiuiſſe,ex Reg.Sāfelic.deciſ.68.n.9.vol.1. qui nu. 19.affert nō ſufficere exercitiū tabernę, aromatarię,vel alterius apotecæ,ſed re- quiri alia ſigna ſignificatiua domicilii, & ſignanter requiritur animus domicilium non mutandi,ut ibi per eum quem vide.

Petra hic num. 3. affert ut natus in uno lo- co, perquem mater tranſiens, filium pe- perit, dicitur ciuis illius loci,quod diſpu tatum ſolenniter,& deciſū reliquit Reg. Moles. deciſ 59.

De Ciuibus, & Vniuerſitate, & an cogan- tur tempore neceſſitatis mutuare pecu- niam, uel frumentum Vniuerſitati, latè dixi in tom.3. de pugn. tit. de munerib. & honorib.cap. 2.

Heliſęus Danza.

ADDIT.AD DECIS.LXXXVIII.

SVMMARIVM.

Epiſcopus, & Vaxalli,Baro & Vaxalli dicū tur correlatiui,& mutuò debet eſſe adiuto- rium, n.1.

Epiſcopus, an cogat ſuos ſubditos propria au- thoritate, vel per cenſuras pro Caritatiuo ſubſidio, n. 2.

Epiſcopus in eius aduentu, an habeat cibum, vel alia, n.3.

Barones in Regno, habent à Vaxallis ſubuen tionē,quod adiutoriū appellamus,n.4.& 6.

Adiutorium, & Caritatiuum ſubſidium, an differant, n.5.

Adiutorium quare debetur n.7.

In quibus caſibus debetur, à n. 8.ad n.13.

Amplia deberi ſi feudum prouenit ex ſucceſſio- ne, num. 15.

Amplia etiam pro filio doctorando n.6.

Amplia deberi etiam ſi Baro maritauerit ſoro rem ex voluntate, & quare, n.18.

Amplia deberi etiam ſi per triginta annos non fuiſſet petitum, n.16.

Limita non deberi ſi filia, vel ſoror fuerit ma- ritata,ex venuſtate,& pulchritudine, n. 10.

Limita non deberi auo pro dotanda nepte numer.22.

Nec pro maritanda amita, n. 21.

Nec quando Baro eſſet captus à Piratis ſiuè la tronibus, n 23.

Limita non deberi, ſi Baro eſt carceratus pro debito ciuili, vel maleficio, n. 24., & qua- re ibidem.

Limita non deberi, ſi vniuerſitas eſt oppreſſa, n. 25. vel Vaxalli pauperes, n.26.

Limita non deberi, ſi dos eſſet legata à patre, num.27.

Limita non deberi, ſi filia, vel ſoror eſſet ſpu- ria. vel naturalis, n. 28.

Limita non deberi, quando Baro emittat Ter- ram cum aſſenſu, tamen aſſenſus non eſſet regiſtratus, n.29.

Adiutoriū. ad quam rationem debetur, n.30.

Debetur Baroni Ciuili non autem criminali, num. 31.

Debetur etiam pro maritaggio ſecundæ ſororis num. 32.

Debetur proprietario, non autem inſructua- rio,vel pignoratori, n 33.

Barones, an exigant adiutorium propria au- thoritate, vel ſuperiorem adire debent pro ipſius exactione. n.34.35 & 36.

F*Actus ſum ſicut homo ſine adiutorio,inter mortuos liber, Dauid Pſalm. 87.*

Senecā

Seneca lib. 1. de Ira, nu. 43. hæc verba pro-
4 fert (*Homo in adiutorium mutuum generatus eſt.*)
Quaſi dicat, vt homo hominem adiuuet, & adinuicem ſe ſubueniant, & quando quis alterum non adiuuat, dicitur ille, quaſi inter mortuos, & conueniunt præcitata verba.
Vndè cùm vaxallus, & Prælatus, necnon Baro, & ſubditus dicantur correlatiui, mutuum debet eſſe adiutorium, & pro
1 inde eſt introductum, vt Prelatus exigat à ſuis ſubditis ſubuentionem, quam charitatiuum ſubſidium appellat Author noſter in hac deciſio. 88. quam exornat Capoblanc. tom. 1. prag. 1. num. 52. ex conſtitut. Regn. quàm plurium, pro quo exigendo, Mari hic num. 2. affert, an Pre-
2 latus cogat ſuos ſubditos per cenſuras, vel propria authoritate, ex Afflict. deciſ. 136. Rota deciſ. 3. de cenſibus in nouiſſimis, Nouar. in pragm. 1. de Baronibus num. 37.
Et Petra hic num. 6. dicit, an Epiſcopus in eius aduentu habeat cibum, vel alia, de quo dixi in primo tom. de pugn. tit. de Offic. Preſidis, cap. vnic. nu 63. vbi etiã de Præſide ingrediente ſuam Prouinciã retuli.
Eſt inſuper introductum virtute conſtitutionis Regni, quam plurium, vt Barones à ſuis vaxallis eandem ſubuentionem habeant, quod adiutorium appellat Author noſter hic nu. 2. ad med. quod idẽ eſt, vt charitatiuum ſubſidium, Reg. Galiota controuerſ. forenſ. tom. 2. cap. 18. num. 27. nec differunt, niſi quòd clerici, Prælato, vaxalli Baroni, præſtant; vndè
5 occaſione amplexa, de adiutorio ſermonem facere congruum videtur, cùm quotidiana ſit difficultas, & concluſio ſe habet, vt in Regno vaxalli teneantur præ-
6 ſtare Baroni adiutorium, ex conſtitutione Regni citata, quàm plurium, & de pluribus videndum eſt, Primò quare debetur, Secundo, in quibus caſibus debetur, Tertio, ad quam rationem præſtatur, in-
8 alia miſcellanea ponam.
Quò ad primum, debetur ratione dominij
7 quod Baro habet in vaxallos, Capoblan. tom. 1. prag. 1. nu. 55. & 62.
Quò ad ſecundum, in quibus caſibus debetur, eadem conſtitutio: quàm plurium citata taxat caſus, quos inſerit Capobl. cit. prag. 1. num. 50. & 69. illoſq; inſerit, Nouar. tom. 1. de grauam. vaxallar. grauam. 4. nu. 5. & iter. in prag. 1. de Baronibus, nu. 2. quos ad legentium cognitionem ſigillatim referam his verbis conſtitutionis.
Primus caſus (pro redimenda perſona Domini ſi fortè ab inimicis noſtris in ſerui-
8 tio noſtro fuerit captus) quem, ſequitur Ricc. qui ampliat procedere etiam in filio redimendo deciſ. 290. num. 28. par. 2. Capoblanc. cit. loc. num. 70.
Secundus caſus (pro faciendo filio milite) quod ſequitur Capoblanc. cit. loc. num. 76. qui ampliat procedere etiam ſi filius
9 vel frater Baronis fieret eques S. Ioannis Hieroſolimitani.
Tertius caſus, pro maritanda filia, vel ſorore, quod tu amplia procedere etiam ſi
10 ſoror, vel filia ſiet monacanda, adhuc debetur adiutorium, etiam ſi in vno anno Baro plures maritaret, vel monacaret, Taſſon. ubi ante fat. verſ. 3. obſeruat. 4. num. 98. Capoblanc. cit. loc. num. 87.
11 & 94. Nouar. in prag. 1. de Baronib. nu. 21. & 31. ſi monacatur, reſoluitur tempore profeſſionis, de Thoro tom. 1. cõp. deciſ. verbo, adiutorium, fol. 22. colum. prima, Riccius deciſion. 290. num. 29. part. 2. Capoblanc. citat. pragm. 1. num. 96. & 103. Nouar. tomo primo de grauam. vaxallorum grauam. 6. numero 2. & ſi maritatur, ſoluitur matrimonio ſequuto, & Couar. cit. grauam. 6. numero ſecundo qui numero 7. refert in Regno Aragonum ſolui ante nuptias, data cautione de matrimonio concludendo.
Quartus caſus (prò emenda terra, ea
13 tantùm vice, cùm eam emerit pro ſeruitio noſtro, vel exercitûs noſtri.)
Et vltra prædictos caſus à prædicta conſtitutione taxatos, amplia procedere in infraſcriptis alijs, vt.
Amplia primo procedere etiam ſi Baro
14 emerit terram cum pacto de retrouen-

dendo, & ſic ſi dominium non in per.
petuum; ſed ad tempus habet, de Tho-
ro tomo primo comp. deciſ. verbo:
adiutorium fol. 22. col. ſecunda; No-
uar. citat. pragmatica prima, nume-
ro 8.

Ampha ſecundo etiam ſi feudum perue-
15 niſſet ad Baronem, ex ſucceſſione,
Taſſon. de antefat. verſic. tertio obſer
uat. quarta, numero 98. verſic. & ad-
iutorium.

Amplia tertio procedere adiutorium de-
16 beri pro filio doctorando, Ricc.& Ca-
poblanc.citat.locis.

Amplia quarto deberi adiutorium etiam
17 ſi vniuerſitas, & Vaxalli Dominum
prouocarent ad demanium, & lis pen-
deret ſuper eo, adhuc, lite pendente
debetur, Thoro citat. tomo ſecundo,
verbo: adiutorium, folio 7. columna
prima.

Amplia quinto deberi adiutorium etiam
18 ſi Baro ſororem maritauit voluntate,
cùm poterat dotare de bonis ſufficienti.
bus Baronis, Thoro citat. tom. 1. verbo
adiutorium, folia 22. col. 2.

Amplia ſexto deberi adiutorium etiam ſi
19 per triginta annos *Baro* non exigiſſet,
adhuc debetur, Nouar. cit. prag. prima
num. 17. Quam concluſionem limita
non procedere in infraſcriptis caſibus,
videlicet.

Limita primò ſi filia, vel ſoror nubat ex ve-
20 nuſtate, & pulcritudine, tunc adiuto-
rium non debetur, Taſſon. citat. uerſ. 3.
obſeruat. 4. num. 98. verſ. tamen nota.

Limita ſecundò, non deberi pro maritanda
21 amita, Theodor. allegat. 20.num.7.

Limita tertiò, non deberi *Auo* paterno, prò
22 dotanda nepte, Thoro cit.tom. 1. ver.
bo: adiutorium.

Limita quartò, non deberi, quando Baro
23 eſt captus à Piratis, ſiuè à latronibus,
Capoblanc.cit. prag.1.n.73.

Limita quintò, non deberi, ſi Baro eſſet
24 carceratus pro debito ciuili, ex debito
.n. ſiuè maleficio non meretur ſubuectio-
nem. Capoblanc. citat. prag. 1. n.74.

Limita ſextò, non deberi auditorium ſi Vni.
25 uerſitas eſt ita oppreſſa, ut ſuis calami-
tatibus incumbere nequeat, Capoblanc.
tom.2. cap.1. num. 16. contrarium af-
fert. Nouar. in cit. prag. n. 19.

Vel quando Vaxalli eſſent pauperes, tunc
26 adiutorium non debetur, Nouar. de
grauam. Vaxallor. tom. 2. grauam. 13.
num. 8. & ſeq. ubi affert, quomodo eſt
alleganda, & probanda paupertas.

Limitatur ſeptimo, non deberi ſi dos eſſet
legata à patre, Thor. citat. tom.2.verb.
27 adiutorium, contrarium affert Capo-
blanc.cit.loc.num.87.& Nouar.ibidem
num.28.nempè, quòd etiam dote lega-
ta, debetur adiutorium.

Limita octauo, non deberi adiutorium ſi fi-
28 lia eſſet ſpuria, vel naturalis Baronis,
Taſſon. cit.verſ.3.obſer.4. num. 98.

Limitatur nono, non deberi adiutorium, qñ
Baro emerit aliquam terram cum Regio
29 aſſenſu, tamen Regius aſſenſus non fue-
rit regiſtratus in tempore, vt refert Tho-
ro tom. 2. verbo: adiutorium, fol. 7. col.
ſecunda.

Deſcendo ad tertium, ad quam rationem;
30 nempè debeatur adiutorium; Petra hic
num.1. remittit ſe ad Afflict. deciſ. 136.
tu verò diſtingue caſus poſitos, vt per
Taſſon.cit.verſ.3.obſer.4. num. 98. Ca-
poblanc.cit. prag 1. num. 51. & ſeq. &
num.103.& ſeq.Reg.Galeot.cit. tom.2.
controuerſ.8.num.23. *Montan.* in tra-
ctat.de Regalib. tit. extra ordinaria col-
latio, num.4. Nouar. tom. 1. de grauam.
vaxallor. grauam. 5. & tom. 2. grauam.
13.num.14.

Nunc ad miſcellanea, & quæſita deſcendo,
31 & quæro, ſi adſunt in terra, pro, vt ſæpè
contingit, duo Barones, vnus crimina-
lem Iuriſdictionem exercens, alter ciui-
lem habens adiutorium debetur, Baroni
ciuili, non autem criminali, Capoblanc.
cit.prag.1.n.64.& ſeq.Scipio Garganus
& aliis allegat.25.n.22.poſt dec. Salern.

Iterum quæro, an debeatur *Baroni* pro ma-
32 ritagio ſecundæ ſororis, Thoro tom. 1.
verbo: adiutorium, folio 22. pro affirma-
tiua fuiſſe deciſũ refert, ſequitur Nouar.
in citat. prag.1.num.27.

Secundo quæro: ſi adſunt duo Domini, in
33 terra, vnus nempè proprietarius, alter

verò

verò vſufructuarius, vel pignorator, cui hoc adiutorium debeatur? dicas tu deberi domino feudi, non autem vſufructuario, vel pignoratori, ſiuè feudum in pignus habenti, Capan. tract. it. de Adoha, quæſt. 58. numer. 32. Capoblanc. cit. prag. 1. numer. 68. de Thoro tom. 1. verbo: adiutorium, fol. 22. col. 2. Nouar. cit. prag. 1. numer. 14. ex Capic. deciſ. 185.

Mari hic numer. 5. quærit; an Baro poſſit
34 petere propria auth ritate à vaxallis, hoc adiutorium, vel ſuperiores adire, vt ad illius ſolutionem cogantur, Montan. in cit. tract. tit. extra ordinaria collatio, num. 5. ad med. diſtinguit: aut moderatè exigit, nempè, quòd taxa-
35 tum eſt à Conſtitutione Regni, & tunc propria auctoritate exigit, aut verò immoderatè, & tunc ſuperiores adit, licèt in fine numeri afferat ſemper Barones recurrere ad Superiores pro ipſius exactione, Nouar. verò de grauam. vaxallorum tom. 2. grauam. 17. affirmat eſſe Superiores adeundos pro ipſius exactione, & iterum in pragmatica prima de Baronibus, num. 20. teſtatur Barones ſolere ſupplicationes in Regijs Tribunalibus porrigere, & petere vaxallos cogi, & condemnari ad ſolutionem adiutorij, ſic practicatur, & practicatum vidi.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXIX.

IN hac deciſione 89. tractatur de ſimulatione contractus, & de illa clauſula (omnia, & ſingula eſſe vera;) & quid importet, & Mari, & Petra hic idem quærunt, de quo parum tetigi ſupra deciſ. 45. & latius ampliori manu eam diſſerui ſupra deciſione 76. hic pertranſeo.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. LXXXX.

SVMMARIVM.

Legitima eſt onus, et vti æs alienum debetur, numero primo. ſucceſſit in locum alimentorum, num 2.

Debet eſſe certa, vniformis, attento valore bonorum, et numero filiorum, numero 3.

An ſit quota bonorum, vel quota hæreditatis, num. 4. 5. 6. & 7.

Legitima matris qualis ſit, num. 9. & 10.

Quando debetur, num. 11.

Vſque ad quod tempus petitur, numer. 12. & 13.

Eius cauſa eſt ordinaria, non ſummaria, num. 14. & 15.

An augeatur, vel minuatur, à numer. 16. ad 23.

In quibus caſibus non minuatur, à num. 20. ad 23.

An debeat relinqui titulo inſtitutionis, vel ſufficiat quocunque modo relinquatur, nu. 24. 25. & 26.

Legitima aſcendentium, an relinquatur titulo inſtitutionis, num 26.

Pater, an teneatur pro delicto filij in legitima, num. 27.

Quid ſi filius ſit contumax, vel foriudicatus, an legitima veniat in confiſcationē, num. 28. 33. & 37.

Pater, an cogatur aſſignare legitimam filio in vita, num. 29. & 30.

Et ſi filius Iudæus vellet ad fidem venire, an pater cogatur aſſignare legitimam in vita, num. 30.

Legitima debetur poſt obitum Patris, nu. 31.

Legitima eſt voluntaria voluntatis, & iuriſdictionis, non autē contentioſæ, vel poteſtatiuæ num. 32.

Filius an poſſit præiudicare patri in legitima, num. 32.

Pater poteſt prohibere filio ne delictum committat, vt legitima non ſuccedat, num. 34.

Eſt debita iure naturæ, nec tolli poteſt, numero 35.

Debet aſſignari in ſtabilibus, et illis deficientibus,

tibus,in mobilibus, num.36.

Debetur filio, qui eſt immediatè ſucceſſurus, num.35.

Pater ſi dilapidat ſubſtantiam ſuam, cogitur aſsignare legitimam filio etiam in vita, num.30.et quare ibid.

Patri non licet dilapidare ſubſtantiam, quia eſt contra bonos mores, num.30.limita, niſi filius non alimentauerit patrem, ibid.

Pater non tenetur pro delicto filij in legitima, affertur deciſio Regij collateralis Conſilij, num.38.

Pater ſi aſſignauerit filio legitimam in vita, et filius dilapidauerit, an iterum teneatur aſsignare, num.39.

Legitima debita matri ob mortem filij, ſi filius Religionem ingrediatur, an debeatur tempore profeſsionis, vel mortis naturalis, numero 40.

Si in legitima filij concurrunt mater, et Monaſterium, præfertur mater, num.41.

P*Ater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Luc. cap.15.*

Præſes de Franch. deciſ. 133. num. 12. ex dictis per Euangeliſtam affert filio petenti à Patre alimenta poſſe patrem obijcere; capias legitimam; quæ filio de iure debetur, ſic colligitur ex Sacr. Euangel. portionem fuiſſe aſſignatam filio prodigo ex cauſa legitimæ, & non dubitatur
1 non deberi, quia onus eſt, & vti æs alienum, debetur, de Medic. conſ. 144. num. 33. & in locum alimentorum ſucceſſit,
2 Staiban. conſ. 2. num. 22. Verùm quia multoties diſputatur de quota, & quomodo exigatur, nimirum ſi Author in hac deciſ. 90. affert an filius pro conſecutione legitimæ poſſit contra tertios poſſeſſores agere, vnde occaſione ſumpta, de legitima tractare congruum eſt, de qua ſupra deciſ. 57. agere promiſi, licèt eam tractet Mari infra deciſ. 101. & 102. vnde de tribus erit meus ſermo, primo quanta ſit, ſecundo quando debetur, tertio an minuatur, vel augeatur, & quomodo.

Quò ad primum licèt debeat eſſe vera,
3 vniformis, attento valore bonorum, & numero filiorũ, Reg. Galeot. controuerſiar. iur. tom. 2. cap. 16. num. 7. & poſſet recurri ad Feliu. in margarit. variar. concluſ. verbo. legitima fol. mihi 144. &
4 poſſet quæri, an ſit quota bonorum, vel quota hęreditatis, idem Galeot. cap. 22. num. 9. tom. 2. Reg. Rouit. conſ. 94. num. 40. vol. 1. & deciſ. 100. num. 28. vel an ſit tertia, vel tertia totius, Reg. Rouit. deciſ. 23. cõtra matrem decidentem vide Camill. de *M*edic. conſ. 144. num. 23. & conſ. 1. num. 3. & Peregrin. deciſ. 138. num 34. diuerſimodè afferat.

Tamen ego diſtinguendos eſſe plures caſus
5 arbitror, primo ſi ſumus in feudo, eſt legitima, tertia totius, ſic deciſum refert de Thor. compend. deciſ. tom. 3. part. 2. verbo: legitima, fol. 29. & poteſt peti à poſſeſſoribus feudi quãdo eſt ſuper feudo, ſi non reperiuntur pœnès hæredes
6 bona ſufficientia, de *M*edic. conſ. 124. num. 12. & ſi non præſtatur ſuper feudo, præſtatur in æſtimatione, de *M*edic. conſ. 24. num. 13. Verùm ſi feudum eſt nouum, quanta ſit, vide de Marin. reſolut. quotidian. cap. 250. num. 2. 6. 14. & 19.

Secundus caſus, ſi legitima eſt matris, eſt
7 tertia totius, de Medic. conſ 41. num. 9. etiam ſi tranſiuit ad ſecunda vota, de *M*arin. cap. 253. num. 36.

Tertius, ſi filij ſunt quatuor, eſt tertia por-
8 tionis ab inteſtato, ſi verò ſunt quinque, dimidia pars, de Medic. conſ. 37. n. 1.

Quartus, ſi eſt vnus filius, legitima eſt triens
9 totius hæreditatis, de Medic. conſ. 41. num. 13.

Quintus, ſi pater eſt foriudicatus, diſtingue
10 per *M*arin. cap. 35. num. 5. & cap. 88. num. 8. aut eſt vnus filius, vel duo filij, & tunc medietas ſpectat ad fiſcum, & altera ad filios, quod limitatur, niſi facultas tenuis ſit, quia tunc tota ſpectat ad filiũ, ſeù duos filios; aut verò ſunt filij plures numero duorum, nempè tres, vel plures, & tunc tota facultas, ſpectat ad illos filios, vide tamen ſolemne decretum de Franch. deciſ. 549.

Quò ad ſecundum debetur tempore mor-
11 tis; deducto ære alieno, de Medic. conſ.

144. num. 20. nec aliquod grauamen
11 ſubſtinet, de *M*arin. cap 252. numer. 1.
Staiban. conſ. 2. num. 38. & iter. conſ. 11.
num. 17.

Et petitur vſque ad triginta annos, tanto
enim tempore preſcribitur, Puteus de-
ciſ. 127. libr. 2. Guid. Pap. deciſ. 82.
Gratian. deciſ. Marchiæ 9. *M*iſinger.
obſeruat. 82. Centur. 2. & in Regno Si-
13 ciliæ ſpatio triginta annorum ſecludi,
affert Muta. tom. 3. cap. Sicil. cap. 48.
num. 73. & nouiter *R*eg. Galeota tom.
1. cap. 26. numero 4. & ſeq.

Cauſa legitimæ eſt ordinaria, non autem
14 ſummaria, nec trahit exemplum ad cau-
ſam alimentorum, in qua procedendum
eſt ſummariè, & die feriata, quia in cauſa
15 alimentorum, venter non patitur dila
tionem, ſecus eſt in legitima, in qua iudi-
cium ordinarium cadit, *M*uta tom. 4.
cap. 135. num. 5.

Deuenio ad tertium, an augeatur, vel mi-
16 nuatur, & licèt non poſſit tolli, tamen
poteſt augeri, & minui, de Franch. deciſ.
133. negatiuam afferat, tù tamen dicas,
quod ſi conſignatur in vita Patris, &
poſt eius mortem augentur facultates,
augetur, & legitima, Scarlin. cap. 98. nu.
7. Ricc. ad Franch. deciſ. 133. Raudend.
17 in tractat. de Anolag. cap. 19. num. 59.
vide Reg. Galeot. tom. 1. cap. 12. num.
43. vert. 1. enim, & quod augeatur refert
de Toro. tom. 3. part. 2. verb. legitima
fol. 49.

Catalan. verò in tractat. de indultu cap. 8.
18 num. 9 & ſeq. refert. Sac. Conſ. ample-
xatum fuiſſe diſtinctionem, quòd aut fa-
cultates ſunt acutæ ex in præſenti iuri-
bus, & tunc legitima quoque augetur,
aut verò patrimonium non eſt acutum
ex iuribus in preteritum deductis, & non
augetur.

Limita verò non augeri legitimam, quando
19 erat lis de aliquibus bonis, inde per vi-
ctoriam cauſæ peruenerũt poſt mortem
patris, Afflict. deciſ. 382.

Poteſt tamen minui infraſcriptis caſibus,
20 primo ex legato relicto ad exoneratio-
nem conſcientiæ, Garſia. dict. 78.

Secundo minuitur per ſtatutum, Conſiliar.
21 de Giorg. allegat. 26. num. 40.

Tertio per conſuetudinem, Cappell. To-
22 loſan. deciſ. 437. centur. 5. obſeruat. 44.
licèt hanc conſuetudinem non admittat.
Miſincer. centur. 6. obſeruat. 44. vide
Put. deciſ. 420. par. 1.

23 Quarto arbitrio boni viri.

Limita verò non minui, ſi alienatio fit vo-
luntariè, Reg. Galeot. tom. 1. cap. 19.
num. 14.

Et ad illud, quod in controuerſiam in dies
24 venit, an debeat relinqui titulo inſtitu-
tionis, vel ſufficiat quocunque modo
relinquatur, Regens de Apont. consil.
66. num. 3. vol. 1. dicit ſufficere qu mli-
bet titulum ad relinquendam legitimam
niſi ſit ad pias cauſas, num. 3. & 4.

Muta tom. 4. capit. Sicil. cap. 96. num. 23.
affert, quòd licèt ſit reliquenda titulo in
25 ſtitutionis; tamen exiſtente clauſula (om
ni modo meliori) poteſt alio modo relin
qui, verùm ſi pater relinquat filio tot pro
legitima, nullo alio titulo expreſſo, an
cenſeatur titulo inſtitutionis relicta?
Reg. Galeot. cit. tom. 1. controuerſ. 31.
num. 15. ex *A*lexandr. ibid. relato affert,
vt ſi adſit clauſula (omni modo meliori)
valeat.

Illa vera aſcendentium non relinquitur ti-
tulo inſtitutionis, Reg. Rouit. dec. 22. n.
12. vide de Medic. conſ. 40. liter. A. ta-
26 men ſi relinquitur ſimpliciter, & ſine ti-
tulo, cenſetur titulo inſtitutionis relicta,
Reg. Rouit. dec. 22. n. 11. vide D. Octau.
Caracciol. dec. 18.

Præmiſſis explanatis, deueniendum cenſeo
ad aliam materiam concernentia, & ad
illam quæſtionem, quam Petra mouet
hic num. 4. an pater tenetur pro delicto
27 filij in legitima? & negatiuam affert ea
ratione, quia legitima non debetur vi-
uente patre, quod ampliat procedere
etiam in confiſcatione pro crimine læſæ
*M*aieſtatis, & etiam ſi pater moriatur
poſt ſententiam.

Huiuſmodi quæſtio accidit in cauſa Doc-
toris Hieronymi de Fuſco *B*aronis Ca-
ſtri Palianæ ex cauſa Franciſci Fuſco
eius filii, me pro eo cauſas agente, & cũ
filius eſſet contumax effectus, & foriudi-

catus

catus in hac Regia Audientia ex cauſa
cuiuſdam homicidii,& cum ictu ſcoppit-
ti,in quo confiſcatio bonorum cadit vir-
tute regiæ nouellæ pragmaticæ, fiſcus
proceſſit ad ſequeſtrationem quorundã
bonorum, quæ Hieronymus pater ſua
aſſerebat, ſubiungendo Franciſcum filiũ
inquiſitum in nihilo poſſidere, & cuncta
bona eſſe ipſius Hieronymi patris, & li-
cèt de Franch.deciſ. 133. diſputat arti-
culum, tamen non concludit an in vi-
ta patris poſſit aſſignari, & an pater poſ-
ſit cogi ad aſſignandum, & filius ad re-
cipiendum.

Fiſcus tuebatur pro iuribus fiſci, & ſic pro
pœna incurſa eſſe ſibi cautum ſuper le-
gitima filio inquiſito contumaci, & for-
28 iudicato debita; vnde fuit dubitatum,
ſi legitima cadit in confiſcatione,& ſi pa
ter tenetur in vita illam filio aſsignare,
& per conſequens an pater pro filio te-
neatur.

Pro parte patris dicebatur, patrem non te-
neri de iuris cenſura pro delicto filii, in
29 iſta legitima quaſi debita à filio, Anton.
de Padill.in l.ſi emancipata cod. de iur.
& fact.ignorant. num. 1. *Et* ne dùm non
30 debetur verùm etiam nec pater cogi-
tur illam in vita aſsignare, Benintend.
deciſ. Bonon.89. niſi in caſu poſito per
Petr.hic n.7.nempè ſi filius eſſet iudęus
& ad fidem venire vellet, vel ſi pater
diſsiparet ſuam ſubſtantiam, tunc cogi-
tur aſsignare filio legitimam etiam in
vita, Capic. dec. 56. vel aliud prædium
pro alimẽtis, vterq. Ann.ſing 351. Mar-
ſil.ſing.613. Petr.de Rauen. ſing. 469.
& ea eſt ratio, quia non licet patri con-
tra bonos mores dilapidare, non obſtan-
te illa regula, quod quilibet rei ſuæ eſt
moderator, & arbiter, intereſt enim ſic
reipublicæ, prout è contra, ſi filius ne-
ceſſaria ad victum patri non ſubminiſtra-
uerit, poteſt pater ne in carceribus pe-
reat vendere etiam bona fideicommiſſo
ſubiecta, D. Octauius Caracciolo deciſ.
cur.prætorian.1.num.23. augendo for-
titer patris iura, dicebã quòd & ſi filius
ſit condemnatus pro delicto, pater non
tenetur pro eo in legitima: debetur.n.
31 illa poſt patris obitum, Clar.quæſt. 86.
verſ.2.infertur, nec filius eſt propriè cre
ditor in ipſa legitima, Ioachym.Scayn.
dec.Bonon.108.num. 38. qui num. 20.
32 affert filium in nihilo poſſe præiudicare
patri quo ad legitimam, quę eſt volun-
tariæ voluntatis, & iuriſdictionis, non
autem contentioſæ, vel poteſtatiuæ,
Scayn.cit.dec.108.num. 93. Io. Bapt.
Ciarlin.cap.97. num.7. & quatenus pa-
ter aſsignaret legitimam filio in vita, nõ
poteſt confiſcari, nec in confiſcatione
33 venit pro delicto filii, quandò delictum
confiſcationem requirit, Surd.dec.167.
num.2.Muta tom 3.capit.Sicil.cap.48.
num. 73. & in caſu aſsignationis poteſt
imponere aliquod grauamen, prohiben-
do etiam delinquendo, nempè, ne deli-
ctum committat, & committendo, alter
34 ſuccedat,& in hoc conſideratur potius
prudentia patris, quàm fauor filii, *Muta*
tom.3. cap. 48.n.54.

Fiſcus replicabat, legitimam eſſe debitam
filio de iure naturæ, nec tolli poſſe, tùm
35 quia eſt immediatè ſucceſſurus, argu-
mento eorum, quæ dicit de Medic.conſ.
144.num.24.de Mario. cap. 2.num.10.
& 15. & patrem cogi ad illius aſsigna-
tionem in ſtabilibus, non autem mobili-
bus; mobilia enim ſunt fragiliora, & tem
poris vetuſtate conſumuntur, niſi ſtabi-
36 lia non ſufficiant, & tunc ſupplendum
eſt in quantitate debita pro legitima in
mobilibus, Scayn.citat. dec. 108. num.
28. Nouar.ad Franch.dec.123. verſ. ſi-
cuti augebat ſuam inſtantiam ex alia ra-
tione; quando enim filius fuit effectus
contumax,& ſtante contumacia pro cõ-
feſſo habitus ſtante ſtatuto,& contumax
37 habeatur pro confeſſo, tunc pater tene-
tur,& allegabat Caball. reſolut. crimin.
caſ.250.num.4.

Replicabam ego, doctrinam allegatam pro
cedere contra filium tantùm, tùm quia
38 debet filius per veras probationes con-
uinci, cùm etiam quia hæc contumacia
operatur fictam confeſsionem, & ficta
confeſsio perſonam contumacis non
tranſgreditur, ex eod. Caball. cit. caſ.
250.num. 4.& 7.

Magna

Magna fuit controuerſia, & pendente lite, filius inquiſitus in Domino quieuit, & adhuc poſt mortem filij fiſcus inſtabat in oppoſitis,& me conſulente pater Reg. Collaterale adiit, & prouiſiones deciſiuas obtinuit,vt non moleſtetur pro pœna contracta per filium, & ſequeſtrum tolli, quarum tenorem placet inſerere, vt in futurum controuerſia innoteſcant, & difficultates exulent, vz.

Philippus Dei Gratia Rex,&c. Illuſtres, & Magnifici viris fideles dilectiſſ. à Noi è ſtato preſentato memoriale, vz. Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Signore, Il Dottor Gerolamo de Fuſco di Napoli Barone della terra della Pagliara,Prouincia di Princip.Vltra ſupplicando fà intender' à V.E.com'eſſendo inquiſito, e ſorgiudicato ſuo figlio Franceſco di Fuſco nell'Audienza di Monteſuſcolo per il pretenſo homicidio in perſona di Sabbatino de Lauro con piſtone, hà preteſo detta Regia Audientia eſigere la pena di docati mille da eſſo ſupplicante indebitamente,cum reuerentia,& fatto ex abrupto ſequeſtro ſopra li beni di eſſo,non oſtante le prouiſioni ſpedite à ſuo beneficio per la Grã Corte di Vicaria, che per la pena contratta per detto Franceſco ſuo figlio non ſi moleſti eſſo ſupplicante Padre, & ſtante la ſua ciuilità napolitana,come per priuilegio della Reg.Camera, ſi detta Regia Audientia pretei de alcuna coſa, compara in detta Gran Corte di Vic. perciò ricorre da V. E. e la prega vogli ordinare à detta Reg. Audien. con effetto non moleſti eſſo ſupplicante per la detta pena, tanto più, che detta terra di Pagliara eſſo ſupplicante paga l'adobo, & in ſua faccia ſtà notata nel cedulario della Reg.Cam.& non hà che farci detto ſuo figlio pretenſo,con ordinare ſe li leua il ſequeſtro fatto ſopra li beni di eſſo ſupplicante ingiuſtamente, reuer.repetita, ſtante per diſpoſitione di ragione il padre non è tenuto per il figlio,acciò il ſupplicante non ſia indebitamente moleſtato in detta Regia Aud. vt Deus. Et inteſo per Noi detto memoriale,ci è parſo farui la preſente,per la quale ve dicemo & ordinamo,che per la pena contratta per il predetto Franceſco de Fuſco non debbiate moleſtare il predetto Dottor Geronimo de Fuſco ſuo padre ſupplicante, in conformità delle mentionate prouiſioni ſpedite in ſuo fauore per la Gran Corte della Vicaria, & li leuareti il ſequeſtro fattoli ſopra li ſuoi beni per la pena predetta contro la forma di dette prouiſioni, & occorrendo à queſta Reg. Audien. alcuna coſa in contrario, ce ne fareti relatione ad finem prouidendi, la preſente reſti al preſentante. Datum Neap. die 27. Settembris 1642. El Duque de Medina, y de las Torres Principe de Stillano, y Sabbioneta, Vid. Carolus de Tappia Reg. Vid. Branela Reg. Vid. Zufia Reg. Vid. Sanfelicius Reg. Vid. Aſcon Reg. Vid. Capicius Latro proreg. Barilius Secret. in par. 108. fol 29. Anaſtaſius.

Alla Reg. Audienza di Principato Vltra, che per la ſudetta pena contratta per il predetto Franceſco de Fuſco, non moleſti il predetto ſupplicante Padre del detto Franceſco in conformità delle mentionate prouiſioni ſpedite in ſuo fauore per la Grã Corte della Vicaria,& il ſequeſtro fattoli ſopra li ſuoi beni contro la forma di dette prouiſioni, ce lo leui,& occorrendoli alcuna coſa in contrario,ne facci relatione à V. E. ad finem prouidendi,vt ſupra.

Die 15. Menſis Octobris 1642. Montisfuſculi preſentes prouiſiones S.E. & eius Collateralis Conſilij fuerunt præſentata in Reg. Audien. Princ. Vltr. & lecta in banca, fuit dictum, quòd obſeruentur, & non moleſtetur ſuper bonis paternis, prouiſum in banca, Audito Fiſco. Franciſcus Antonius Ametranus, Franciſcus Antonnius Viuus Secretarius.

Petra hic num. 5. quærit, ſi pater aſſignauerit filio ſuo legitimam in vita quam filius
39 dilapidauerit, an iterum pater teneatur
eam aſſignare, & remittit ſe ad Guglielmum, tu verò pro negatiua concludas, & ſic non teneri patrem iterum dare, quando ſemel tradidit, Socc. conſ. 75. nu. 7. volum. 1. Oſaſc. deciſ. 124. num. 6. concordat Menocch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 182. num. 56. qui ampliat procedere vt in tali caſu, neque debeatur poſt mortem Patris, quando fuit in vita aſſignata.

Et quando legitima debetur matri ob mortem

tem filii, & filius religionem ingrediatur hæc legitima quando debetur matri, tẽpore ingreſſus ad Religionem, vel tempore profeſſionis, quo mortuus, quò ad mundum iudicatur, an debeat verò expectari tempore mortis naturalis? vide de Marin. reſolut. quotidianar. cap. 253. num. 1. 10. 11. & 12. & Octauius Caracciol. deciſ. cur. prætorian. 18. n. 2.
Et ſi cõcurrit in legitima filij mater, & mo-
41 naſterium, ad quod eſt ingreſſus, præfertur mater monaſterio in legitima, Valaſch. deciſ. 34.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCI.

DE concernentibus ad hanc deciſ. 91. latè dixi ſupra deciſ. 69 hic propterea pertranſeo, & ad ibi dicta te remitto.
Vnum tamen notatu dignum arbitror ad illud, quod Mari hic num 2. affert, nempe ſi terminus ſindicatus eſt elapſus culpa officialis, vel querelãris, vel ſindicatoris nõ perit, & ita iudicatũ fuiſſe per M. C. refert, quod tù amplia procedere etiã finito officio, & ſic adminiſtratione peracta poſſe officialem cognoſci, & ſic ſindicari, quod tu amplia procedere, etiam ſi obtinuerit literas liberatoriales de quò non parca manu ego attuli in meo 1. tom. tit. de officialibus in genere cap. 6. num. 5. & ſeq. poſt quæ ibi ſcripta vidi Octau. Caracciol. deciſ. Sicil. 50. de foro priuilegiat. ubi ſi tempus ſindicatus eſt elapſus, nèdum per ſex menſes, verum, & ultra ſindicatur, quod à mente non excidat, articulus enim ſępe occurrit, ut dixi cit. loc.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCII.

SVMMARIVM.

Mulierum genus auariſſimum eſt, & fundamentum muliebrium vitiorum auaritia eſt n. 1.

Dos magna data ab uxore viro parit quandoque malos effectus, ut a num. 2. ad n. 8.

Dos vera uxoris ſunt fides, uerecundia, modeſtia, & caſtitas n. 3.

Dote magna data, uxor efficitur ſuperba, inſolens, & domum perturbat, numero 3. & 4.

Dos in domũ ingreditur, libertas ingreditur, numero 6.

Dote libertas traditur mulieri, frænum uero viro, n. 6.

Vxor, debet eſſe dotata dote animi, nempe, prudentia iuſtitia fortitudine, uigilantia, honeſtate, cæteriſque virtutibus, n. 10.

Dos duplex eſt, una corporis, alia fortunæ nu. 11. & 12.

Dotis aſſecuratio, adiudicatio, & repetitio, ſiue reſtitutio, differunt, & quomodo à n. 13. ad nu. 17.

Vxor propter uergentiã ad inopiam viri, an ſufficiat allegare, vel teneatur probare, & quomodo à n. 18. ad 20.

Vxor, an poſſit impedire creditores petentes bona mariti, vel ſit neceſſe contra maritum agere à n. 21. ad n. 27.

Clauſula conſtituti, & precarii operatur, ut uxor impediat creditores non diſcuſſo marito, nec eius inopia probata, quod quomodo procedat n. 25. 26 & 27.

Vxor ſi egerit ex l. ſi cõſtante, & l. ubi adhuc, an poſſit uti conſtituto, & precario à n. 28. ad num. 31.

An poſſit eligere unum corpus, vel plura, & inde ũariare facta electione unius, n. 32.

Vxor pro ſuis dotibus, an impedit fiſcũ petentem incorporationẽ bonorũ pro delicto mariti, n. 33.

Præfertur creditoribus, quo ad ſeruitia perſonalia mariti, & quomodo procedat, numero 34. & 35.

Maritus tenetur cohabitare cum uxore ſtante pacto appoſito in capitulis matrimonialibus à n. 36. ad n. 55.

Limita niſi ex cauſa morbi, inimicitiæ, & aliis tunc pacto non obſtante poteſt diſcedere, à num 47. à 61.

Vxor tenetur ſequi virum etiam ad proſum, etiã eſercitum euntem, etiam vagabundum à n 48, ad 53.

Viro licet ducere uxorem ſecum ad locũ ubi admi-

adminiſtrat ſic per Seuerum Cecina, & Valerium Meſſalino Cōſules Romanos diſcuſſum. n. 49. 50. & 51,

Vxor poteſt habitare cū marito excōm. n. 62.

Limita niſi ſit particeps criminis, n. 63.

Vxor non debet manere in menſa, quando eius maritus cum excommunicato comedit, & quare, n. 64.

Poteſt receptare maritum foriudicatum, & non punitur remiſſiue. n. 65.

Poteſt diſponere de acquiſitis per eam, & pro quibus, n. 66.

Tenetur marito, nēdū ad operas obſequiales, ſed induſtriales, n. 67.

Mulieres, antiquitùs etiam primi ordinis domi lanam exercebant, telam texebant, veſtimque conficiebant, n. 67.

Vxor præſumitur ex bonis mariti queſiuiſſe ad euitandam ſuſpicionem turpis queſtus, num. 68.

Maritus ſi emptionem fecerit de queſitis per vxorem ſpectat ad virum, n. 68.

Si poſt contractas ſecundas nuptias aliquid acquiſiuit ſecunda vxor in acquiſitis præfertur, num. 69

Creditores habent ius offerendi contra vxorē, etiam ſi maritus traderet vxori bona pro dotibus, etiam ſi bona eſſent alienata per virum ante vergentiam, n. 70. 71. & 72.

NE des poteſtatem mulieri Animæ tuę, nè ingrediatur in uirtutem tuam, & confundaris. Eccleſiaſtic. cap. 9. n. 2.

Seneca controuerſ. 15. ad finem fol. mihi 130. hęc uerba ſcripta reliquit.

Muliebrium vitiorum fundamentum auaritia eſt; ex quo eſt exortum illud vulgatū adagium, mulierum genus auariſſimum eſt, & fortius ex accidenti, quando dotem non tenuem mariris aſſignant euadunt inſolentes, audaces, & ferè quietem mariti, & domus perturbatrices, ſed maritus lætitia, non paruæ dotis obliuiſcitur, præuidere, quę futura ſunt, neque mo-
2 tes vxoris, & animi uirtutes cernere, indè temporis progreſſu cognoſcit, quod cognoſcere nō putauit, & ille, qui magnam recepit dotem, dixit, ditiſſima mulier mihi obuenit, cui amicus reſpondit, de moribus nihil narras, nihil cogitaſti de motibus, neque de fęminæ dotibus, quæ optimę ſunt, fides, verecundia, caſtitas, modeſtia, ſed ſolùm attendere voluiſti dotē, & formam, & ille alius in quem vxor occaſione magnę dotis aſſignatę euaſit, ſingularis inſolens, ſuperba aduertens erraſ-
3 ſe, & ex cauſa dotis in laqueos incidiſſe dixit, vxor mihi prædiues eſt, quātò melius erat cū inope requieſcere, quā labo-
4 rare cum ſuperba, melius eſurire eſt cum paupercula humili, quàm litigare cum inſolenti diuite, ſubiunxit, ſi dotem in argento accepi imperium vendidi, quando
5 enim mulier cum dote domum ingreditur libertas euaneſcit, undè philoſofus ſi dos ingreditur, libertas egreditur: ex cauſa n. dotis, licentia traditur mulieri frenū vero uiro, & propterea nō eſt tribuēda libertas uxori ne conueniāt præcitata uerba, undè *Aurel.* Ant. qui ab amicis denū-
6 ciatus vxorē ſuā, non benè ſe gerere, & hortatus, ut repudiaret, ſi nollet occidere, reſponsū dedit in his uerbis, ſi vxorē dimittimus reddamus & dotē; dos autē erat imperiū, quòd à ſocero, Adriano acceperat, undè uides quāta ſit mulieris audacia, ex cauſa dotis erga maritū, nō quātitas dotis, ſed qualitas vxoris exiſtimāda eſt, cuius vitia, & malitias, quas in partem cecinit Doctor Fraciſcus *Antonius* Ferignus meus coetaneus, & collegas alias à me laudatus, ſequentibus uerſibus.

E ver, la Donna è fral, ma nel ben fare;
Ne le perfidie poi forte, e coſtante;
E nel trarſ' i deſir ſagace amante;
Semplice in moderar le voglie auare.
Segue il ſuo guſto; è non ſi ſa tentare
Molto, che facil crede; e gode errante
D'occorrenze preſenti; e quel diſtante
Non preuede giàmai, pront'a peccare.
Varia hà diſcrettion, vario intelletto;
Che s'appanna al ſoffiar; poco auco intende,
Sendo error di natura, e vil difetto.
Fugge quel, che le ſpiace; e non ſi apprende
Per queſto al buon; ſempre il ſuo ſciocco petto
A partiti peggior vilmente pende.

Non audebis eā repræhendere, dum reſpicis dotem, nec præſumes humiliare illā, accidit illi paupercule, quę à uiro, ex cau-
8 ſa ſuę bonitatis, fuit deſpōſata, & inter-

rogata, quã dotẽ attulit, pudicitiã à ma-
ioribus traditã, & à mè conſeruatã dixit.
Sed cogitandum eſt habere mulierem cum
illa dote animi, nempe, prudentia, iuſti-
9 tia, fortitudine, vigilantia, honeſtate, cæ-
teriſque uirtutibus, quę ipſam ornant,
dos enim mulieris duplex eſt, una, eſt dos
10 corporis, nempe, pulcritudo, valetudo,
pulcher ſermo, & alia huiuſmodi.
Alia ſunt bona fortunę, quæ conſiſtit in di-
uitijs, quæ priuilegiatur à lege, ut pro do
11 te potiantur multis prærogatiuis, nem-
pe, ut pro ea poſſit mulier, nèdum pete-
re aſſecurationem viuente viro, verum
etiam, & reſtitutionem, pro ut in pręſen-
12 ti deciſ. fuit diſceptatum, & licet aſſecu-
ratio, adiudicatio, & reſtitutio dotis dif-
ferant nam aſſecuratio eſt uirtute hypote
13 cę ſuper bonis mariti, ut alat se, & libe-
ros ſuos, ut Author hic n. 11,
Reſtitutio vero eſt in priſtinum ſtatum repo
14 nere, nempe, ut dos reuertatur ad mu-
lierem, ut Author hic num. 11, de Ma-
15 rin. reſolut. quotidianar. cap. 20. num.
4. tamen differunt, quia per reſtitutio-
nem transfertur dominiũ in vxorem per
16 aſſicurationem vero non transfertur, ſed
retinet loco pignoris, donec dos ſibi ſol
uatur, *M*agon. deciſ. Florent. 125. Reg.
de Apont. conſ. 123. lib. 2. & Nouiſſi-
mè Octau. Caracciol, deciſ. Cur. prætor-
rian. 20. n. 26. & ſeq.
Adiudicatio vero ſecus eſt, & ſecundus cre
ditor habet ius offerendi, Affl.ct. deciſ.
17 199. vide Moſcatell. de appellar. part.
3. gloſ. adiudicantur num. 93. & ſeq. &
licet aſſicuratio fuerit denegata Beatrici
Gattolo actrici in hac deciſ. tamen non
proceſſit ſextio, ut mulieri aſſecuratio
non competat, ſed quia non fuit proba-
tum plenè ex defectu teſtiũ, ut *A*uth. hic
n. 23, refert, & Petra hic n. 5. uaria affert.
Vnde videndum eſt, quomodo mulieri in
18 hoc conſulatur, &, an ſufficiat vergen-
tiam allegare, uel oporteat probare, mul
ta media adducit, Author per l. ubi ad
huc, & per l. ſi conſtante, & Afflict. deciſ.
199. quem ſequitur de Franch. dec. 54.
tu uero diſtingue, quod aut mulier agit
contra uirũ, & filios uiri, & tunc ſufficit
19 ſemiplena probatio, leues enim proba-
tiones ſufficiunt cõtra maritũ eiuſq. filios
Ioſeph Lud. deciſ. Lucen. 22. n. 12. & 15.
*A*ut uero agit contra tertios poſſeſſores, &
20 tunc requiritur, ut vergentiã ad inopiã
plenè probet, Ludouic. ibidẽ Petrus Be-
nintenda dec. Bonon. 68. Viu. Comm.
opin. in uerbo mulier fol. mihi 91. uide
Puteu. dec. 16. lib. 3. Anton. Queſada
quæſtion. iur. cap. 14.
Author hic n. 18. & *M*ari n. 15. an mulier
poſſit impedire creditores petentes im-
21 miſſionẽ in poſſeſſionẽ bonorũ mariti
ſpreto marito, nec eius bonis diſcuſſis
vel contra virũ prius agere, & nõ ualere
etiã ſi habeat cuncta bona obligata, niſi
agat prius contra virũ, uidetur annuere,
Gratian. dec. *M*archię 71. Capic. deciſ.
119. Caualcan. de uſufruct. mulieri relic
to n. 102. & Io. Bapt. Ciarlin. controuer.
forenſ. cap. 94. nu. 1.
A[illegible]na ſingular. 598. & poſt eũ Carocc. de
22 exceptionẽ excep. 71. inferunt mulierẽ
inpedire executionẽ ſententię petendo
aſſecurationem.
Bald. Nouell. in tract. de dote par. 7. priuil.
23 8. ad fin. & priuileg. 24. cũ Necuſan. in
tract. de pignor. mẽbro 1. par. 5. n. 29. af-
ferunt nõ impedire etiã ſi nõ egerit cõ-
tra maritũ, nec in eius bonis diſcuſſerit.
Tu uero diſtingue, aut mulier agit uirtute
textus in l. ſi cõſtante. ff. ſoluto matrimo
24 nio, & tũc nõ poteſt impedire, nec cõtra
tertios, vel contra creditores agere niſi
contra virũ greſſus dirigat, Io. Bapt. Ciar.
lin. cit. cap. 94. num. 24.
*A*ut vero agit uirtute conſtituti, & pręcarii,
quod habet in inſtrumẽto dotali, & tunc
25 impedit executionẽ, & creditores etiã
nõ probata impinguitu inopia, ut adducit
*A*uth. hic n. 21. Viſill. ad afflict. dec. 199.
Viu. d. 413 n. 2. circa finẽ, & quod impe
diat creditores, deciſũ refert Moſcatell.
p. 4ct. de appellat. par. 3. gloſ. ad iudicã-
tur. 60. Staib. conſ. 73. nu. 5. Fontanell.
de pact. nuptial. to. 2. dec. 7. gloſ. 1. par. 2.
n. 10. & iterũ gloſ. 2. part. 3. n. 10. & 18.
Clauſula enim conſtituti, & præcarii eſt tã-
ti momenti & ponderis, ut nedùm non
requiratur excuſſio contra maritum, nec
eius

eius bona, ſed impedit creditores, Anton. Faber deciſ. 25. titul. de iur. dotiũ, vt aduertit Author hic cit. num. 21. & virtus conſiſtit in modo libellandi, & ſic opponendi, hãc clauſulã, & aduertat libellans, ut ſpecialem de dictis clauſulis mẽtionẽ faciat, alias nõ poſſet impedire, ſed docere per teſtes de vergẽtia, Vrſill. ibid n. 2. Anna conſ. 63. qui nõ citat Vrſill.

Marcell. Calà verò de modo articulandi tit. de prima ſpeciæ probar. quæ ſit per
28 teſtes nu. 154. affert opinionẽ Auth. procedere in executione facta, opinionẽ verò, Vrſill. in executione facienda, uide Maſull. ad Capic. dec. 46. n. 4. ſed cogitur uxor conferre ut excõputat, quod illa recepit ad hoc ut cõtra poſſeſſores, vel tertios agat, Fab. dec. 21. de iur. dotiũ

Et ſi mulier egerit prius uirtute textus in. l.
29 ubi ad huc, an poſſit inde uariare, & Intentare hoc remedium clauſularum conſtituti, & præcarii, & quod variare valeat, & eligere bona etiam inuitis creditoribus affert, Viuius deciſ. 413. & poteſt omnia bona capere, uel forte meliora, Negoſant, de pignorib mẽbro primo part. 5. n. 33. Guttier. cõſ. 19. n. 13.

Contrarium affert, Mari hic num. 18. ex multis quos aducit, non poſſe mulierem eligere, niſi vnum corpus, & de melioribus, &
30 ante eum Nouar. de priuileg. miſerabil. perſonar priuileg. 100. num. 4. & poſt eum, Don Ottau. Caracciol deciſ. Cur. petrorian ſicil. 29. num. 13. Mariũ Cutil. deciſ. Sicil. 14. num. 17. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 38, nu. 11. Conſiliar. Thedor. alleg. 39. num. 5. & ſeq. & uidendus eſt Tiraquell. de iur. retractus par. 1. num. 38. & 39.

Tu uerò diſtingue, aut mulier habet in ſpe-
31 cie aliquem fundum hypotecatum, & tunc non poteſt recurrere ad alia bona niſi diſcuſſa re ſpecialiter obligata, aut uero non habet ſpecialem obligationem in certis bonis, ſed generalem in omnibus, & tunc poteſt eligere, quæ ſibi velit, & forte de melioribus, aurea doctrina eſt, Surd. conſ. 495. n. 9. uol. 4. quem relatũ uidi per Epiſcopum Riccium ad deciſ. de Franch. 5. ad med.

Et ſi elegerit unum corpus, an poſſit inde
32 ad alia corpora veriare, multi prò negatiua afferunt, tu uero diſtingue, aut res electa perit culpa vxoris, & non poteſt variare, aut citra ſuã culpam, & dolũ, uel negligentiã perierit, & tũc uariatio ſibi cõpetit, Puluerin. ad Afflict. deciſ. 199.

Conſequenter queri poteſt, an mulier, quæ
33 in poſſeſſione bonorũ mariti reperitur prò ſuis dotibus poſſit repellere fiſcum eorumdem bonorum incorporationẽ petentem pro delicto mariti? abundè dixi in meo 1. to. tit. de foriudicat. cap. unic. à n. 5. ad 12. ubi ſimiliter concluſionem adduxi mulierem agentẽ uirtute conſtituti, & præcarii poſſe repellere fiſcum, nedũ petentẽ incorporationẽ bonorũ, verũ etiã ſi fiſcus bona publicauerit poteſt ab eo, bona confiſcatã auferre, etiã matrimonio nõ ſoluto, Neguſant. cit. par. 1. n. 35. nunc addo, Caball. caſ. 232. n. 12.

Ex quo inſurgit aliud queſitum pone, quod maritus debita contraxerit cum credito-
34 ribus, quibus etiam; quo ad ſeruitia perſonalia se obligauerit, inde ad illorũ ſatisfactionẽ ſit effectus impotens, & cõtingat deuenire ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, cuius virtute non poſſunt moleſtari de perſona, ſed ex cauſa obligationis perſonalis eſt obnoxius ſeruitiis creditori, an mulier potiatur hoc priuilegio prælationis, & præferatur in perſonam viri creditoribus, ita ut uir teneatur ſeruire potius vxori, quam cre-
35 ditoribus in ſeruitiis perſonalibus? Guttier. in tract. de iurament. confirmator. par. 1. cap. 18. n. 7. affert ſibi in illo ſenatù accidiſſe, & tanquam Aduocatum pauperum obtinuiſſe, ut maritus potius vxori, quam creditoribus ſeruire teneatur, ego verò hoc nunquam oculis uidi nec auribus audiui ſeruatum.

Sed ſe offert quæſitũ pone quod coniuges cõueniãt in inſtrumẽto capitulorũ matrimonialiũ, & ſic tẽpore matrimonii pactũ apponãt ut uir teneatur morã proſequi in domo uxoris, nec uxor ad domũ mariti accedere cogatur, an pactum huiuſmodi ſubſtinetur, uidi pluries hoc dubitatũ, & diuerſis temporibus cõtrauerſum.

Capic.in eius deciſ. 135. inter Ioannem Aloes de Septimo, & cum Barone Roc-
37 cello, & poſt multa ibi diſcuſſa affert maritum attuliſſe ſuam vxorem Panormum locum pacti, & refert tempore Ludouici apud Vibinum valere pactum factum, vt maritus moretur cum ſua vxore.

Io. Baptiſta de Thoro in eius 2. tom. comp. deciſ. Regn. verb. pactum, fol. 409. plu-
38 ties occurriſſe refert, & fuiſſe deciſum per S. C. pactum valere, non exiſtente noua cauſa.

Gizzarell. in deciſ. 10. ſimile pactum appoſitum inter Baronem Battaliarum, Sci-
39 pionem Galliottum, & Victoriam de Alois plures ſententias refert, & tandē fuiſſe deciſum pactum valere, nec licere marito diſcedere à Ciuitate Neapolis, quæ erat locus promiſſus.

Nuper accidit Camillo Iordano, moribus, & vita conſpicuo, in pacto appoſito in
40 capitulis matrimonialibus in matrimonio contracto cum *Mattia* de nobili familia de Muſto Ciuitatis Beneuenti, in quibus pactum appoſuerunt, vt vir in domo vxoris moram facere, teneretur, verùm quia intemperies aeris Beneuentani non conferebat ſaluti viri, nec tolerantiam ſuæ complexioni afferebat, vir à Ciuitate Beneuenti diſcedere quærebat dotantes, & ſic fratres vxoris pacto vtētes tuebantur non poſſe diſcedere, & fuit controuerſia, tamen ea ſedata, quia vxor prudens ſequi voluit virum ad eius domū properauit inſimul habitantes prout habitant augumento domus incumbentes, & de ea poſſant applicari verba Salomonis, *Mulier ſapiens ædificat domū*
41 *ſuam, & diligens eſt corona viro ſuo*, Prouerb. cap. 12. & 14. tamen ea, quæ tunc temporis applicata fuerunt, deinceps innoteſcant placet nunc adducere.

Duplicem opinionem inuenio, vnam nempè negatiuam pro parte viri, & ſic pactū non valere, alteram affirmatiuum pro parte vxoris pactum ſubſiſtere.

Pro parte negatiua, & ſic pro viro dicitur pactum nullo iure fundari ex infraſcrip-
42 tis; Primo lege Diuina cautum tepe- ritur vxorem ſequi virum teneri ac dum extextu in cap. vnaquæque 13. quæſt. 2. vbi habetur, quod omnis mulier, ſequi virum debeat, verū n etiam ex Sanchez de matrimon. lib. 1. de ſponſalib. diſput. 40. & 41. & gloſ. in cit. cap. vnaquæque, ampliat, vt vxor virum ſequi teneatur, etiam ſi vir ſit leproſus, etiam ſi mittatur in carcerem, vel ire exercitum cogatur,
43 Muta tom. 6. citat. cap. 10. num. 26. qui ampliat, vt vxor teneatur ſequi virum etiam leproſum peregrinantem, exiliatum, vagantem affert, de Thoro cit. tom. 2. verb. pacta, fol. 409. & quod huiuſmodi pactum tanquam impeditiuum ad matrimonium non valeat, & vir ad illius ob
44 ſeruantiam non teneatur, refert *Mari* ad Gizzarell. cit. deciſ. 19. num. 1. Petra ad Capic. deciſ. 135. nu. 4. ad medium, de Angel. in l. pacta, nu. 3. cod. de pact. & iterum, Io. Bapt. de Thoro tom. 3. par. 2. verb. pactum, fol. 236. *Mele* ad Giz-
45 zarell 9. Reg. Galiot. controuerſ. tom. 1. cap. 13. num. 38 & quod pactum contra naturalem facultatem non valet, Regens Rouit. ad prag. 7. de compoſit. num. 17. verſ. eſt etiam, ut pactum non ualeat nec uir ſeruare teneatur, refert Capoblanc. citat. prag. 9. num. 51. & in foro poli, ut uxor ſequi debeat uirum ſub peccato
46 mortali, refert Syr. citat. cap. 7. num. 10. uerſ. ſeprimo peccat, Layman. reſolut. moral. lib. 5. part. 2. tractat. 10. cap. 2. num. 3. & ſeq. ea ratione, quia coniuges ſunt miniſtri ſacramenti, huiuſmodi pactum non ualet, quia hęc affirmatiua cō-
47 dirio hab. t negatiuam implicitam, quā concluſionē pro uiro firmatam amplia, ut ſupra dixi procedere.

Primo, ſi vir ſit læproſus, & adeò eſt verum, quod ſi coniunges, vel alter ipſorum
48 fuerint læproſi, non per hoc diſſoluitur matrimonium, *Abb.* in cap. 1. num. 3. de clerico ægroto, & licet clerico læproſo prohibeatur acceſſus ad Eccleſiam propter læpram, non procedit in coniugibus, quia vinculum coniugii carnalis fortius eſt illo ſpirituali, *Abb.* ibidem.

Amplia ſecūdo etiam ſi vir exercitum ire cogatur ut ſupra dixi hinc oritur pulcherrimum

49 rimum quæſitum, an marito liceat uxorem ſuam ſecum aſportare etiam tẽpore belli in militantibus regionibus, vel officiali ad locum vbi officium adminiſtrat,
50 & pluries vidi quoſdam non ducentes vxores ſpernentes eos, qui eas ducunt, & ad refrænandum os murmurantium dixi fuiſſe magnam controuerſiam inter Seuerũ Cecina, & Valerium Meſſalino cõſulens Romanos ſi liceret marito officia-
51 li vxorem ſecum aſportare, & prò affirmatiua fuiſſe concluſum, ut refert Tacit. lib. 3. & 4. Annal. Petr. Gregor. Toloſan. Syntagmat. iur. uniuerſ. part. 3. cap. 32. nu. 29. & nuper poſt illos omnes affert. Bouadill. tom. 2. politicor. lib. 5. cap. 3. num. 118. fol. mihi 723. cuius uerba placet inſerere cum hic liber de facili præ omnium manibus non poſſit haberi.

Controuerſia grande vuo entre Seuero Cecina, y Valerio Meſſalino, Conſules Romanos, ſegun Cornelio Tacito, y otros, ſobre ſi conuenia que el Corregidor lleuaſſe al Oficio ſu muger, o no, y dezia Seuero que en ninguna manera la lleuaſſe, porque en el gouierno de la paz con ſus atauios y adornos, y en el de la guerra con ſu miedo, embaraçauan; porque la muger no ſolo nò ayudaua a los trabajos, por ſu imbecilidad, pero de ſu condicion es rigida, ambicioſa, y deſſeoſa de mandar, y no conuenia que las mugeres contra las leyes Opias gouernaſſen las caſas, los Iuzgados, ni los exercitos. Pero por el contrario Meſſalino dezia, que la compañia particular de la muger no era empedimento al Gouernador de la Ciudad pues quando buelue faſtidioſo de los negocios y trabajos, no ay aliuio mas honeſto, ni coloquio mas agradable, que el de ſu muger, y muchas ſon cuydadoſas de la hazienda, y por ellas algunos maridos menos deshoneſtos, y moleſtos a las mugeres de ſu prouincia, y que las leyes Opias no ſiempre ſe obſeruaron ni es bien dexar a ſu aluedrio las mugeres flacas y blandas, a peligro de las luxurias y laſciuas agenas, pues aun cohabitando con los maridos, apenas eſtan ſeguras, quanto mas oluidadas mucho tiempo, y aſſi Liuia acompañò a ſu marido Auguſto en el Oriẽte, y en Occidente, Hipſicrates a Mitridates, aun tiempo de guerra, como tambien ſiguio Cleòpatra a Pompeyo por lo qual vencio el parecer de Meſſalino.

Amplia tertio vt teneatur ſequi virum etiã vagabundum, quod non ſic ſimpliciter
52 intelligendum eſt, ſed diſtinguendo, eſſe duos caſus, quorum primus; aut vxor ſciebat tempore contracti matrimonii conditionem viri, & eius vagantiam, tũc eo caſu tenetur ſequi, aut verò neſciebat
53 nec vir ſolitus erat vagari, & ſi uagabatur, incognitum erat uxori, & tunc non tenetur ſequi, Sayr. loc. citat. Maſull. ad Capic. decif. 135. num. 1. & ſeqq.

Pro parte affirmatiua, & ſic uxoris dicebatur pro ualiditate pacti iudicandum fore
54 allegabatur cit. deciſ. Capicii 135. & deciſ. Gizzarell. 19. & de Thor. cit. loc. & uxorem non cogi ad maritum accedere, ſed maritum ad uxorem, ex Muta tom. 6. cap. Sicil. cap. 10. num. 26. Capoblanc. tom. 1. prag. 9. num. 50. & ut in foro poli pactum ſubſtineatur, Sayr. Clauis Regia lib. 7. cap. 7. uerſ. ſeptimo peccet, & pactum valere, & in caſu con-
55 trarii pœnam poſſe exigi, confirmat Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 40. nu. 2. ad fin. ea ratione, quia hoc pactum reſpicit uxoris fauorem, ne contingat contra ſuam uoluntatem, derelictâ propria patria alienam properare, & nuper Diana reſolut. moral. parte 2. tract. de Sacramen. reſolut. 212. fol. mihi 222.

Et licèt rationes concludentes pro uiro eſſet maiores numero, & auctoritate Do-
56 ctorum, tamen ſtantibus tribus deciſionibus Sacri Conſilii ſupra adductis pro ualiditate pacti ad beneficium uxoris cũ durum ſit contra ſtimulum recalcitrare, ut utar uerbis Capicii dec. 40. num. 5. concludendum eſt pactum ſubſiſtere, & proinde ad fauorem uxoris iudicandum eſſe.

Quam concluſionem limita in infraſcriptis caſibus, uidelicet.

Primo, ſi in loco promiſſo adſit aliquis morbus, ſiuè peſtis, uel aliud ſalutis pericu-
57 lum, tunc pacto non obſtante uir à reſidentia excuſatur, Muta citat. tom. 6. c. 10. num. 26.

Se-

Secundo, ſi oritur noua cauſa poſt contractum matrimonium, vt refert Capic. de-
58 ciſ. 135. num. 3. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 307. num. 7. quæ noua cauſa poteſt verificari in pluribus, nempè ſi maritus alibi ſe transferre teneatur, & ſic neceſſitate cogente, Capic. deciſ. 135. num. 3. & quod pacto ſpreto ex cauſa noua poſſit vir aliò migrare, affert Sanchez de matrimonio lib. 1 diſputat. 40. num. 3. 4. & 5.

Tertiò, ex cauſa inimicitiæ contractæ in loco reſidentiæ poſt matrimonium contra
59 ctum, Maſull. ad Capic. deciſ. 135. num. 8. & in foro poli, quod ex cauſa inimicitiæ non teneatur uir ad uxorem ire, non obſtāte pacto, refert Sayr. cit. lib. 7. cap. 7. num. 10. uerſ. ſeptimo peccat, quæ debet eſſe capitalis, vel pro maiori parte bonorum, Quarant. in ſumm. bullar. ver. beneficiorum reſignationes.

Quod ſublimita, niſi maritus procurauerit inimicitias ad hoc illarum occaſione nō cogatur penes vxorem morari ad eui-
60 tandum pactum, tunc quia Inimicitia eſt procurata, non prodeſt marito, & pactum ſeruare tenetur, Gizzarell. dec. 19. num. 24.

Quarto, ſi aeris loci reſidentiæ temperies ſit contraria complexioni mariti, tunc
61 quia periculum imminet, non cogitur maritus pacta ſeruare, Maſull. ad Capic. dec. 135. num. 8.

Hinc quæritur an liceat vxori cohabitare cum marito excommunicato, Maſull. ad Capic. deciſ. 135. num. 2. remittit ſe ad
62 Boſſ. tit. de bonor. publicat. num. 75. vidi Boſſ. & ſubſtinet vxorem teneri cohabitare cum marito excommunicato, ex cap. inter alia de ſententia excomm. affert rationem, quia neceſſitas cogit, vt matrimonium adimpleat, debitum reddat, & liberos habeat; coniuges enim ſunt ſocii diuinæ, & humanæ domus, & duo in carne vna. nec per hoc peccat, ea ratione, quia peccatum mariti non eſt peccatum vxoris, Sayr. caſ. conſcien. lib. 1. cap. 9. nu. 20.

Quod limita duobus in caſibus, Primo niſi mulier ſit particeps criminis, tunc enim
63 tenetur, non ex delicto viri, ſed ex ſuo, & excommunicatur, Sayr. Ibidem ſecundo niſi vxor reſpectu virium excommunicato participaret: exemplum, ſi vir
64 ducat ad ſuam domum aliquem ad comedendum, non poteſt mulier permanere in eadem menſa marito, & cum excommunicato; peccat enim & tenetur ſic ex multis affert Sayr. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 14. num. 5. & 7. Ricciull. de iur. perſon. lib. 4. cap. 38. nu. 40. & 41.

An teneatur vxor receptare maritum forjudicatum, & receptans puniatur, vide
65 quæ dixi in meo 1. tom. tit. de forjudic. cap. vnic. nu. 10. & ſeq.

Iterum quæri poteſt mulier, quæ bona acquirere poſſit, & de acquiſitis per eam
66 diſponere ſupra deciſ. 54. num. 45. articulum tetigi, & dixi, quod ſi mulier fuerit lanifica, chirurgica, obſtetrix, & ſimilis, poteſt ex operibus artificii acquirere ſibi, & quod acquirit ſibi, & non marito, & de eis heredem inſtituere, & ad ſui libitum diſponere, nunc addo rationem
67 quia vxor tenetur marito, nedùm ad operas obſequiales, verum etiam, & induſtriales, Gyptius dec. Bononienſ. 8. n. 76. tenetur enim domi operari, antiquitus enim mulieres, etiam primi ordinis domi lanam exercebant, telam texebāt, veſtemquè conficiebant, Lipſ. lib. 1. Lector. cap. 17. liter. A. fol. 607. col. 2. & ad euitandam ſuſpicionem turpis quæſtus,
68 præſumitur ex boni mariti quæſiuiſſe, & proinde nedùm lucrum proueniens ad commodum mariti venit, Gypt. ibid. nu. 77. 78. & 79. verum etiam ſi vir de quæſitis per vxorem, emptionem bonorum fecerit ad virum ſpectant, Antonius Faber dec. 41. tit. de probat. colligitur ex Franch. deciſ. 18.

Et è contra ſi vir poſt contractas ſecundas nuptias aliquid acquiſiuit, ſecunda vxor
69 in acquiſitis præfertur, *Matt*. conſ. 91. num. 4.

Mari hic num. 6. affert creditoribus competere ius offerendi contra mulierem,
70 quod habetur etiam per Camillum de Medic. à Mati non reportatum conſ. 120. num. 10.

Quod

Quod tu amplia procedere etiam ſi mari-
71 tus bona traderet vxori pro dotibus, de Marin. citat. cap. 20. num. 5.

Amplia procedere etiã ſi bona eſſent alienata per virum, ante vergentiam, Afflic.
72 dec. 199. ad fin. D. Octauius Caracciol. dec. Cur. pretorian. 20. nu. 24.

Heliſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCIII.

SVMMARIVM.

Apoca probatio quomodo fiat, num. 2.

Hares tenetur habere ratum factum defuncti, num. 3.

Amplia teneri ſi defunctus fuerit condemnatus, nu. 4.

Amplia vt hares laicus vtatur iure defuncti abſolutè, nu. 4.

Amplia habere ratum factum defuncti, etiam ſi illud factum ſit conditionale, nu. 6.

Amplia vt teneatur ratificare diſpoſitum à defuncto, fauore dotis, num. 7.

Amplia vt pro debito defuncti poſſit carcerari, nu. 8.

Limita vt non teneatur habere ratum factum defuncti, ſi aliquod priuilegium repugnat, num. 9.

Limita niſi inſtrumentum eſſet ſimulatum, num. 30.

Limita vt ſi acceptat hareditatem, non cenſetur acceptare onus impoſitum legitimè, num. 11.

Limita vt ſi fuerit prohibitus alienare, poteſt alienare cauſa dotis, & quare, nu. 12.

Hares poteſt tueri metu non allegato per defunctum, nu. 13.

Non tenetur habere ratum ſi illud factum eſt illegitimum, erroneum, vel inualidum, nu. 14. & 15.

Hares poſt mortem defuncti poteſt vendicare feudum alienatum, nu. 16.

Poteſt accuſare de adulterio poſt mortem patris ſi pater in uita conqueſtus fuit, n. 17.

Poteſt contractum factum per defunctum impugnare, nu. 19.

Hares non poteſt defunctum de mendacio redarguere, nu. 20.

Probatio alienationis reſtringitur, vel ampliatur, prout ratio propter quam fit, eſt reſtrictior, vel amplior, num. 22.

Prohibitio quando iudicatur perſonalis, n. 23.

Prohibitus alienare prohibetur hypotecare, & cenſum imponere, nu 23. & 24.

Prohibitio alienationis quomodo intelligatur, nu. 25. & 26.

Alienatio an poſſit fieri de re prohibita in coniunctos, num. 27.

Prohibitus alienare an poſſit alienare ex cauſa remunerationis, num. 28.

P*Rohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum, Dauid Pſal. 33.*

In Eccleſiaſtico cap. 7. num. 12. hæc uerba habentur, *Non irrideas hominem in amaritudine.*

Et Boet. ad Aſcent. de conſolat. lib. 2. proſ. 1. fol. 20. liter. C. dicit, *Sapientis, & magnanimi eſt contra fortunam conſtanter militare, & non puſillo animo ſuccumbere.*

Applicatur dum Petra, & Mari non contẽtantur vna vice Grammat. Authorem noſtrum redarguere; nam Petra, nedùm hic num. final. verumetiam ad Capic. deciſ. 78. num. 6. ad med. & Mari hic nu. 9. & fin. dicunt Grammaticum malè loqui, & eius deciſionem non eſſe Sacri Conſ. ſed communiter, eiectam, non inuenio enim cauſam quare reiicienda venit, & proinde non debet quis cunctis
1 ſermonibus accomodare cor ſuum, magnanimi, & ſapientis inquam eſt conſtãter contra fortunam militare, nec homines ab aliis ſunt ſpernendi maximè in anguſtiis, ideſt in amaritudine, & ſic poſt mortem, vndè eorum reiectione reiecta, & deciſione non neglecta iuxta morem congruum mihi videtur aliqua addere: tria enim tractantur, primum circa apocæ probationem, & ſi teſtis dicat habere notam manum an probet, an verò requiratur, vt dicat ſe vidiſſe ſcribere; Secundum an hæres teneatur habere ratum factum defuncti, Tertium de alienatione rei prohibitæ.

Quo

Quo ad primum circa apocæ probationem
ſi eius verificatio dicatur quando teſtis
2 deponit habere notam manum, an verò
requiratur vt deponat vidiſſe ſcribere, de
quo latius dixi ſupra deciſ. 84. hic pertranſeo.

Quo ad ſecundum, an hæres teneatur ha-
bere ratumſactum defuncti, concluſio
2 pro affirmatiua ſe habet, ea ratione, quia
hæres perſonam defuncti repræſentat; Reg. Sanfelic. deciſ. 202. num. 22. tom. 2. & adeo verum eſt vt non licet hæredi, quod non licet defuncto, Reg. Tapp. deciſ. Ital. 2. num. 229.

Amplia procedere, vt ſi defunctus fuerit
condemnatus, vel fuerit lis cum eo con-
4 teſtata, hæres tenetur ex delicto defuncti, l. vnica, cod. ex delict. defuncti, quod ampliatur procedere etiam de iure canonico, quamuis hæres nil perceperit Abb. in cap. in literis de raptor. notabili. 3. Regens Rouit. deciſ. 74. nu. 3. ſed pro concluſione eſt recurrẽdum ad Monran. in tract. de regalib. ritul. de regalib. offic. num. 54. ad med.

Amplia ſecundo, vt hæres laicus poſsit vti
iure defuncti comperẽte abſolurè, Octa-
5 uius Caracciolus tractat. de foro competenti, quæſt. 42. nu. 20.

Amplia tertio, vt per defunctum factum
hæres tenetur ratumhabere etiam ſi il-
6 lud factum ſit conditionale, Reg. Sanfelic. dec. 292. nu. 20. tom. 2.

Amplia quarto ex conſiliar. de Giorg. alle-
gat. 46. num. 44. vbi tenetur Hæres con-
7 ſentire, & ratificare, quod diſpoſitum eſt à defuncto, fauore dotis.

Amplia quinto, vt hæres poſsit pro debito
defuncti carcerari, dummodò conſtet
8 eſſe hæredem, vel per teſtes, vel præambulo mediante, tunc Iudex ad relaxationem literarum executorialium procedit, Mauſon. de Cauſſ. exequut. ampliat. 14. nu. 20.

Quam concluſionem licet limitatam vides
per Authorem hic à 4. ad 8. tamen omiſ-
9 ſo quæſito ſi hæres impugnans factum defuncti efficiatur indignus, de quo per Conſiliar. Theodor. allegat. 18. num. 73. & 74. ego afferã alias limitationes quarum prima illa eſt quando aliquod priuilegium repugnat, Octau. Caracciol. citat. quæſt. 42. nu. 22. Carol. *M*aran. tom. 3. reſponſ. 30. num. 41.

Secundo non tenetur habere ratumfactum
defuncti, immo illud impugnare quan-
10 do inſtrumentum factum per defunctum eſt ſimulatum.

Limita tertio, vt ſi hæres velit, vel cogatur
acceptare hæreditatem, non cenſetur
11 acceptare onus impoſitum legitimè, Carocc. dec. 68. nu. 6.

Limita quarto, vt ſi hæres fuerit prohibi-
tus alienare aliquam rem, valet illam
12 alienare ex cauſa dotis ex coniectura, & veriſimili mente teſtatoris; hæc enim alienatio licita eſt, & neceſſaria iudicatur, quia ad vtilitatem publicam tendet, Viu. dec. 18.

Limita quinto, vt ſi defunctus inductus fuit
in vita metu, & aliquem contractum fe-
cit, pro quo competebat exceptio, quod
13 metus cauſa, tamen morte præuentus non valuit metum allegare, tunc hæc actio metus non iudicatur perſonalis, & tranſit ad hæredes, qui poſſunt metum allegare, & de eo excipere Octauius Caracciol. deciſ. 27. Curiæ prætorian. num. 12.

Limita ſexto, vt non teneatur hæres ha-
bere ratumfactum defuncti, quando il-
15 lud factum fuit illegitimum, Conſiliar. de Giorg. allegat. 20. nu. 41.

Limitatur ſeptimo, factum defuncti ratum
non habere hæredem quando illud fa-
15 ctum eſt erroneum, vel inualidum, Camill. de Medic. conſ. 72. num. 1.

Limitatur octauo, vt ſi defunctus pater alie-
nauit feudum, non tenetur ratam habe-
16 re alienationem, ſed ſoluendo pretium, poteſt eam reuocare, quia filius alio iure venit ideſt iure proprio, Reg. de Apont. dec. 11. nu. 56.

Limitatur nono, vt ſi defunctus negligens
fuerit in accuſando vxorem de adulte-
rio, ſed tamen de eo in vita conqueſtus
17 fuit, poteſt hæres accuſare, quia ille cõqueſtus, & ſic præparatio mariti influit ius in perſonam hæredis, Reg. Tapp. deciſ. Sac. Conſ. Neap. 60. nu. 3.

Limi-

Limitatur decimo, vt per Taſſon. de anteſ.
conſil.4.obſeruat.4.num.35.qui Gram-
18 maticus Author noſter hoc loco alle-
gat.

Limitatur vndecimo, vt quando defunctus
iurauerit in aliquo contractu poſt eius
19 mortem hæres non ſtare facto defuncti,
ſed contractum impugnare, & ſic obli-
gationes non obſeruare, Anton. Nigri
in tract. de ſubhaſtation. tit. de iudicial. §.
8. num. 6.

Quamuis hæres non valeat defunctum
20 de mendacio redarguere, Conſil. Theo-
dor. allegat. 18. num. 48. & 49.

Quo ad tertium, de alienatione rei prohi-
bitæ, quamuis ego multa dixerim de
21 alienatione rerum Eccleſiæ in meo 3.
tom. tit. de rebus Eccleſiæ alienandis,
vel non, & multa alia de alienatione re-
rum Eccleſiæ Vniuerſitatis, dixi ſupra
deciſ. 67. & 76. & ſeq. tamen hic occa-
ſione præſentis deciſionis de alienatio-
ne prohibita per teſtatorem, animum
aperiam ex viſis per me poſt deciſ. Grã-
matic. & poſt ſcripta per Petram, &
22 *M*ari, & proindè ſciendum, quod prohi-
bitio reſtringitur, vel ampliatur, prout
ratio, propter quam fuit ordinata eſt re-
ſtrictior, vel amplior, Reg. Galeot. tom.
1. cap. 25. num. 6. & quando eſt nuda
redditur valida reſpectu cauſę, & perſo-
næ, idem Reg. citat. tom. 1. cap. 2. nu. 39.
concordat de Medic. conſ. 19. num. 12.
immo quando in prohibitione demon-
ſtratur nomen, propter quod ſit voca-
tur prohibitio perſonalis exemplũ quan
23 do teſtator prohibet ipſis hæredibus ne
alienent, de Medic. conſ. 19. num. 6. &
ſeq. & ſi teſtator prohibet alienationem,
cenſetur prohibere, & hypotecam, quæ
ſpecies alienationis eſt, Reg. Salernitan.
deciſ. 47. numer. 6. & prohibetur etiam
cenſum imponere ſuper re prohibita, Ve
24 rall. deciſ. 17. & ſi eſt fauore familiæ nõ
eſt nuda, ſed cùm cauſa, idem Reg. Sa-
lernitan. dec. 50. nu. 3.

Et quando teſtator prohibet rem alienari
extra familiam, ea communi ratione, vt
bona conſeruentur in familia, & contin-
gat alienationem fieri exiſtentibus illis
de familia, tempore alienationis, poſ-
ſunt indè nati poſt alienationem con-
tradicere, & annullare alienationem,
bonaquè alienata vendicare, ſic ex mul-
tis, Muta tom. 5. cap. Sicil. 478. num.
48. fol. 318. verùm ſi exiſtentes de fa-
milia ſint requiſiti, vt emant, renuunt
26 verò emere permittitur alienatio in
alios, *M*uta tom. 3. cap. 15. num. 2. fol.
mihi 80. qui intelligit dùm prohibitio
ſit perſonalis, vide de Medic. conſ. 126.
num. 4. & 7.

Verùm ſi fiat alienatio in coniunctos, non
dicitur alienatum, Petr. Gregor. Tolo-
ſan. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 6. cap. 17.
27 num. 4. tom. 1. dummodo non fiat alie-
natio in potentiores, quia tunc inutilis,
& fruſtratoria appellatur, ea ratione
quia non habetur ſpes reuocandi, *M*an-
tic. de tacit. & ambiguis coniecturis to.
1. lib. 4. tit. 3. num. 50. fol. mihi 276. &
iterum tom. 2. lib. 22. tit. 21. num. 38. &
ſeq. fol. mihi 447.

Limita verò concluſionem firmatam, vt ſi
quis ſit prohibitus alienare, permittatur
28 alienatio ex cauſa remunerationis, Reg.
Tapp. deciſ. Ital. 5. num. 94. prout è con-
tra ſi fuerit alicui iniunctum, & fa-
cta prohibitio, ne loquatur,
non cenſetur ei prohi-
bitum ſcribere,
Reg. Tapp. deciſion. conſ.
Neapolitan. 16.
num. 10.

ADDIT. AD DECIS. XCIV.

SVMMARIVM.

Manus ad bonum ſunt creata ab Altiſſimo, num. 1.

Dicuntur organum organorum, & inſtrumentum inſtrumentorum, nu. 2.

Abrabam extendens manum ſuper Puerum fuit impeditus ab Angelo, numer. 3. & 4.

Manus ſumitur pluribus modis, primo pro poteſtate, num. 7. ſecundo pro otio, nu. 9. pro charitate, num. 10. pro opere, quod quis perficit, num. 11. pro dilectione, & ſigna conſenſus, num. 12. pro pace, num. 13. pro iuriſdictione, nu. 15. pro captura, num. 16. pro inhibitoria, num. 14.

Manus iniectio dicitur propria authoritate capere, & eſt verbum antiquum, numer. 17.

Manus percutiens, an debet amputari, numer. 18.

Et ſi duas habet manus percutiens, an ambę ſint amputandæ, nu. 19.

Quæ pœna debet irrogari, ſi delinquens manibus careat, diſtingue, num. 20. & num. 21.

Manum deoſculatio ſignificat perfectam deprecationem, & ſic Græci arbitrabantur, nu. 13.

Vulnere illato ad finem puniendi eſt expectanda mors vulnerati, nu. 22.

Pater habens plures filios infantes non patitur amputationem manus pro delicto, & quare, num. 23.

Digitus, an dicatur membrum, itaut obtruncans digitum in Eccleſia priuetur immunitate Eccleſiæ, num. 24.

NOn extendas manum ſuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam. *Geneſ. cap. 22. nu. 15.*

Seneca in tit. de breuitate vitæ, cap. 1. nu. 24. fol. mihi 729. hæc verba ſcripta reliquit (*Adijce morbos, quos manu fecimus,*) & iterum de Cōſolat. ad *Marciam* cap. 1. num. 271. fol. mihi 776. hæc alia ſcripſit, *& orbitatem manu faciām*, quaſi quod cuncta mala nobis proueniant, ex manibus noſtris, ideſt ex nobis metipſis iuxta illius Poeti carmen,

Fabrì ſiam noi de le miſerie noſtre.

Manus enim noſtræ altiſſimæ maieſtatis vo
luntatę ſunt fabricatæ, vt benè opere-
1 mur, & ut illas ad bona opera applice-
mus, vndè Dauid dixit, Pſal. *Manus eius*
miſit ad fortia: & alibi, *Opera manuum*
noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuū
2 *noſtrarum dirige*. Manus enim dicitur
organum organorum, & ex quo opera-
tiones cunctas facit in corpore exercet
vicem, & locum aliorum membrorum
tanquam inſtrumentum omnium inſtru-
mentorū. *Marchin*. de bello diuino par.
3. cap. 5. num. 8. fol. mihi 74. & qui ma-
nibus ad bonum creatis, ad malum vti-
tur ingratum ſe creatori reddit; in nihilo
enim debet manus creatas ad bonū, de-
3 ducere ad malam operationem deſumi-
tur, dùm Abraham vellet manum exten
dere ad filium ſuum (quamuis, vt obedi-
4 ret præcepto diuino) fuit manus ab An-
gelo detempta, ne in filiis ſui ſanguinem
immitteret, & qui contrafacit, punitur
5 nimirum, ſi ex cap. Regni incipiens, qui
cum ronca ferrea fuit ſtatutū eſſe trun-
candam manum illam, quæ percuſſit, &
ſi non conſtat cum qua percuſſit ampu-
tetur ei manus validior, ſequitur Petra
hic num. 9. licet ad diuerſum finem, vt in
præſenti dec. 94. optima ratione, vt ma-
nus, cum qua percuſſit Dominicus Fer-
6 rera amputetur, & cum denuo deli-
quiſſet cum altera manu ſibi reman-
ſa, fuit quoque manus percutiens
ſimiliter mutilata, vt Author mira-

bilia

biliter affert, vndè de manus obtrun-
catione ſermonem mihi contingit fa-
cere, ſed antequam illum aggrediar vti-
le ſcire eſt, quod manus pluribus modis
accipitur.

Primò, manus ſumitur pro poteſtate, & au-
thoritate, quando dicitur negotium
7 hoc eſt in manu mea, id eſt in poteſtate,
& authoritate mea, hinc Dauid, *in manus
eius ſortes meæ*, Pſalm. & quod manus
poteſtatem ſignificat, affert Petrus Gre-
gorius, Toloſan. ſyntag. iur. vniuerſ. to.
primo, part. 2. lib. 9. cap. 5. num. 25. fol.
30.

Secundo, ſumitur pro otio, id eſt qui otia-
tur, & manum in ſinu habet, & vulgariter
9 ſolet dici illud adagium; *Stà con la mano
alla cinta.*

Tertio, pro charitate ex Deuteronomio,
cap. 15. num. 7. in illis verbis, *Nec conte-
10 res manum, ſed aperies eam pauperi*, hinc
exortum eſt illud commune dictum,
Larga manu, parca manu.

Quarto, ſumitur pro opere, quod quis per-
ficit, vetificatur in illis verbis, *Alza la
11 mano, metti la mano*, & Hiſpani dicunt,
Manus ad obras.

Quinto, pro dilectione, & ſigno conſenſus
nempè ſtringere manum inducit dile-
ctionem, & conſenſum indicat, & quan-
do manus contra manum ponitur demõ-
12 ſtrat obedientiam, atque fidelitatem, ſe-
cus ſtringere manum mulieri, cauſa libi-
dinis, quod prohibitum eſt, & ſtringens
punitione dignus eſt, Toloſan. cit. tract.
part. 3. lib. 36. cap. 12. num. 16. fol. mihi
389.

Sexto, prò pace, id eſt quando manus datur
pacem ſignificat, Theſaur. quæſt. forenſ.
13 lib. 2. quæſt. 229. num. 4. & ſeq. & Græci
optimum iudicabunt manum deoſcula-
tionem, & eſſe veram, ac perfectam de-
precationem arbitrabantur, Tholoſan.
par. 2. l. 8. 8. cap. 8. num. 6.

Septimo, pro inhibitoria, manus accipitur,
nempè quando appellatur vel variatur
14 dicuntur ligatæ manus per appellatio-
nem, vel variationem, Nouar. in pragm.
10. §. 20. de off. iudic. num. 97. & eſt
vulgatum cunctis cauſidicis.

Octauo, manus pro iuriſdictione, quã Rex,
15 vel Baro habent in ſuos vaxallos, Mura
tomo 6. capitul. Sicil. capit. 11. numer.
150.

Nono, manus accipitur pro captura, nam
Senatus Bononienſis manus iniectio-
16 nem capturam eſſe affert, Anton. *Mo*-
nachi deciſ. Bononienſ. 68. nu. 9. ex quo
ſequitur aliud, vt dicatur manus iniectio
quod verbum eſt antiquum, & idem eſt,
17 vt ſi capiat propria auctoritate, *Mura*
tom. 4. cap. 192. num. 1. vbi habes mul-
tas manus iniectiones, & iter. deciſ. 59.
num. 16. 29. & 31. quæ manus iniectio
poteſt exerceri contra quemcunque
ſucceſſorem rei hypothecatæ, Mura tom.
5. cap. 355. num. 18.

His peractis quæritur, ſi quis habet tantum
18 vnam manum, an poterit pro delicto cõ-
miſſo illa amputari, & dicitur, quod ſic
nam in hac deciſ. fuit amputata primo
19 loco vna manus, deinde altera, quæ re-
manſit, pro alio delicto, & adeo eſt verũ
vt ſi quis timeret manus obtruncationẽ
ex crimine patrato, & illam ſibi amputa-
bit eſt obtruncanda altera, quæ reman-
ſit, Campagn. in cap. Regn. ad hoc, nu.
42. qui utitur doctrina Saliceti per Au-
thorem allegati hic, & quando adſunt
duæ manus, & contingat illam amputari
ex crimine, diſputatur, quæ ſit amputã-
da, cap. Regn. citat, qui cum ronca
ferrea diſpoluit eſſe amputandam uali-
diorem, & ſic dexteram, uerùm, quod
debeat amputari manus, cum qua percu-
tiens, minus ſe poteſt præualere, refert
20 Sebaſt. de Neap. in capitul. Regni inci-
piens ad hoc, num. 1. & ſi contingat im-
poni pœnam manus mutilationis pro
delicto, & delinquens manibus careat,
vt pœna impoſita à ſtatuto verificari nõ
poſſit, & eſt illud, quod Petra hic num.
2. tangit, diſtingue, aut ſententia conti-
net manus amputationẽ, quibus inquiſi-
tus caret, & eſt fruſtratoria, aut verò ſen-
tentia eſt ferenda, & tunc, ex quo ma-
nus non habet, debet imponi alia pœna
arbitraria, Campagn. in capit. Regni ad
hoc, num. 43.

Petra hic numer. 12. eſſe expectandam

mortem eſt aduertendum, quod quandoeſt facta lęſio perſonæ, pro qua ex ſtatuto, vel iure municipali venit irroganda
22 pœna grauis, non poteſt, immo eſt expectandum tempus mortis, vt grauior an minor ſit imponēda, exitu iudicatur, & ſic fuit ſeruatū in cauſa Ioſeph Vicco qui vulnus intulit in perſonam Capitanei campaneæ huius Reg. *Audientiæ*, & per Regentem Zuſia fuit iuſſum expectari tempus indicans mortem, vel ſalutem vulnerati, virtute ordinis ſequentis tenoris.

Foris: *Alli Signori Auditori, & Auuocato Fiſcale della Regia Audientia di Principato Vltra.* Intus verò, *Hò viſto quello, che VV. SS. me hāno auiſato circa l'archebuciata tirata da Peppo Vicco in perſona del Capitan di campagna con qualità proditoria, e vicino la Chieſa per refugiarſi in eſſa, doue ſi refuggiò, e che il Signor Vicario di Beneuento habbia inuiato Commiſſario à pigliarne informatione preſupponendo, che il delinquente ſia clerico, & che la cognitione dell' eſtrattione ſpetti alla ſua corte; in riſpoſta inuio l'alligata lettera mia particolare al Signor Vicario predetto, VV. SS. ci la faranno dare ſubito, & l'inuio aperta perche vederāno la reſolutione preſa in queſto negotio, trà tanto mi vadano VV. SS. auiſando delle nouità, che ſuccederà in queſto, & ſe il Capitano ſtarà in pericolo euidente di morte mi potrāno inuiare copia della informatione per trattarſi nel Collaterale, & ſi per ſorte detto Capitanio non morirà, ouero dicono li medici, che non ve ſia pericolo di morte, & che guarirà della ferita potranno VV. SS. reſtituire il delinquēte alla Chieſa, doue è ſtato eſtratto, & coſi doueranno eſequire, & per fine bacio le mani. Napoli Primo di Gennaro. 1643. Seruidor de VV. SS. Diego Bernardo de Zuſia, &c.* Regia *Audientia de Mōteſuſcolo.*

Et ſi pater aliquod delictum committat, & plures infantes habeat, & pro delicto
23 eſt impoſita pœna mutilationis manus, hæc pœna non habet locum etiam ſi vtramque habeat, vt operibus incumbat, & victum filijs quærere valeat, ne famæ pereant, Baiard. ad Clarum quęſt. 85. nu. final.

Et in labore requiem inuenit, Mari dùm Manum hic imponit declarando, ſi quis mutilauerit digitum in Eccleſia potia-
24 tur Eccleſię immunitate quęſtio dependet ab illa, an digitus dicatur membrum ita, vt mutilans digitum cenſeatur membrum obtruncare, & poſſit immunitate Eccleſiæ frui, de quo latius, Diuino fauore, alibi dicam, tantùm hic temiſſiuè afferam, quod Sayr. caſ. conſcient. lib. 6. cap. 8. num. 18. & 19. fol. mihi 463 nēmpè carens vna manu impeditus eſt ad ordinem ſuſcipiendum, idem de habente deformitatem in manibus notabilem irregularis eſt, & de eo, qui habet manus tremulas inarticulatas inefficaces, & de eo, qui digito caret, & alia, vt per Sayr. à Mari hoc in loco non citatum.

Heliſęus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCIV.

SVMMARIVM.

Fideiuſſor an teneatur ad pœnam pecuniariā, vel corporalem, nu. 1.

Fideiuſſio dicitur fragilis cautela, nu. 2.

Fideiuſſor vt dicatur idoneus, quæ concurrere debent, à nu. 3. ad 8.

Fideiuſſor ſciens ſe non eſſe idoneum, & fide iubet peccatur, nu. 9.

Fideiuſſio præſtita per detentione tamen palatij, vel alteris loci, an debeatur ſi principalis ab eo diſceſſit, & quæ ſit practica, à nu. 10. ad 20.

Fideiuſſio de præſentando principalem infra aliquos dies ſine alia requiſitione, ſi non præſentauerit, an debeatur pœna, & quæ ſit eius practica à nu. 21. ad 27.

Fideiuſſio de præſentando aliquem finitis ferijs, vel alio certo tempore, ſi non præſentauit an debeatur pœna, num. 28.

Si reus fuit captus, non dicitur moram purgare, num. 29.

Fiſci

Fiſci iure non effecto deteriore purgatur mora num, 30.

Mora quando, & in quibus caſibus purgatur in incuſatione fideiuſſionis præſtita num. 15. ad 30.

Fideiuſſio præſtita in una curia, uel in una cauſa, an bebeat locum in cauſaba curia, nu. 34. 35. & 46.

Fideiuſſor non tenetur ſi principalis in prima inſtantia fuit abſolutus, & in ſecunda condemnatus, n. 34.

Fideiuſſor in quibus caſibus cauſa criminalis excuſetur, primo ſi promiſit in defectum, ſecundo ſi principalis ſe præſentauit corā ſuperiori, tertio ſi principalis ſe præſentauit in alio carcere, dummodo ſit ſub iuriſdictione ipſius iudicis, quarto ſi principalis fuit carceratus pro alia cauſa, quinto ſi noua cauſa ſuperuenit, ſexto ſi fideiuſſio eſt tollerata per ſemeſtre, ſeptimo ſi principalis pro quo fideiuſſit eſt effectus deterior, à num. 37. ad num. 44

Fideiuſſor in cauſa ciuili excuſatur, à nu. 45. ad num. 49.

Fideiuſſori competunt omnia beneficia, & omnes exceptiones competentes principali, num. 50.

Fideiuſſores approbans, an cenſeatur fideiubere, num. 51.

Regula luat in corpore, qui non habet in ære, quomodo intelligatur in pœna incuſata, num. 52.

Fideiuſſorem, non inueniens, an admittatur ad iuratoriam cautionem, n. 53.

Habilitati ad tempus, an poſſint habilitatione durante reduci ad carceres, n. 54.

T*Olle ueſtimentū eius, qui fideiuſſor extitit alieni, pro extraneis aufer pignus ab eo, Prouer. cap. 20. nu. 16. & iterum cap. 27. num. 13.*

Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 1. nu. 82. hæc verba profert.

Vtinam quidem perſuadere poſſemus, ut pecunias creditas tantum à uolentibus acciperēt Vtinam nulla ſtipulatio emptorem uenditori obligare.

Quaſi dicere vellet, quod nemo pecuniam ſuam abſque ſtipulatione dat, & quærit, nedùm obligationem principalis, ſed pro ſua tutiori cautela fideiuſſorem, & ſæpe ſæpius occurrit principalem nō poſſe, uel nolle ſoluere, uel aliquali cauſa deficit tunc fideiuſſor tenetur, & contra eū eſequitur, & conueniunt precitata verba ſtultitia enim reputatur, quem pro alio ſpopondere, ex prouerb. cap. 17. nu. 18. incidit inde fideiuſſor in laqueū, ut quāuis pro alio promittat de proprio tene-
1 tur ad pœnam, non autem corporalem, Muta tom. 4. cap. Sicil. cap. 160. n. 14.

Et licet fideiuſſio reputetur fragilis cautela
2 Conſiliar. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 91. num. 6. tom. 1. & ex amicitia prouenit, Moſcatell. pract. fideiuſſor in proemio. nu. 1. tamen quotidie practicatur, & ferè omnes illam quærunt, undè occaſione præſentis deciſ. 95. in qua de pœna ex fideiuſſore debita tractatur materiam fideiuſſoriam tractandam mihi arbitror quamuis Anton. Enriques, Pirrus Mauro de fideiuſſoribus pulcræ tractauerint, & Moſcatell. in Regn. practicam fideiuſſoriam in viginti modos reſtrinſerit, tamen ego poſt per eos ſcripta aliqua colligam, & caſus magis practicabiles referam, & ad tres modos reducam, prima de fideiuſſione præſtita de tenendo palatiū, cameram, terram ſiue alium locum, loco carceris, ſecunda de illa præſtita de ſe præſentando infra certum tēpus, tertio, an præſtita in uno loco, vel tribunali, uel pro vna cauſa ſit valida coram alio iudice, & porrigatur ad aliam causam, quarto afferam caſus, in quibus fideiuſſor excuſatur.

Sed ante quā materiam aggrediar neceſſario uidendum arbitror, quæ concurrere debent, ut dicatur fideiuſſor idoneus, &
3 licet, Nouar. in prag. 3. de ferijs afferat idoneum fideiuſſ. rem dici eum communiter pro tale reputatum, tamen tu dicas, infraſcripta requiri, primo quòd ſit ſoluendo, l. 9. ſecundo, quod ſit fidelis argumento textus in §. penult. inſtitut. de ſuſpectis tutor. tertio, ut ſit facilis ad cōueniendum, l. 2. ff. qui ſatis dare cogant.
4 & etiam ad exequendum contra eum, quæ facilitas ad exequendum conſideratur pluribus modis, & glo. in l. 2. in verbo

bo facultatibus,primo ratione loci, ideſt
ut non ſit in loco remoto, ut de facili ha
beri non poſſit,hinc Nouar. in prag. 5.
de adminiſtrat. nu. 115. vult ut ſit illi-
us loci,ſecundo ratione priuilegii, nem-
pè,ut non ſit clericus, ſcolaris,miles,mu
lier, vel filiusfamilias,vel alio priuilegio
non gaudeat,Cauenſ.ad Rit. 135. tertio
ratione perſonę, nempè, ut non ſit riſſo-
ſus, cauilloſus, qui ſe litibus inuoluat,
hinc Nouar. cit. prag. 3. de feriis nu. 4.
5 prohibet recipi in fideiuſſores, nobiles,
potentes, vel alios homines impetuo-
ſos.

Alii dicunt idoneum fideiuſſorem uocari
eum, qui tot bona ſtabilia poſſidet quan-
ta ſufficiant ad fideiuſſionē, non enim
6 mobilia, quod amplia procedere, ut ſi
poſſideat mobilia, quæ de facili aſpor-
tari non poſſunt ueluti magnam apote-
cam,uel domum,uel maxariā, uel nomi
na debitorū,dicitur idoneus fideiuſſor,
Carauit. Ritu 160.num.4.Clar. .S.final.
quęſt. 46. uerſ. cęterum debet, Caualc.
de tutore, & curatore num. 192. & in
tract. de uſufruct. mulier. elicto n. 147.
7 ſed plenius requiſita fideiuſſoris decla-
rat Moſcatell. practic. ciuili part. 3. gloſ.
expenſis,n. 39. & ſeq.

Hodie uerò recedunt narrata de iure, nam
8 cunctę fideiuſſiones capiuntur riſico, &
periculo Actuarii capientis, virtute ritū,
& pragmaticarum,eſt bene verùm, quia
ſub iſto colore periculi, actuarii extor-
quent magnam pecuniarum quantitatē,
eſt introductum, ut ad euitandum actua-
rii difficultatem ſolent negotiantes pro-
curare fidem ab uniuerſitate fideiuſſoris
de ipſius facultatibus,qualiter talis poſſi
det tot bona franca,& explicita deductis
deducendis, quæ adſcendunt ad talem
ſummam, qua fide præſentata, Actuarii
non ſolent amplius dubietates afferre cir
ca habilitatē, vel inhabilitatē fideiuſſo-
ris; verùm quando ille qui pro alio fide
iubet ſcit ſe non eſſe idoneū, nec habilē
ad talem promiſſionē factā, & eius bona
non eſſe ſufficientia, punitur ex quo cen-
9 ſetur creditorē decipere uelle, *M*uta to.
3.cap.Sicil.cap. 18. n. 22. & ſeq. ſolent
uerò fideiuſſores ſe excuſare, dicendo
ipſos accedere pro [illegible] principalis
reſpectu,& fide bonorū quæ principalis
poſſidet,Reg.R[illegible] n.53.nu.9. tom.
1. aliud enim eſt fideiubere, aliud verò
inſolidum obligare, Reg.Galeot. tom.2.
controuerſ. 29. num. 67. & proinde di-
cuntur eſſe fideiuſſores ſubſidiarios, Cæ-
ſar Manent. deciſ. Mant. 29. num. 17.
non aduertentes eorum promiſſiones
eſſe inſolidum, his adductis.

Deuenio ad primum modū fideiuſſionis,
nempè, quando alicui inquiſito aſſigna-
10 tur palatium, camera,ſiuè alius locus,&
promittit tenere loco carceris, & ab eo
non diſcedere die, ac nocte abſque li-
centia inſcriptis, quo caſu dicitur carce-
ratus; nam locus aſſignatus eſt pro ſecu-
ritate, Reg.Sanfelic. deciſ.246. num. 8.
tom.2. ſic ſe habet mos, & ſtilus Actua-
riorum, & pro obſeruantia fideiuſſorem
præſtat, & quando Inquiſitus diſce-
dit,& locum aſſignatum relinquit practi
ca eſt, ut deuento ad notitiam Tribuna-
lis,inquiſitum diſceſſiſſe,nulla præceden
te citatione, ſed fiſco tantùm inſtante iu
bentur diligentię, nempè acceſſum ali-
11 cuius, ex officialibus, uel actuarii, uel
ſcribę,uel actuarii tantum, uel ſcribę tan
tùm, prout officialibus uidebitur ſecun-
dùm facti,& perſonę qualitatem,& per-
quiſito loco aſſignato, inquiſitoque tri-
na uice,uoce alta vocato,& non reperto
ſtatim examinantur duo, vel tres teſtes
fuiſſe vocatum,& non inuentum,indè ſe-
quenti die iuridica,nō autem domi, nec
alibi, ſed Tribunali ſedente in aula,fiſco
inſtante interponitur decretum, quod
incuſetur fideiuſſio, & ponatur in libro
prouentuū, ſi inquiſitus reuertitur ſta-
tim, ideſt eodem die, qua eſt facta per-
quiſitio,& ſic ante decretum prædictum
interpoſitum ad nihilum tenetur, quia
qui diſcedit,& per modicum tempus re-
uertitur excuſatur,Thor.uot. 100.n.47.
Reg. Sanfelic.deciſ.253. n.9.tom. 2.

Sed ſi contingat reuerti poſt decretum in-
12 terpoſitum, & de pænę exactione trac-
tatur,eſt diſtinguendum, quod, aut cō-
paret eodem die interpoſiti decreti, &
ad nihi-

ad nihilum tenetur, triplici ratione, pri-
mo quia reuerſus eſt infra paucum tem-
pus, Thor. & Sanfelic. cit. loc. ſecundo
quia tempus habet uſque ad galli cantũ
13 ad comparendum, tertio quia non eſt
effectum ius fiſci in nihilo deterius, ut
infra dicam.

Sed ſi reuertitur poſt aliquos dies poſt de-
14 cretum interpoſitum, an teneatur ad pæ-
nam ipſe fideiuſſor; duplex opinio afer-
tur, una affirmatiua, quòd debeatur pę-
na, altera negatiua, quòd non debetur.

Pro prima, & ſic quòd debetur pæna, addu-
15 citur quia nõ comparet eadem die, qua
comparere debebat, ut affert Petr. hic n.
2. & cùm tranſgreſſus fuit promiſſionem,
& à loco promiſſo receſſit, ad pænam te-
netur.

Secundo quia dùm promiſit locum aſſigna-
tũ tenere loco carceris, & ab eo diſceſ-
16 ſit, fracta eſt promisſio, & cõtempus Iu-
dicis reſultat, ergo tenetur.

Pro parte uerò negatiua, & ſic pœnam nõ
17 deberi, adducitur moram ſemper poſſe
purgari de æquitate, argument. l. ſi. iter,
§. Seia, ff. de uerbor. obligation. ubi ſi
quis aliquid promiſerit adimplere certo
tempore, & nõ adimpleuit, poteſt ex poſt
facto adimplere, & dicitur morã purgare.

Secundo habetur, ut ſi fuerit alicui aſsigna-
tus aliquis locus, & ab eo diſcedit, & ſta-
tim redijt, per modicum tempus excu-
ſatur, Thor. cit. uot. 100. n. 47. Reg. Sã-
felic. deciſ. 253. n. 9. tom. 2.

Ali. dicunt ſeruari hanc deciſionem, & eſſe
18 expectandum exitum cauſæ, ut ſi fuerit
abſolutus reus à cauſa principali veniat
abſoluendus à pœna, & ſi fuerit à cauſa
principali cõdemnatus, ueniat ad pœnã
condemnandus, refert Petr. hic nu. 2.
& affert, Thor. tom. 1. compend. verbo
pœnæ fideiuſſoris fol. 395. & iter. cit.
uot. 62. n. 69.

Tu uerò diſtintionem amplectere, quòd aut
19 ſumus in M.C.V. aut uerò in Regiis Au-
dientiis, & aliis Regni Curiis; ſi primo
caſu ſumus quia Tribunal maius eſt, eo
ipſo, quod eſt incuſata fideiusſio, ſi eadẽ
die non comparet, nec alia mora admit-
titur, ratione maioris pręheminentię, &
authoritatis maioris Tribunalis, ſi uerò
ſumus in Regiis Audientiis, & aliis Re-
gni Curiis, tunc practicatur præſens de-
ciſio Authoris noſtri, & deſideratur exi-
tus cauſæ principalis, ut ſi ueniat abſol-
uendus, abſoluatur, ſi condemnandus in
cauſa principali, condemnetur ad pœnã,
hęc omnia refert Carauit. tit. 163. quem
ſequitur, Moſcatell. Practic. fideiuſſoria,
quæſt. 1. num. 1. & ſeq. & ſequitur Petra
hic num. 2. & Thor. citat. uot. 62. n. 70.
& ratio diuerſitatis eſt, quia in M.C. nõ
datur purgatio moræ ex quo eſt caput
omnium Curiarum Regni, & eius ordi-
20 nes ſunt potiùs obſeruandi, & maior
obedientia debetur, ut affert *M*oſcatell.
cit. quæſt. 1. num 36. & proinde in *M*.C.
non purgatur mora, niſi præſentatio fue-
rit eadem die, ſed in Regiis Audiẽtiis, &
Curiis Regni, purgatur uſque ad ſeptem
dies, *M*oſcatell. ibid.

Secundus modus fideiusſionis eſt, quando
quis habilitatur de ſe præſentando infra
21 certum tempus, ſine alia requiſitione, ſi
habilitatus infra illud, vel ultima die nõ
ſe pręſentauit, pęna incuſatur, & prac-
tica eſt ut elapſo tempore ſtatuto, & eo
non comparente, fiſco inſtante, etiam
extra aulam fit perquiſitio, & facta dili-
gentia per pręconem in carceribus, vel
alio loco, ad quem principalis, redire te-
nebatur, & eo non inuento recipiuntur
duo, vel tres teſtes modò poſito ſupra
num. 11. inde die ſequenti iuridica in
aula, fiſco inſtante, interponitur decre-
tum, incuſetur fideiusſio, & ponatur in
libro prouentuum, euenit indè, quòd il-
linc ad aliquos dies principalis ſe præ-
ſentat, vel præſentatur à fideiuſſore, & in-
ſtat deleri à libro, & ad nihilum teneri,
& dubitatur ſi pęna debetur, & duplex in
hoc opinio affertur, una affirmatiua, ut
debeatur, altera negatiua, ut non debea-
tur ſtante præſentatione.

Pro prima, & ſic ut debeatur adducitur mo-
22 ram non poſſe purgari quando ſpeci-
fica eſt obligatio, & certa dies apposita,
Mancin. de iurament. part. 4. effect. 13.
num. 26. Peguer deciſ. 127. n. 1.

Secundo quia cum ſtipulatio ſit certa, &

infra

infra dies,ex quo diès pro Homine inter
pellat non adimplendo, ad pænam tene-
tur,ex l. Sancimus,cod.de fideiuſſor.

Pro parte uerò negatiua, ut non debeatur
pœna, adducitur poſſe moram purgari
23 ex æquitate, ut ſupra dictum eſt, & ex
quo ſe præſentauit infra paucū tempus,
pœna non debetur, ex quo defectū pur-
gare videtur Magon.deciſ. Florent. 61.
n.13. Hondedei conſ.43.nu.87.tom. 2.
Gratian.diſcep. Forens. cap.658.num.
5.& in dubio ſemper eſt facienda inter-
petratio ad excludendam pœnam, ut
mora purgatur,& maximè quando ius fi-
ſci non efficitur deterius,ut infra dicam.

Alii diſtinguunt ex textu in l.& ſi poſt tres,
24 ff. ſi quis cautionibus,ut ſi ſe præſenta-
uerit infra triduum, aut quinque dies,
tunc cenſetur contemptum purgare, &
promiſſa adimplere, hinc exortum eſt il-
lud cōmune, pœnes omnes ſcribas dic-
tum, exquo infra triduum comparuit,nō
teneri, purgat enim more,hoc caſu cē-
ſetur admiſſa, & uerificatur in tribus,
quatuor,uel quinque diebus.

Alii aſſerunt, ut mora purgatur, & admitti-
26 tur nedùm per tres dies,quatuor,quin-
que,uel plures dies, & habet locum ci-
tatus textus in l. & ſi poſt tres, imo per
ſeptem dies, Moſcatell. de fideiuſſor.
quæſt.10.num.7.& Theſaur.deciſ.77.in
fert moram poſſe purgari nedùm ſpatio
trium, quatuor,uel quinque dierum, ue-
rum etiam, & aliorum,infra quos ius fi-
ſci non ſit effectum deterius, ut infra
dicam.

Tu autem diſtingue ut ſupra dixi nu.19.aut
ſumus in *M*.C.V.& ſtatim pœna debe-
27 tur,aut verò in Regiis *A*udiētiis, & aliis
Regni Curiis,ſi primo caſu in M. C. ſta-
tim pœna debetur,aut uerò ſumus in Re-
giis *A*udientiis vel aliis Curiis Regni,&
ſecus eſt, & practicatur præſens deciſio
*A*uthòris noſtri ut ſit exitus cauſę expec
tandus, & ſi liberatur à cauſa principali
eximitur à pœna, & ſi condemnatur pro
cauſa principali, tenetur ad pœnam.

Tertius modus fideiuſſoris eſt quando quis
ſe obligatur, & fideiuſſionis præſtat de
ſe ipſum præſentando poſt tale tempus,
28 quod uerificatur quādo habilitatur de
ſe præſentando finitus ſeruus tūc adducta
habēt locum,& allegata applicantur ne-
dùm in ordine iudicii, uerum etiam, &
in iuſtitia, & eſt facienda prædicta diſtin-
tio, quamuis contra fideiuſſorem, vide-
tur tenere auth.citat vot.61.n. 8.

Limita verò ſupradicta non procedere plu
ribus in cauſis,prima niſi reus infra illos
29 dies more fuerit captus, ut aduertit Pe-
tra hic num 2.ad fin. Moſcatell. de fide-
iuſſor. part.2.n.21.

Secunda niſi ius fiſci non efficiatur dete-
30 rius, ut ſupra dixi,quòd intellige dum-
modo fiſco non ſit cautum, nempè non
proceſſerit ad exequutionē uel exactio-
nem,vel aliam cautelā habuerit pro pœ-
na,vt ex multis affert Peguer.citat,dec.
129. num.4.Theſaur.citat.deciſ.77. n.
3.ad fin.& uterque ſententiam illius Se-
natus adducit.

Ex quo erat introductum vt die ſequenti
poſtquam pœna eſt incuſata fiſcus,& ſic
magiſter camerę ad excutionem, vel ſe-
31 queſtrum bonorum principalis,& fideì-
iuſſoris procedebat, & indè ius fiſci cau-
telam allegabat tamē quando quis mo-
ram purgat infra prædictos dies, etiam
32 quod ſit proceſſum ad ſequeſtrum, &
executionem, liberatur à pœna,& inter-
ponitur decretum, quod ſtante compa-
ritione non moleſtetur pro pæna, & de-
leatur à libro prouentuū ſic ſeruatur, &
in quampluribus cauſis ſeruatum vidi.

Et ſi quis fuerit habilitatus cum fideiuſſio-
ne de tenendo domum,vel alium locum
33 loco carceris,& ab eo non diſcedendo
diu noctuque,& de præſentādo infra ali
quos dies, pone quòd infra illos dies à
loco aſſignato exierit, & fuerit captus
an debeatur pęna, quæſtionē ponit Mo-
ſcatell. citat. part. 2. quæſt.prima num.
29.ad fin.

Deuenio ad tertium promiſſum nempè ſi
34 fideiuſſio præſtita in una curia habeat
locum in alia, Capoblanc. tom. 2. cap.
48.articulū diſputat de eo, qui in curia
Baronali fideiuſſionem præſtitit, inde
tranſmiſſus ad Regiam Audientiā tuta-
tur poſſe fideiuſſionem præſtitam in cu-
ria

tia Baronali habere locum in Reg. Au-
dientia, licet non fuerit cauſa deciſa im-
mo ſi fuerit præſtita in prima inſtantia,
habet locum in ſecunda, valdè tuetur,
& iterum eodem tom 2.cap.51. num.9.
affert virtutem fideiuſſionis tranſire ad
Iudicem appellationis vna cum cauſa
principali.
Dicas tu ſi principalis fuerit in prima in-
ſtãtia abſolutus, & in ſecunda condem-
35 natus, non tenetur fideiuſſor, colligitur
ex de Franch. dec.208. & iter. dec.320.
quem ſequitur eruditus inter ſcribentes
Baldaxar de Angel. in l. cum rem, C. de
procuratorib. nu.4. & quod præſtita in
vno, non valeat in alio Tribunali, affert
Balo. deciſ. 99. Thor. vot.5. num.39. ſe-
quitur *M*uta deciſ. Sicil.45. num.10. &
iterum deciſ.100 numer.14. Gizzarell.
36 verò deciſ.14 num. 11. pro affirmatiua
affirmat præſtitam nempe in vno tribu-
nali, locum habere, & valere in alio, &
pro affirmatiua refert ex Franch. cit. loc.
*M*oſcatell. part.3. gloſ. inſtantia nu. 24.
tu verò vide pulcram diſtinctionem po-
ſitam per Io. Baptiſt. Hodierna celebris
nominis ad Surd. dec.212. n.4. & ſeqq.
vide nouiſſimè Regent. Sanfelic. tom.1.
dec.29. per totam.
Deſcendo ad quartum, nempè quibus in
caſibus fideiuſſor excuſetur, & primo,
ſi promiſit in defectum alterius, & ſic in
ſubſidium excuſatur, nec conuenien-
37 dus eſt antequam principalis excutia-
tur, & poteſt ſemper opponere principa-
lis ſui diſcuſſionem, Cæſar Manent, dec.
28. num.13. 17.40.41. & 43. & è contra
caſus, quibus fideiuſſor tenetur indiſcuſ-
ſo principali habes per Maſcatell. de fi-
deiuſſor. quæſt.10. per tot. & nu.13. po-
nit practicam opponendi exceptionem
diſcuſſionis, nec conuenitur ſi reus, pro
quo promiſit fuerit liberatus pro cau-
ſa, pro qua fideiuſſit, D. Franciſ. Caſtill.
dec.150. num.14.
Secundò, excuſatur ſi principalis, pro quo
fideiuſſit ſe præſentauerit coram tribu-
38 nali ſuperiore, Mut. to.4. c. Sicil. c.160.
nu.18 & 19. hinc dicitur illud cõmune,
adire ſuperiores, nõ dicitur cõtrauenire.

Tertio, excuſatur fideiuſſor ſi præſentaue-
rit principalem non in carcere promiſſo
39 ſed in alio ſub iuriſdictione eiuſdem Iu-
dicis, cenſetur adimplere promiſſa, *M*u-
ta citat. cap.160.
Quarto, excuſatur fideiuſſor ſi reus fuerit
carceratus etiam pro alia cauſa, pro qua
40 fideiuſſio interceſſit Caſtill. citat deciſ.
150. num.11. & 13. debet tamen fideiuſ-
ſor ſe proteſtare, quod ſtante carcera-
tione, detineatur pro cauſa, pro qua
fideiuſſit, Muta citat. cap.160. num.13.
& 14. aliàs proteſtatione non facta tene-
tur, & num.7. dicit, nunquam fideiuſſo-
rem cenſeri exemptum in non præſen-
tãdò principalem etiam ſi Iudex poſue-
rit illum in fuga, & iactauerit, velle eum
ad furcas ducere.
Quinto, ſi ſuperuenit noua cauſa, an tenea-
tur principalem præſentare, & non præ-
ſentando teneatur ad pœnam poteſt fi-
deiuſſor petere ſe liberari petendo vt
principalis alium præſtet, ex quo non
41 vult amplius cum fideiuſſione ſe alliga-
tum ſtare, Muta citat. cap.160. in anno-
tat. in verbo volens fol.373. quod quo-
modo procedat, & in quibus caſibus vi-
de eundem *M*uta cap. 128. à num. 23.
ad num.34. Caſtill. citat. deciſ.150. nu.
17. non teneri affirmat etiam ſi in fide-
iuſſione adſit promiſſio illum præſenta-
42 re toties quoties, confirmat *M*uta citat.
deciſ.45. num.1. & ſeq. & fideiuſſorem
excuſari, ſi alia cauſa interueniat nempè
nouum delictum principalis committat
etiam ſi bannum incurrat, affert de Tho-
ro tom.3. part.2. verb. pœnæ fideiuſſio-
nis, fol. mihi 272. Reg. Sanfelic. deciſ.
236. num.2. tom.2.
Sexto, inſuper excuſatur fideiuſſor ſi fide-
iuſſio eſt tollerata per ſemeſtræ, tunc
enim poteſt præſentare principalem, &
petere ſe liberari, per ſemeſtrę enim tem-
43 pus cenſetur oblitum de cauſa, *M*ut. cit.
tom.4. cap.98. num.2. qui in illo Regno
ſic ſeruari refert.
Septimo, excuſatur fideiuſſor, quando,
principalis, pro quo ſpopondit, eſt ef-
44 fectus alterius ſtatus, nempè per de-
coctionem ex adductis per *M*ut. deciſio.

Sicil. 100. num. 24. vide diſtinctionem *Mo*ſcatell. citat. par. 2. quæſt. 9. nu. 40.

Hæc ſufficiant ad excuſandum tutorem in causa criminali, afferam alios caſus, quibus ſe excuſare poteſt in cauſa ciuili, &
45 primo poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi tamen tempore contractus in aſſertione pecuniam non fuiſſe numeratam debitor iaceat, ſecus ſi ex poſt facto, debitor affirmet fuiſſe poſt ſtipulationem pecuniam ſibi numeratam, Manent. decis. 38. num. 38. poteſt opponere de inobſeruãtia contractus, Manent. ibidem numer. 40. eſt permiſſa compenſatio cum credito ſui debitoris principalis, Manent. ibidem nu. 54. liberatur fideiuſſor, ſi forma ſtipulationis reperitur alterata, Manent. ibid. num. 47.

Item excuſatur fideiuſſor ſi intercedit ſpatium longi temporis, quo caſu poteſt
46 credere veriſimiliter ſuum principalem debitorem creditori ſoluiſſe, Cæſar Manent. decis. 46. num. 9. & per hoc competit exceptio præſcriptionis, *Manent.* ibidem nu. 5. 6. & 10.

Præterea excuſatur fideiuſſor, ſi creditor prorogauerit ſolutionem debitori, Mut.
47 cit. cap. 160. num. 16. quando enim eſt facta prorogatio, uel nouatio fideiuſſor cenſetur liberatus, *Mut.* decis. 11. num. 4. & ſeq. quod quomodo procedat, vide eundem *Mut.* decis. 33. nu. 31.

Vlterius ſi debitor eſt effectus non ſoluendo, non poteſt fideiuſſor moleſtari à cre-
48 ditore, quod quomodo procedat eſt videndus Reg. Rouit. dec. 43. nu. 11.

In quibus autem caſibus fideiuſſor cenſe-
49 tur liberatus, vide eundem *Muta* citat. tom. 4. cap. 128. à numer. 23. ad n. 33.

Et demum fideiuſſori competunt omnia beneficia, & omnes exceptiones com-
50 petentes principali, quas poteſt opponere etiam principali inuito, Cæſar Manent. deciſion. 38. à num. 5. ad num. 13. *Muta* dec. 6. num. 8. & ſeq. Moſcat. in pract. fideiuſſor part. 2. quæſt. 8. num. 1. & ſeqq.

Verùm quia multoties occurrit, quem nolle fideiubere, ſed potius vult approbare
51 fideiuſſorem, an cenſeatur fideiubere, Muta citat. capitul. 128. num. 34. articulum tangit, & dicit, quod ſic, ſi approbãs eſt homo, de quo poteſt Actuarius fidere tamen, quod approbans cenſeatur fideiuſſor ſubſidiarius, & ſic, vt in ſubſidium teneatur, affirmat Manent. decis. 32. num. 2.

Petra hic num. 5. verbo luat in corpore quæritur, ſi ex cauſa pænę incuſatæ non reperiatur quid exequendum contra
52 debitorem, & fideiuſſorem, quid agendum, *Muta* citat. tom. 4. cap. 124. num. 20 mouet punctum, licet ad alium finē, & infert, vt tàm diù carceratus exiſtat, quàm diù ſoluat pęnam, tu verò ſcias, quod in Regno noſtro ſecus eſt, datur actio contra actuariū capiētē fideiuſſorē inhabilem, ex pragmatica, quod dixi ſup.

Et pro coronide ad illam practicam, vt quando quis fideiuſſorem non inuenit
53 ſit admittendus ad iuratoriam cautionem, ſcias quod poteſt aliquid fideiuſſori ſolui, vt fideiubeat, *Mut.* tom. 4. cap. 193. num. 4.

Et quod poſſint habilitari pendēte habilitatione reſtringi, & ad carceres reduci
54 noua cauſa interueniente eſt cõmunis obſeruantia, & eſt doctrina Mutæ citat. tom. 4. cap. 42. in annotationibus litera O. folio mihi 64. vt in dies practicatũ vidi, habilitatos reduci ad carceres.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCVI.

In hac dec. nonageſima ſexta tractatur ille articulus ſi poteſt quis, ex inditiis indubitatis condemnari ad pænam ordinariam, quem ad partem diſcuſſum vides ſupra dec. 8. & dec. 42.

Et licet in meo 1. tom. tit. de delegatione, cap. 1 num. 24. dixi me hoc in loco tractare velle de tormentis, licitum eſt mihi à promiſſis diſcedere, nam poſt ibi promiſſa, alibi de tortura dixi nempè de tortura ſupra dec. 34. quot ſint genera tormentorum, dixi tom. 2. tit. de armat. per campan. cap. 3.

Tormentum polletri, non poſſe inferri in Regno, ex ordine Regii Collat. Conſil. dixi

verſu meo 1.tom.tit.de official.in genere cap. 16. num. 49. vbi iſterum ordinem habes, & iterum dixi in 2.tom.tit. de armat.per Campan. cap. 3.nu. 19.& 20.& nu.64.& 67.

Et ſi tortus, & confeſſus teneatur ratificare die ſequenti, dixi in meo 3.tom. titul. de confeſſ.cap. 1. & iterum cap. 12. per tot.& cum in Terra Ieſualdi, quis fuiſſet confeſſus ſpontè, indè die ſequenti ratificauerit in tortura quærebant alii, vt tertia die confeſſus debuiſſet duci ad ratificandum, & tertia conualidandum eius confeſſionem in tormentis ratificatam, conſultus reſpondi poſt ratificationem in tortura, non eſſe neceſſariam reiterationem, nec perſeuerantiam, ſed ſufficere illum binum actum præcedentem, primum ex confeſſione, ſecundum, ex conualidatione facta in tortura, ex Reg.Sanfelic.deciſ.238.tom.2.

Et de tortura inferenda ſocii criminis, dixi cit.tom. 3.tit.de confeſſ.cap. 11.

Et de tortura inferenda ex proceſſu informatiuo, vel ex præheminentia dixi eodē tom 3.tit.de præheminentia cap. 1. per totum.

Sed quomodo, & quibus præcedentibus, debet inquiſitus tormentis ſubiici, vltra per me adducta cit.loc.eſt videndus Bobadil.tom. 2.politic.lib. 3.cap.15.num. 58. cujus dictum inſerendum arbitror poſt ibi per me ſcripta cum ptæ omnibus non ſic facile haberi poſſit.

Iten, Es policia, que en la carcel aya vn apartamiento, o camara apartada, y ſecreta para dar tormento, donde no tengan entrada, ni ſalida otras gentes, mas de las neceſſarias al dicho tormento, que ſon, Iuez, eſcriuano, y alguazil (el qual alguazil antiguamente en eſtos Reynos daua los tormentos, lo qual hazen oy los verdugos) aſſi por el ſecreto de la declaracion del reo, que ſemeja a la del teſtigo, como por euitar ſu injuria de que le vean deſnudo, y como le atormentan; y tambien porque antes, y deſpues del tormento, y de tomar las confeſſiones en negocios graues, muchas vezes conuiene que eſtè ſolo el delinquente, donde nadie le pueda hablar, para que ſe auerigue verdad: lo qual por la mayor parte eſtoruan los de dentro de la carcel, donde ay eſcuola deſto: y tambien lo enſeñan los de fuera, comunicando al preſo.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCVII.

SVMMARIVM.

Anteſatum an debeatur dote promiſſa, & non ſoluta, & ſi ſoluta non tota, num. 1.

An debeatur dote promiſſa ad tempus, matrimonio tamen diſſoluto, pendente ſolutione, num. 3.

An debeatur ſi dotantes fuerint moroſi in dotis ſolutione, nu. 3.

An debeatur matrimonio nō conſummato per copulam, num. 4. 5. & 6.

An debeatur ſi mulier fuerit tantùm oſculata, nu. 7.

Anteſato an ſuccedant filij, vti filij, vel oporteat, quod ſint hæredes patris, numer. 8. & 9.

Si fuerit promiſſum per patrem, filium vxoratum, an debeatur, mortuo filio, nu. 11.

Non debetur, ſi mulier adulterium commiſerit, tam in vita, quàm poſt mortem, nu. 11.

Anteſatum habet priuilegium tacitæ hypothecæ non autem prioritatis, num. 12.

HAc deciſ. 97. oblita, ſi anteſatum debeatur, dote promiſſa, & non ſoluta, & ſi ſoluta non tota, dixi ſupra deciſ. 70.
1 à nu. 26. ad 31. ex doctrina Campanea, ibi citati.

Nunc, cùm ad hanc deci. peruenerim, tunc non cogitatā per S.C. fuit deciſum, integrum anteſatū deberi, ēt dote nō ſoluta.

Et hæſitatur ex Mari hic nu. 2. ſi fuerit dos tantū promiſſa ad certū tēpus, quo pendēte fuerit matrimonium diſſolutum, an anteſatum debeatur? pro quo vide triplicem quæſtionē diſcuſſam per Thoro, qui nil intactū reliquit, to. 3. comp. par. 1. verb. anteſatum, fol. 36. & iter. verb. anteſatū, an debeatur mulieri, f. 39. ac iter. verb. anteſatum an integrè, fol. 40. ater.

*M*ari hic num.31. infert, antefatum non
deberi mulieri, ſi dotantes fuiſſent mo-
roſi, ſed caret doctrina.

Tu ſcis, quod antefatum debetur mulieri
ex amiſſa virginitate, nunc quæritur, an
4 debeatur, matrimonio non conſummato
per copulam? Thor. cit. tom. 3. par. 1.
verb. antefatũ, an debeatur vxori, quod
aut copula non eſt ſequuta ex parte vxo
ris, quæ noluit pati, vel concurrere, vt à
5 viro fuiſſet cognita, tunc antefatum non
debetur: aut verò defectus fuit viri ex
volũtate, vel morbo, ſiuè maleficio, ſiuè
alia cauſa, & tunc cùm per vxorem non
ſteterit matrimonium conſummare, an-
6 tefatum debetur, plures Doctores ad-
ducit, & ſic per S.C. deciſum refert, cui
adde Maſull. ad Capic. deciſ. 65. num. 2.
& ibid. Petra, & de Giorg. allegat. 45. à
nu. 26. ad 32. Gaill. lib. 2. obſeruat. 80.

Mari hic num. 10. dicit antefatum deberi
pro oſculo, hinc quæritur, vt ſi fuerit mu-
lier tantùm oſculata, an debeatur ante-
fatum; ex oſculo enim congratulatur vir,
7. mulier autem verecundiam recipit, cùm
oſculum actus carnalis ſit, & caro dici-
tur pro medietate corrupta, pro quo re-
currendum eſt ad Franch. deciſ. 503.

Sed pluries dubitatum vidi an filii ſucce-
dant tanquam hæredes Patris, & ſucce-
8 dere in antefato, etiam quòd non ſint
hæredes patris, refert Afflict. deciſ. 314.
& ſic pluries deciſum per S.C. refert Pi-
ſanell. ibid. Reg. de Apont. de poteſtat.
proreg. tit. de ſucceſſ. mulier. num. 25.
affert antefatum filiis deberi, etiam ſi nõ
ſint hæredes, ſpectat enim ad eos non
9 ex qualitate hæreditaria matris, ſed ex
propria perſona, & ſic deciſum refert
Præſes de Franch. illis ſpectare vti filiis
etiam ſi non ſint hæredes, deciſ. 106.
contra opinionem Afflict. & nouiſſimè
Reg. Rouit. conſ. 17. vol. 2. ſequitur de
Thoro tom. 3. part. 1. verb. antefatum,
fol. 98. & nouè tutatur Nouar. in rubrica
de donat. propter nupt. num. 17. infer-
tur hoc ad excludendos creditores præ-
cedentes habere ius in antefato.

Et quando pater cum filio vxorato inſoli-
dum promittunt antefatum in primo tã-
10 tùm inſtrumento capitulorum matri-
monialium, dicas mortuo filio, deberi
uxori, ſi tantùm inſtrumentũ prædictum
capitulorum exhiberetur, Conſil. Theo-
dor. allegat. 13. nu. 9. quem ſequitur de
Thoro vot. 4. num. 13.

Et vltra limitationes poſitas per *Mari* hic
habeas tu aliam limitationem, nempè
11 antefatum non deberi, ſi mulier adulte-
rium commiſerit, nedùm in vitá mariti,
verum etiam & poſt mortem, teſtatur
deciſum, Thoro vot. 98. num. 16. & 17.

Præterea notandum eſt, quòd licèt antefa-
12 tum priuilegio tacitè hipotecæ potia-
tur, non tamen potitur prælatione, ſicut
& dos, tex. l. aſſiduis, cod. qui potior in
pignor. habeant, & ibi gloſ. Regens de
Apont. conſ. 80. num. 8. & 9. de Thoro
vot. 67. nu. 13. & 14.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCVIII.

SVMMARIVM.

Homicidium vndè dicatur remiſſiuè, num. 1.
Percutiens cum baculo, vel alio inſtrumento, qua pæna puniatur nu. 3. remiſſiuè.
Delictum commiſſum calore iracundiæ, quomodo puniatur, nu. 4.
Iudex an poſſit pænam minorare, vel augere, num. 5.
Pæna augetur contra ſolitum delinquere, numer. 6.
Pæna minuitur quando præceſſit decennium, num. 7.
Pæna minoratur, ratione ætatis, & quomodo, num. 8.
Minoratur ex cauſa meritorum delinquentis, num. 11.
Minoratur ex circumſtantiis concurrentibus, & quomodo, nu. 9. & 10.
Honor cunctis rebus eſt præferendus, nu. 12.
Honoris ad defenſionem an liceat occidere quemquam, nu. 12.
Homo de honore quid dicatur, nu. 13.
Homo quid ſit, num. 13. ibid.

Qui

Qui percuſſerit, & occiderit Hominem, morte moriatur, Leuitic. cap. 26 num. 17.

In hac deciſ. 98. quatuor tractanda venitēt; primum de homicidio; ſecundum de
1 percutiente cum baculo: tertium de delinquente iracundia; quartum de minoratione pęnæ.

Quò ad primum de homicidio ſupra deciſ. quinta, aliqua dixi: & hic tractare
2 pollicitus fui, verùm quia in meo 2. tom. tit. de homicid. per decem capitula amplisſima diſcuſſum, tractatumque imprimendum curaui, vbi vndè dicatur homicidium declaraui, ſequitur Octau. Caracciol. deciſ. Curiæ prætorianæ 2. num. 6. hic omitto.

Quò ad ſecundum, de percutiente cum baculo, vel aliis inſtrumentis, multa dixi
3 ſupra deciſ. 17. à num. 1. ad num. 28. & diffusè materiam diſcuſſi, & gradus percuſſionis adduxi, & in eod. tit. de homicid. cap. 5. & cap. 7.

Circa tertium, quò ad delictum commiſsū ira, vel primo motu ex authore hic nu. 6. qui mitius puniendum eſſe affirmat, &
4 *Mari* num. 8. *Homicidium* commiſſum à furioſo, an dicatur culpoſum, de vtroque, vide quæ dixi in eodem tit. de homicid. c. 4. & poſt ibi explicata, Octau. Caracciol. deciſ. Curiæ prætorianæ 2. n. 6. qui ſequitur Grammatic. Author. noſtrum in deciſ. 5.

Non relinquendum quartum cogito, nempè ſi Iudex poteſt pœnam minorare, &
5 ſi poſſit pœna in minore minorari dixi ſupra deciſ. 36. num. 78. de quo uide Reg. Sanfelic. deciſ. 57. n. 4. tom. 1. & quando eſt impoſita à lege, uel ſtatuto poſſit augeri, dixi ſupra deciſ. 68. Ioſeph. Ludouic. deciſ. lucenſ. 15. quem ſequitur
6 Nouar. in prag. 12. de homicid. nu. 4. & an ualeat Iudex illum augere, vel minuere, eſt uidendus Anton. Scappi de iur. non ſcripto lib. 5. cap. 193. nunc intelligas infraſcriptas ampliationes, quibus pœna ampliari, & augeri poteſt. primò, pœna ampliatur contra eum, qui plura delicta cōmiſit, & ſic contra ſolitū delinquere, quando procedat eſt videndus Reg. Rouit. deciſ. 64. num. 18. & ſeq. Clar. quæſt. 84. num. 6. & ibidem Baiard. Farinac. quęſt. 13. per tor. Franc. Salern. conſ. 21. num. 23. ad fin. Reg. Galeot. to. 2. cap. 57. n. 13.

Limita, ut pœna minoranda veniant in in-
7 fraſcriptis caſibus: primò, ſi decēniū pręceſſerit delinquens pæna alleuiari debet, & ſic minorari, Affl. deciſ. 287. Marſil. ſingular. 454. Theſaur. deciſ. 76. ſic ego dicebam in cauſa Cōſtantii Ronca de Solofra, & ſtante decennio fuit pæna minorata.

Secundo minoratur pæna ratione ſenectu-
8 tis, Molin. tom. 4. de iuſtitia commutatiua diſputat. 35. fol. mihi 222. Gratiā. diſcept. forenſ. cap. 228. à num. 8. ad n. 18. & pænam fuiſſe minoratam per Sacrum Conſilium Tiberio TagliaFierro in ętate decrepita cōſtituto, refert Reg. Sanfelic. deciſ. 166. n. 28. tom. 2.

Limita tertio, & ſic pænam minorari, quando caſus, vel perſonę qualitas haber ali-
9 quas qualitates, vel circumſtantias, quibus pœna minuenda uenit, tunc quia iudicantes, & circumſtantiis iudicant pœna minorata, imponitur loco pœnæ ordinariæ, & ipſius vice fungitur, Reg. Ro-
10 uit. deciſ. 64. num. 18. & ſeq. Reg. Galeot. tom. 2. contrauerſ. 57. n. 22.

Quartò minoratur, quando delinquens me-
11 ritis eſt fulgitus, & qualitatibus ornatus, & ſic propter merita à pæna debita ſit diſceſſus, ſed molienda venit, *Baiard.* ad Clar. quæſt. 60. num. 99. merita enim cum hominibus ſunt penſanda, quia non ſunt pares, & eſt differentia inter homines, & homines, Io. Bapt. Cauat. tit. oculus reipublicæ c. 3. nu. 71. quinto poteſt Iudex minorare pænam amputationis manus, vel linguę pro falſitate, ut dixi ſup. deciſ. 43. nu. 21.

Author. nu. 3. & Mari num. 1. inferunt ho-
12 norem pręcæteris præſeruandum eſſe, dixi ſupra deciſ. 5. num. 1. & poſt ibi adducta, Reg. Tapp. deciſ. Ital. 3. nu. 44. & 45. & nouiſſimè Reg. Sanfelic. deciſ. 72. num. 87. tom. 1. & iterum deciſ. 199. num. 18. tom. 2. & an liceat, quem lędere,

re, vel occidere ad defenſam hominis, dixi eodem tit. de homicid. cap. 3. à n. 8. ad n. 18.

Et hac occaſione ſumpta honoris, tu ſcis
13 commune dictum, & in ore omnium frequentatum: homo de honore; hinc dicitur, *tù ſei homo di honore, quello e homo di honore*, poteſt quęri ad huius communis dicti declarationem, quis eſt iſte, *huomo di honore*? Fontanell. deciſ. 220. nu. 20. hæc verba ſcribenda curauit, quæ inſerenda mihi arbitror; liber enim nouus eſt, & non omnibus innoteſcit, vz.

Sed quis erit iſte homo de honore, hic re-
14 quiſitus id fuit multum diſputatum antiquitùs in quadam moleſtiſſima cauſa, & fuit iudicatum dici hominē de honore, ad effectum dictę cōſtitutionis eum, qui licèt antea eſſet meneſtralis, ſicut nos dicimus, ſeu mechanicus, qui ſuis manibus laborabat, poſtea verò relicto officio, & exercitio, uiuebat ex ſuis redditibus, & induſtria, concluſio fuit de hoc facta referente ægregio olim Senatore *Antonio* Oliba, hęc ille.

*A*ſcent. verò ad Boet. de conſolat. lib. 3. metro 3. proſ. 4. litera K. fol. mihi 42. atteſtatur, quod honor eſt exhibitio reuerētię alicui in teſtimonium uirtutis.

*M*ari hic num. 5 quærit, an per offenſam
15 factā ex iracundia cenſeatur fracta cautio præſtita de non offendendo, & pax violata, add: quòd ſi quis promiſerit nō offendere, & occiderit, proditor reputandus eſt, ea ratione, quia per pacem ſecutā, & promiſſionē factam de non offendendo ceſſauit liuor cordis, & animus quieuit, nec vlterius occaſionem petiit ſe euitare, & ab inimico præcauere, Reg. Sanfelic. pulcrè refert deciſ. 241. nu. 4. tom. 2.

Auth. nu. 2. idem dixit ſupra deciſ. 14. n. 11. & deciſ. 23. n. 1.

Ad author hic n. 6. (verbo mitius puniendum) vide Theſaur. deciſ. 168.

Heliſęus Danza.

ADDIT. AD DECIS. XCIX.

SVMMARIVM.

Iudex duas habet aures ut unam partem cum vna alteram con altera audiat, & cū vna ius percipiat, cū altera factum, n. 1.

Debet eſſe auditor, & deciſor, & cognitor quomodo intelligatur à n. 1. ad n. 4.

Oportet eſſe Deum timentem, n. 4.

Status Iudice periculoſius eſt num. 3. & quare.

Debet eſſe caſtos linguę, & parciſſimus in loquendo ante cauſam, n. 5. & 6.

Debet habere plures libros, n. 7.

Receptantes Bannitos, qui dicantur, & qua pœna puniantur remiſſiuè, n. 9.

Iudex inferior an teneatur parere mandato Superioris continenti impoſſibilitatem, vel manifeſtam iniuſtitiam, nu. 11. & 12. 13. & 14.

Iudex per dolum, iudicans, an puniatur, & qua pœna, n. 15.

Sententia lata per dolum, non tranſit in rem iudicatam, & ſi tranſierit non executioni demandatur, n. 16.

Iudex iniuſte iudicans, vel indebito modo, & in principio ſententiæ apponat nomen Domini, mentitur, & quare, n. 17.

Iudicans contra communem opinionem facit litem ſuam, n. 18.

Concedens facultatem quia caret ad quid teneatur, n. 19. & 20.

Non ualet iudicare etiam ex rei notorietate num. 21.

In coniunturalibus Iudex habet arbitrium, num. 22.

An teneatur iudicare ex conſcientia, uel ſecundum allegata, & approbbata, n. 23.

Sindicatur pro ſententia iniqua prolata, & quando intelligatur, n. 24.

Parendo ſindicatui, quæ opponere poteſt, n. 26. 27. & 28.

Iudex cæcus, poteſt per alium legere ſententiā n. 7.

Iudex debet habere duos oculos, n. 8.

NOn accipies munera, quæ etiam excecant prudentes, & ſubuertunt uerba iuſtorum, exodi cap. 23. n. 8.

Seneca ad Boet. de conſolat. libro 1. metro. 7. litera V fol. mihi 18. opinatur tenebras affectionis impedire Iudicẽ ad rectè iudicandum, amor enim, & odium iudicantem peruertunt, & præcitata uerba applicantur, & prò inde oportet Iudicem eſſe auditorem, cognitorem, & deciſorem, ex uerbo Auditorem, vt ambas
1 partes audiat, ex hoc duę aures ſunt à natura tributę, ut cum una, vnam partẽ audiat, cum altera, alteram, & cum una ius percipiat, cum altera factum; non auditores legis iuſti ſunt, ſed factores legis iuſtificabuntur, Beat. Gregorius Papa in Homilia 23. in Euagelia lection. 3.

Ex uerbo cognitor, ut diligentia adhibita comite rectitudine naturę, merita cauſę
2 cognoſcat, non autem ex abrupto, & pręcipitanter ſententiam, quia malę ageret

Ex verbo deciſor, ut iuſtitia mediãte amore, & odio ceſſante iudicet hæc omnia affert, Scacc. de ſent. & rè iudicat. gloſ.
3 5. quæſt. 1. num. 1. & ſeq. immò periculoſum eſſe, ſtarum Iudicis afferit eni, niſi gratia Spiritus ſancti aſſiſtat, poſſit rectè iudicare. Mut. t. 6 cap. Sic. cap. 45. n. 3. & oportet eſſe Deum timentem, & tanquã talẽ ad Deum recurrere, ut intellectũ
4 tribuat ad rectè iudicandum, Scacc. glo. 14. quęſt. 23. num. 17. duaſque claues habere, unam veritatis, alteram poteſtatis, *Mut.* tom. 3. cap. 7. num. 9.

Ego vero dico oportere Iudicem habere nè dum Dei timorem prè omnibus antepo
5 nendum, verum etiam alia duo, paruitatem nempè in lingua, & ſic in loquendo de meritis cauſæ ante eius expeditionem debet eſſe parciſſimus, & linguam ſuam cautè cuſtodire, ita ut ſit incogita
6 bile in quam partẽ inclinat, & ex Dauid pſalm. 140. ponete cuſtodiam ori ſuo. & oſtium circũſtantiæ labiis ſuis, vir enim linguoſus non dirigetur in terra, Dauid pſalm. 139.

Alterum habere multitudinem librorum: li
7 ber enim librum aperit, & in iure omnia ſunt aperta, ut latius dixi in meo 1. tom. tit. de facultat. Doctor. cap. 1. à num. 9. ad num. 17. & qui ad officia exercenda ſe exponit ſine libris ſaltim ſufficientibus non Iudex, ſed pictor appellari poteſt, ſic affert Io. Bapt. Cauat in tractat. var. tit. oculus reipublicæ capitul. 5. num. 16.

Ex his debet duos oculos, unum intus, & ſic intellectus, alterum foris, & ſic carnis ad hoc, ut cum primo intellectus, perſpicaciter intelligat, quæ ſurſum ſunt, & comprehendat quæ intus exiſtunt, unde Poeta.

Con l'occhio della mente ben comprende.

Alterum, & ſic carnis ut videat quę uidẽda ſunt, hinc Beatus Gregor. Papa in homilia 23. in Euangel. dixit: hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis, & ſi cęcus eſſet, ut legere non valeret, poteſt ſibi per alium ſententiam legere Mut. tom. 3 cap. 51. num. 28 prò ut in ſimili ſi contingat cęcum dare aliquam vocem cum ſcribere nõ poſſit ab alio ſcribere faciant votum ſecreto cum iuramento de adnotando fideliter ſcriptura, ſed melius erit renunciare votum, ad euitandas inconuenientia, & fraudes, Iul. Lauor. lucubrat. Roman. tit. de forma ſeruanda cap. 19. n. 79. alias his
8 carens non rectè, ſed iniuſtè, & per dolũ iudicare uidetur, inde non miſeratione ſed punitione dignus eſt, ut accidit Alferio Tappia qui cũ minus iuſtè in cauſa enunciata proceſſit, fuit punitus ut in præſenti deciſ. 99. in qua tria tractanda ueniunt; primum de receptatione banditorum, ſecundum an iudex inferior teneatur parere præcepto iniuſto ſuperioris, tertius qua pæna punitur iudex iniuſtè iudicans.

Quo ad primum circa materiam receptatorum, ut Auth. hic num. 5. Petra num. 11.
9 & 17. & Marin. num. 9. 10. & 11. vide quę ego latius dixi in meo 1. tom. tit. de receptator, & alia dixi ſupra deciſ.

Quo ad ſecundum, dum Alferius Tappia
10 excuſationẽ allegabat habuiſſe in com-

miſſis

miſſis à Gubernatore illius Prouinciæ,
ut quã primum inquiſitos præmanibus
haberet ſuſpendi faceret, & ſunt verba
formalia poſita per Authorem.

Ex hoc quæri poteſt, an inferior teneatur
11 parere mãdato ſui ſuperioris impoſſibili
tatẽ, vel manifeſtã iniuſtitiã cõtinẽtẽ, pro
affirmatiua colligitur ex quo obediẽtiã
ſuperiori præſtare tenetur, nec factũ à ſu
12 periore reuocare valet, dixi ſupra deciſ.
6.num.24. & 25. uidetur enim abſurdũ,
& incõueniens, ut Iudex inferior poſſit
reuocare quod à ſuperiore fit, Reg. Ga-
13 leot. tom. 1. cap. 17. ſuum enim eſt tan-
tum parere, non autem contrauenire.

Pro parte negatiua, ut non teneatur, ſi præ
14 ceptũ, uel mandatũ ſuperioris cõtineat,
quid impoſſibile, uel iniuſtũ, inferior, .n.
non teneatur parere, adducitur illa regu
la, ut iniuſte mandanti, impune non pare
tur, ſicuti in male promiſſis, fides non
eſt ſeruanda in male mandatis obedien-
tia non præſtanda.

Et unum pro cõplemento aduertendum
arbitror, ut ſi per Dominum Proregem
fuerit mandatum quem torqueri, vel ad
triremes condemnari, an teneatur infe-
rior ipſius mandatis parere, quandoque
enim dominus prorex mandat, quem ad
triremes tranſmitti, pro ut iuſſit tempo-
re uiſitationis carcerum, & carceratorũ,
ut dixi in meo 2. tom. tit. de uiſitat. car-
cer. cap. 1. per tot. non deſunt aliqui ne-
gantes obedientiam mandato prædicto,
ſed dominum proregem eſſe conſulen-
dum de meritis cauſæ, & ſi pæna impoſi-
ta poteſt irrogari, vel ne, licet enim infe-
rior mandatis Principis parere tenetur
debet nihilominus eum certiorare de
ſtatu cauſæ probatis, & uerificatis ali-
ter ſentit, Bouadill. tom. 1. politicor lib.
1. cap. 11. num. 61 fol. mihi 436. cuius
ſeriem ad lecturam ducendam arbitror,
cum, ut dixi hic Author nõ præmanibus
ſic haberi poſſit.

*Lo ſecundo ſe amplia para que pueda el Corre-
gidor ſin pecado executar la priſion, el tor-
mento, o la pena de muerte que el Rey por
ſu carta, o mandato Real proueydo ſin cono-
cimento de cauſa mandaſſe dar a alguno, ſe-
gun dotrina de Abad, y la comun opinion
de Cagnolo, y otros, Por lo qual diſputò Mõ-
taluo, ſi el Rey don Ioan el II. pudo conde-
nar a muerte, y el juez executar la ſentencia
del maeſtre de Santiago don Aluaro de Lu-
na, por no auer ſido oydo, confieſſo ni conuẽ
cido iudicialmente: y ſegun los dichos Do-
tores, no eſta obligado el juez de neceſſidad
a ſobreſeer en el cumplimiẽto del dicho ma-
dato Real de atormentar, ahorcar, o matar
alguno, ni eſcriuirle ſobre ello, y que ſi lo
haze ſerà de voluntad y miſericordia. La
razon es, porque ſe preſume por el Rey, cuyo
coraçon eſtà en la mano de Dios, que es bue
no y juſto, y que ſus mandatos ſon ſegun ju-
ſticia, y no ſe le puede replicar, porque lo ha-
zes aſsi?*

Tu vero diſtingue, aut Dominus Prorex
motu proprio, vel cauſa cognita id man
dat, & eius mandato executionem dare
cogitur, aut uero id mandauerit non mo-
tu proprio, non ex certa ſcientia, ſed ad
partis inſtantiam, & tunc cum præces
intelligentiam admittant ſi ueritati nitã
tur tenetur eum certiorem reddere de
qualitate perſonæ, delicti, & probatis in
eo, quãdo enim reſcriptũ eſt determina
tum, & non ſimplex ſortitur effectum,
Menocch. conſil. 180. lib. 2. & Antigo-
num tertium mandaſſe omnibus ſuis of-
ficialibus, ut non parerent eius manda-
tis etiam ſua manu firmatis ſi dignoſce-
rentur contra iuſtitiã, vel Regni leges, &
quod Reges Aegeptii hoc mãdaſſent, ne
eius iniuſtis mãdatis obedirẽt ſic ex Plu-
tarco, refert *M*aſtrill. de magiſtrat. lib.
3. cap. 1. n. 84.

Quò ad ſecundum Auth. hic num. 1. Mari
15 num. 1. inferunt iudicem male iudican-
tem, vel per dolum, eſſe puniendum, &
teneri ad intereſſe totius litis, litẽque ſuã
facere, tu adde Io Bapt. Cauat. cit. tract.
uariar. tit. oedipus Colonęus part. 6. n. 3.
& 2. qui affert talem iudicem ex delicto
teneri, & formã libelli contra eũ docet.

Et eſt adeo uerum, ut ſi Iudex iudicauerit
16 iniuſtè, & ſic per dolum eius ſẽtentia nũ
quam tranſit in rem iudicatam, & ſi for-
tè tranſiret non eſſet executioni deman-
dãda, Scacc. de ſent. re iudicat. gloſ. 14.
quæſt.

quæſtion.20. numer. 8. & ſequen.
Sed quibus modis dignoſcatur hæc iniuſtitia, vel hic indebitus modus procedē-
17 di, dicas tu primo, ſi per dolum ſententiam ferr, & in principio apponat nomen Domini, tunc mentitur: vnum enim dicit per appoſitionem nominis Domini, aliud operatur iniuſtitiam concomitando, Scacc.gloſ.1.cap. 1. quæſt. 1.num. 263.& 264. Secundo, quando procedit in cauſa modo inuſitato, vel abſque cognitione, argumento eorum, quæ profert Reg. Galeot. tom.2. cap. 57. num. 81. Terrio, quando iudicauerit contra communem opinionem Do-
18 ctorum, tunc tenetur, & facit litem ſuam ſic per Rotam deciſum refert Nouar. in prag.5.de dilationibus nu.5.& 6. vide Cauar. eodem tract. tit. oculus Reipubl. in præfatione nu.32.
Quarto, ex Petra hic num. 3. nempè ſi Iudex concederet aliquam facultatem ali-
19 cui, vel arma aſportandi, vel aliquod faciendi, quam dare non valet, ex quo facultate illā concedendi caret, tunc male facit, dicitur excedere, & tenetur ex
20 Auth.noſtro ſupra deciſ.40. num.8. ex l.1. iuncta gloſ. cod. de deſertor. ſic dicebam Auditori Io. Thomæ Sanctę Mariæ quęrenti facere commiſsionem ſcribæ Regiæ Dohanæ, & pluries hæc doctrina præualuit ad reprimendam libertatem quorundam ad ſui libitum negotia peragere quærentium.
Quinto, amplia, vt non valeat Iudex iudi-
21 care ex rei notorietate, Reg.Galeot.to. 2.c.72.n. 11. contra Afflict.ibi relatū.
Limita, concluſionem non procedere in quæſtionibus coniecturalibus, in quibus
22 Iudex arbitrium habet, Mantic. tom.1. de tacit.& ambig.coniectur, lib.8.tit.20 num. 52. prudentia enim Iudicis verſatur, & dominatur in coniecturis, *Mant.* de coniectur.vltimar.volunt. lib.12.tit. 17.num.44.
An teneatur iudicare ſecundum allegata & approbata, multa in ſcribendo elabo-
23 raui ſupra deciſ.19.per tot.nunc adde, quod Mantic.de tacit.& ambig.coniect. lib.8.tit.17.num. 13. tom.1. aſſerit non ſecundum conſcientiam, ſed ex actis iudicare debere; debet enim proficiſci de vtero, & ſinu legis, non autem de ſinu, & ſecreti ipſius Iudicis, & ſunt formalia verba, *Mantic. & ſi iudicauerit non ſecundum allegata, tenetur in ſindicatu,* Nouar.in prag. 1. de ſindicatu official. num. 9.& Iudici aſſerenti de ſua conſcientia non eſſe credēdum, refert Tho. to vot.17.num.12.
Perra num.1.& 2.& *Mari* num.7.& 8. dicit Iudicem pro ſententia malè, aut ini-
24 què prolata non ſindicari, niſi fuerit de barattaria, extorſionibus, & concuſſionibus, tu vide quæ ego latius dixi in meo 1.to.tit.de official.in gener. cap.5. quamuis hoc nomē *Barattaria*, Floren. tiæ accipiatur pro deceptione, fraude, ſiuè impoſtura, vt refert Anton. *Monac.* deciſ. Florent.1.num.44. & 45. qui refert Scipionem Africanum de barattatia fuiſſe accuſatum.
Auth.in principio ibi ad faciendas ſuas defenſiones, addc quod quando Iudex ſin-
25 dicatui paret, poteſt ſe tueri noua oſtēdere; & docere ſe rectè fuiſſe, & partem in nihilo eſſe læſam; Boer.deciſ.259.nu. 9.vide eūdē Boer.in alia dec.153.n.13.
Auth.nu.1. ibi Iudicis arbitrio adde, quod ſi iudicium eſt arbitrarium, ſi ex arbitrio aliquid facit non eſt repræhendendus ſi
26 in nihilo Fiſcum lædit, Ioſeph Ludouic. dec.Lucenſ.1.nu.30. poſt Menoch. quē allegat de arbitr.iudic. caſ. 176. & hoc
27 arbitrium eſt regulandum ex iure communi conforme, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ.3.num. 34. & 35.

Heliſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. C.

SVMMARIVM.

Cenſus impoſitus ſuper duobus corporibus, quomodo fiat executio, Auth. diſtinguit, num.1.2.3. & 4.
Præſcriptio eſt impÿſsimum refugium, n.5.
An interrumpatur, & quæ concurrere debent vt interruptio cadat, nu.6.7. & 8.
Legatum factum de vino ad electionem legatarÿ, an poſsit eligere album, vel nigrum,

Vu vel

vel de meliori, nu. 10. remiſitur.
*Legatum factum de tot ſalmis vini, ſi aſſi-
gnatur vinea, ex qua vinum percipitur,
bares liberatur, nu. 11.*

LOnga eſt ſeries huius deciſ. 100. nec
addere oporteret, verùm ne ſicco pe
de pertranſeam, infraſcripta notatu di-
gna arbitror.
Auth. in principio ibi: edictum de citatio-
ne per edictum, vide quæ dixi ſupra de-
ciſ. 78.
Ad auth. num. 15. & 19. ibi frumentum, vi-
de quæ ego dico in tit. de vectigalibus,
3. tom.
Ad auth. num. 18. vide Beltran. conſ. 92.
vol. 3. Frecc. de feud. authoritat. 46. ad
fin. Valaſc. conſultat. 100. Surd. deciſ.
139.
Ad auth. num. 21. ibi: non ſoluens cenſum,
eſt ſciendum, quòd ſi cenſus fuit impo-
1 ſitus ſuper duabus rebus, ſiuè fundis,
vel duobus corporibus, & dubitetur, ſi
exequutio cenſus ſit facienda ſuper om-
nibus corporibus obligatis, an verò ſu-
per aliquibus, & eſt diſtinguendum; aut
bona cenſui obnoxia poſſidentur per
hæredes debitoris, & tunc exequutio fit
2 inſolidum, & in electione actoris eſt ſu-
per quibus ſibi ſatisfieri velit; aut verò
bona obligata pro cenſu, detinentur per
tertios poſſeſſores, & tunc datur actio
pro rata, non autem inſolidum, & quili-
bet poſſeſſor pro rata ſua tenetur Vrſill.
ad Afflict. deciſ. 153. num. 5. Caſtill. de-
ciſ. Sicil. 41. Rodoriq. de ann. reddit. lib.
2. quæſt. 9. num. 61. de Thor. vot. 84. nu.
339. ea ratione, quia onus ſoluendi cen-
3 ſum ſequitur rem, & proinde poſſeſſor
non vltra ratam rei, quam poſſidet tene-
tur, Caſtill. ibidem num. 5. ad fin. & cum
contigiſſet me iudicare in cauſa Notarij
Io. Iacobi Salernitani actoris, cum aliis
poſſeſſoribus rerum ſibi obligatarum,
decreui, & condemnaui tertios poſſeſſo-
res pro rata, viſum fuit nouum, nam re-
gula ſe habet penes aliquos, vt cenſus
ſolutio fiat inſolidum, aduertentes inde
doctrinam, qua motus fui adiudicandũ,
acquieuerunt.

Ad author. eodem num. 21. ibi; præſcrip-
tio non arctat, ſciendum, quòd licèt præ
5 ſcriptio ſit impiiſſimum refugium, Vr-
ſill. ad Afflict. dec. 37. num. 30. tamen
præſcribitur ſpatio quatraginta annorũ,
dummodo non ſit interrupta, & interru-
ptio cadit per ſolã citationem, Peguer.
dec. 157. quæ intelligenda eſt, duobus
concurrentibus, primo, vt Nuntius refe-
6 rat ſe citaſſe, & conſtet in actis, Robert.
rota German. dec. 5. lib. 3. ſecũdo, dum-
modò actor, & reus in termino citatio-
7 nis compareant, aliàs non comparenti-
bus, interruptio non ſortitur effectum
ſuum, Mainard. deciſ. 27. lib. 1. ſed tantũ
8 appellatur citatio circumducta, quæ ti-
tulum citationis non meretur, de Fran-
chis dec. 232. nu. 4. vt in ſimili dicimus
de pendentia litis, in qua hæc duo re-
quiri affirmat Surd. dec. 5. nu. 30. tu vi-
de Gratian. tom. 1. diſcept. Forenſ. cap.
52. nu. 6. vbi quomodo *hodie per Bullã*
in Cæna Domini interrumpatur præſcri-
ptio declarat.
Auth. num. 19. ibi: imponens vectigal. ſeù
pedagium, pro quibus ſolui debet pe-
9 dagium; vide quæ dixi in tit. de vecti-
galibus.
Ad auth. num. 25. ibi; vini gabellæ ſolutio-
nem, quæritur, ſi eſt factum legatum de
10 vino ad electionem legatarii, an poſsit
eligere album, vel nigrum, vel de melio-
ri? vide Reg. Capic. Latro dec. 11.
Et è contra, ſi eſt factum legatum annuum
de tot ſalmis vini, ſi hæres aſsignat vi-
11 neam, ex qua vinum recipitur liberatur,
Reg. Capic. Latro deciſ. 10. nu. 4.
Ad auth. num. 26. ibi: loco muneruum, vide
quæ dixi in 3. tom. tit. de muneribus.

AD.

ADDIT. AD DECIS. CI. ET CII.

SVMMARIVM.

Patri ex confidentia, & authoritate legis valet filium ſuum carcerare, & Iudex ad omnem eius requiſitionem carcerare debet, nu. 4. & 5.

Non autem poteſt filium ad triremes condemnare, & caſus refertur, nu. 6.

Legitima an debeatur in vita patris, vel poſt mortem remiſſiuè, nu. 7.

Podagra quid ſit, à quo proueniat, & à quibus excuſat, num. 8.

Condemnatus nullo tempore adiecto, quomodo intelligatur, nu. 10.

Promiſſio curare, & facere, quid operetur, remiſſiuè, nu. 11.

Conſtitutione Regni pragmatica, & capitulo concurrentibus, cum iure communi, ſi diuerſimodè loquatur, quod pranalet remiſſiuè, num. 12.

Falcidia, vel Trebellianica, an ſit deducenda à legatis pijs remiſſiuè, nu. 13.

Legitima, an augeatur, vel minuatur remiſſiuè, nu. 14.

Pater an poſſit cogi ad aſſignandum filio legitimam remiſſiuè, num. 15.

Bina eſt deciſio, quam aggredior, nempè 101. & 102. quarum ſeries longiſſima conſpicitur, & addere, eſſet aquam
1 ad mare aſportare: tamen ne ieiunus videar euadere, infraſcripta ſpecialia colligam, tractat Auth. inquã Petra nu. 4. & Mari hic principaliter de legitima debita filio, vel filiæ dotatæ, de renunciatione, quam filia nupta ad beneficiũ fratris, de quibus multa dixi ſupra deciſ. 57. & deciſ. 90.

Et de legitima, quam filius conſequitur in
2 bonis patris, latè dixi in meo 3. tom. tit. de liber. præterit. cap. 1. per tot.

Ad auth. num. 31. ibi: poterit ad ſupplemẽtum legitimæ, vel congruæ dotis agere:
3 ſequitur *M*antic. de tac. & ambig. coniectur. tom. 1. lib. 12. tit. 23. n. 13. ad fin.

*A*d auth. num. 37 ibi: multoties, lex non confidit de patre, ſi eius qualitas, hoc
4 patiatur; dicas patriam poteſtatem, de qua conſiliar. Paſcal. facit amplum tractatum, eſſe adeò potentem, maiorem Iudicis facultate, poteſt enim mancipare in carceribus filium ſuum abſque alio
5 proceſſu, & Iudicem ad eius ſimplicem requiſitionem teneri filium arreſtare, & in arctiores carceres detrudere, & ſufficit eius petitio, ſine alio proceſſu; tamẽ non poteſt aliam pœnam filio imponere niſi carcerationis, & cũ Frãciſcus Riccio fuiſſet trãſportatus ad carceres *M*. C. V. ad inſtãtiã patris vt ad triremes trãſmitteretur, nõ fuit per M. C. inſtãtia admiſſa, nec carceratus receptus, ea rõne, quia patria poteſtas ad carceres tã ũm dominatur, & ſic fuit reſpõsũ per Laurẽtium de Franch. tunc *M*. C. V. fiſcalem virtute declaratiui reſponſi, cuius tenorem inſertum hic legas, vt in futurum patres talia committere non audiant.

Queſti miei Signori non hanno voluto riceuere nelle carceri Franceſco Ricco, contro del
6 *quale ſuo padre fa inſtanza, che ſe mandi in galera, giudicando, che il ſtare carcerato à dimanda del padre pò baſtare, e per il tẽpo, che à lei parerà, e di queſto parere è il Signore Marcheſe di Corleto, vdiſtando queſto Tribunale ſe vi ſarà alcuna informatione, potranno le SS. VV prouedere de giuſtitia, ne hà parſo auiſarne le Signorie voſtre, alle quali me ricordo ſeruidore. Da Napoli 4. di Nouembre 1605.*

Lorenzo de Franchis.

*A*d auth. num. 60. idem dixit auth. ſup. dec. 57. nu. 12.

*A*d auth. 65. ibi: legitima non eſſe debita filijs in vita patris, ſed poſt mortem: ſe-
7 quitur Franc. Marc. deciſ. 682. part. 2. Oſaſc. dec. 172. num. 15. Puteus deciſ. 237. lib. 2. Miſincer. obſeruat. 25. cent. 4. Caballin. milleloq. 81. Giudon Papa dec. 486. Crauett. conſ. 236 & vide, quę ego ſcripſi in 3. tom. tit. de liber. præter. cap. 1 per tot.

*A*d auth. num. 99. ibi; à podagra liberare: quid ſit podagra, à quo proueniat, & an
8 excuſet, vide quę dixi in meo 1. tom. tit. de offic. *A*uditor. cap. 1. nu. 41.

Ad Auth.nu.106.adde Ioan.de Amic,cõſil.145. *Anna* allegat.78.nu.3.

Ad Auth.num.114.ibi (vxori,nedum de prima, verum etiam de vlteriori) hic adde,quod hanc quęſtionem latè diſputat de Thoro tom. 3. compend. part. 2. verb. legatum factum, fol.13.col.1.

Ad Auth.eodem num.114.ibi(in condemnato nulla temporis mentione, adde,
10 quòd ſi quis fuerit condemnatus in exilium, non oppoſito tempore, per quod intelligatur, vide quæ ego attuli ad hãc materiam in meo primo tom.tit.de exilio,cap.vnic. num.66.& ſeq.

Ad Auth.num.88.ibi(curare facere)quod Mari num.17. annuit,adde,quòd ſi quis
11 promiſerit aliquid ab altero fieri facere, ſi fecit poſſe ſuum, an excuſetur, & quæ concurrere debent,vide de Franch.deciſ.624.

Petra nu.2. ibi (conſtitutiones haberi tanquam ius commune in Regno) tu vide
12 quòd ſi concurrunt ius commune, conſtitutiones,capitula, & pragmaticæ Regni, & ritus diuerſimodè loquens,quod attendi debet, & quod præualeat, vide quæ dixi ſupra deciſion.63. num.38. & ſeq.

Petra num.4. ibi (ex legatis piis conſequi legitimam) ego in meo primo tom. tit.
13 de legatis piis,cap.2. num.4. dixi in legato pio non detrahi trebellianicam, & ſi debet deduci legitima, vel trebellianica, ex legatis piis recurre ad *M*etl n. de legitima lib.1 tit.3 quæſt.1. num. 8. & ſeq. & nouiſſimè de Thoro ad Tiraquell.de cauſa pia, priuilegio 154. qui latè articulum diſputat,& varias ſententias affert.

*M*ari num.12. quærit, an legitima aſsignata augeatur, vel minuatur, & remiſsiuè
14 alloquitur, tu vide quæ ego dixi ſupra deciſ.90.à num.13.ad num.23.

Mari hic num.13. ibi: pater poteſt cogi ad aſsignandum legitimam remiſsiuè lo-
15 quitur, tu vide quæ adduxi ſupra dec. 90. num.29. & 30.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. CIII.

SVMMARIVM.

*Intereſſe datis,& anteſati debetur mulieri,& hæredibus,etiam ſi bona dotalia ſint extra diſtrictum deciſ.*103.*num*.1.

Hypoteca pro dote currit ad beneficium mulieris à die capitulorum matrimonialium, etiam non ſtipulatorum,nu. 4.

Feudum conceſſum alicui magno Principi cũ caſibus reſeruatis, an tranſeat ad ſucceſſorem,& ſic moderuum poſſeſſorem, numer. 10.

Cauſæ feudales olim per Magnam Curiam cognoſcebantur,hodie cognoſcuntur per Regiam Cameram Summariæ, deciſ. 103. *num.*11.

Vaxallus poteſt litigare coram alio iudice ſine conſenſu domini,nu. 12.

Hæres ex teſtamento, in quo ſunt plura legata,an poſſit vnum legatarium agnoſcere, alterum verò delegare, numer. 14. 15. & 16.

Clauſulæ conſtituti & precarij poteſt exerceri contra tertium poſſeſſorem, indiſcuſſo principali nu. 8

Aſſenſus an poſſit præſtari poſt mortem, numer. 19.

*Præſtitus ſuper capitale an extendatur ad intereſſe,nu.*20.

*Principis gratia, an cenſeatur conceſſa iuxta formam petitionis, num.*21. & 22.

*Concubina retenta domi quicquid acquirit, de bonis amaſii acquirere cenſetur, numer.*31.

Aſcent. ad Boet.de conſolat.lib.3.proſa 2.fol.38. liter.T. dicit quod mens humana naturaliter deſiderat bonum, gloſa inde declarat ſcilicet ſtudium, & Cicer. in Rethor. affert memoriam hominis eam eſſe,per quam animus repetit, eaque fuerunt ex Ariſtot. in lib. de memoria, & reminiſcentia, & eſt exortum illud commune dictum noſtrum non eſt ſcire, ſed reminiſci.

Ap-

Applicantur in præſenti deciſ. 103. in qua
multa dicuntur, tam per Auth. quam per
Petr. & M. in additionatores, quę alibi
me dixiſſe recordor in omnibus meis ſcri
ptis, undè reminiſcẽdo eorum, quæ dixi
in quolibet numero ordinate prius cum
Authore, inde, cum addentibus remiſſi.
uè recordabor, & addam aliqua.
*H*anc deciſionem 103. memorat Reg. Ga-
leot. tom. 2. controuerſ. cap 60. num. 8.
ubi affert intereſſe dotis, & anteſati de-
beri mulieri, ſuiſque hęredibus ex Franch.
ibi relat. deciſ. 338. & ampliat deberi
1 etiam ſi bona dotalia ſint extra diſtrictũ
ea ratione, quia hoc uerbũ: dos: eſt iu-
ris, & comprehendit bona ubicunque
ſita, & poſita, & ad quam rationẽ Auth.
annuit hic num. 29. ego dixi ſupra dec.
70. à n. 5. ad. 8.
*A*uth. num. 3 & Petr. n. 1. ibi geminatio cõ-
feſſionis, nota quod geminatio denotat
2 ueritatem, & demonſtrat enixam uolun-
tatem, de Franch. deciſ. 624. n. 18.
*A*uth. num. 4. ibi (omnia, & ſingula eſſe ue-
ra) quid importet, cuiuſque uirtutis ſit,
3 hæc clauſula dixi ſupra deciſ. 45. à n. 6.
ad n. 13. & iter. deciſ. 86. n. 22.
*A*uth. num. 7. ibi (fingitur ſtipulatio) nota
4 quod hypoteca pro dote currit ad be-
neficium mulieris à die capitulorum
matrimonialium, etiam nõ ſtipulatorũ,
& eius prioritas præpoſteratur ut dixi in
3. tom. tit. de hypoteca, nunc addo Reg.
Sanfelic. deciſ. 99. per tot. & ſignanter,
nu. 3. tom. 1.
Auth. num. 20. ibi (nulla fides adhiberi]
5 adde quod non creditur teſti inueriſimi-
lia deponenti, & quare uide quę dixi ſu-
pra deciſ. 2. num. 42. & ſeq. & iter. deciſ.
28. n. 3.
Auth. num. 34. quod præſumitur ignoran-
tia etiam in facto proprio, quæ ſit igno
6 rantia craſſa, uel ſupina, uel inuoluntaria
uel inuincibilis, & qui excuſantur ab eo
uide quę dixi in meo 2. tom. tit. de igno.
rant. per tot.
Auth. num. 39. ad med. ibi [debet etiam
concurrere conſãguinitas uide de la Ra
tha conſ. 65. Surd. deciſ. 105.
Auth. num. ibi adde quòd maior fides
eſt adhibenda teſtibus affirmantibus,
quam negantibus ut dixi ſupra deciſ. 56.
num. 1. 2.
Auth. n. 111. ibi: eſt omnino ciuis: qui au-
tem dicatur ciuis, & quę concurrere de-
7 beant uide quæ dixi tom. 2. tit. de priui.
leg. Neapoli. per tot. & quæ attuli ſupra
deciſ. 87.
*A*uth. numer. 113. ibi: quod iuſtitia, & cau-
ſa perempta: uide quæ dixi ſupra dec.
1. per tot.
Auth. nu. 117. ibi: quòd iuſtitia, & cauſa pe
rempta: uide quæ dixi ſupra deciſ. 69.
ubi latè de inſtantiæ peremptione, & in
9 ſufflatione ſpiritus uitæ, & poſt ibi ſcrip-
ta Mo catell. in pract. fideiuſſoria part.
2. quęſt. 7. n. 17.
Auth. nu. 128 ibi: de quibuſcunq; hæredi-
bus etiam extraneis ſi feudum conceſ-
ſum alicui magno Principi cum caſibus
10 reſeruatis propter remunerationem, an
tranſeat ad ſucceſſorem, & ſic modernũ
poſſeſſorem latè articulum dilucidaui in
meo 2. tom. tit. de priuileg. prioritate cap.
4. ubi ex Reg. Rouit. deciſ. 6. dixi tranſi-
re ad hodie poſſidentem, quia eſt metiẽ-
dum corpus ipſius feudi, ubi recurre, nã
materiam explicatam uides.
*A*uth. num. 133. ibi: de cauſis feudalibus
Dominum feudi adiri debet cum ad eũ
11 ſpectat cognitio, concordat Oſaſch. dec.
78. num. 9. tu adde quòd olim cognitio
rerum feudalium ſpectabat ad M. C. V.
hodie eſt Regię Cameræ sũmariæ, ut di-
xi in meo tom. 3. tit. de præeminent.
cap. unic.
Auth. num. 137. ibi: & de licentia Domi-
ni feudi poteſt fieri prorogatio: tu adde
12 quod Vaxallus poteſt litigare coram
alio Iudice ſine conſenſu Domini. uide
Oſaſch. deciſ. 78. num. 9. Guid. Papa
deciſ. 275. Boer. deciſ. 114. de Franch.
deciſ. 417. Gaill. lib. 1. obſeruat. 40.
Auth. num. 144.: cum in Regno iudicandũ
ſit ſola facti ueritate inſpecta: concordat
Io. Bapt. Aſin. pract. judiciar. §. 4.
num. 4.
Auth. num. 144. ibi: falſitas quæ non tangit
negotium principale: adde ſi falſitas eſt
13 commiſſa in non ſubſtantialibus, uide
quæ

quæ latè dixi ſupra deciſ. 43. num. 61.
& ſeqq.

Auth. num. 147. ibi: cum ſemel approbatũ
fuerit: quæritur ſi hęres, qui hæredita-
tem adiit ex teſtamento, in quo ſunt plu-
14 ra legata poſſit vnum legatum adimple-
re, & ſic uno legatario ſoluere, alijs verò
non ſatisfacere, & denegare, duplex opi-
nio reperitur, vna negatiua, altera affir-
matiua, pro prima, & ſic pro negatiua
adducitur, quòd tenetur hæres pro
adimplemento teſtamenti omnibus le-
gatariis ſoluere, nec poteſt allegare te-
ſtamentum inualidum gloſ. quam Auth.
15 non adduxit neque aliam doctrinam,
l. non dubium ad fin. cod. de teſtament.
& eſt cõmunis opinio, ut refert Alex.
ibid. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 331. nu.
7. pro parte affirmatiua ut poſſit uni ſol-
uere, & alteri denegare adducitur, Go-
meſ. uariar. reſolur. tom 2. cap. 11. nu.
16. ubi ſubſtinet hæredem poſſe unum
legatarium agnoſcere, alterum uerò non
ex l. 2. cum aliis ſeq. ff. de legatis 2. proue
in ſimili, qui ſoluere tenetur directus, &
16 ſemel ſoluerit, inde poſſit pænitere,
& denegare ſolutionem, quã alias fecit,
de quo latius per Reg. Moles deciſ. 63.
quem ad pennam habeo.

Auth. num. 170. ibi: antefatum non deberi
pro dote non ſoluta: quęritur an antefa-
tum debeatur pro dote non promiſſa, &
17 ſi promiſſa non ſoluta, & ſi ſoluta non
tota, vide quæ addidi ſupra deciſ. 70. à
n. 26. ad n. 31.

Auth. num. 176. ibi: non apparet conſtitu-
tum, & præcarium: cuius effectus ſit clau
ſula conſtituti, & præcarii, & quomodo
debet apponi, uide quæ plenius dixi de-
ciſ. 92. n. 25. 26. & 27, nunc addo quòd
18 uirtus conſtituti, & præcarii, ita ſe ha-
bet, & talis potentię ſit ut poſſit exerce-
ri etiam contra tertios poſſeſſores etiã
non diſcuſſio principali Reg. Sanfelic.
deciſ. 115. tom. 1. & in aditionibus ibi-
dem adducit Gayta ſic affirmantẽ.

Auth. num. 184. ibi: aſſenſus non poſſe præ-
19 ſtari poſt mortem vidde Reg. Sanfelic.
deciſ. 292. tom. 2.

Auth. num. 196. ibi: aſſenſus præſtitus in
uno: adde quod aſſenſus præſtius ſuper
20 capitali non extenditur ad intereſſe, ut
dixi ſupra deciſ. 12. à n. 5. ad. 12.

Auth. num. 203. ibi: reſponſum ambiguum
21 ſupplicationem: quæritur an gratia Prin
cipis cenſeatur impertita iuſta formam
petitionis, euenit quotidie, nam Domi-
nus Prorex porrectis ſibi præcibus diuer
ſimodè mandat, quandoque annuit præ-
cibus in illis uerbis, *come pide*, aliàs verò
alia conceptione verborum, & diuerſa
ab expoſitione, Petr. hic num. 74. diſtin
guit, aut gratia Principis uerſatur in iis,
quæ iure conſiſtunt, & tunc iuxta præces
cenſetur gratia conceſſa; aut verò verſa-
tur in iis, quæ ſunt in facto, & tunc ad cõ-
22 ceſſionem; aſſerit, cognita veritate, tu ve
rò diſtingue, aut reſcriptum eſt ſimplex,
& non præſumitur iuxta formam petitio
nis cõceſſiſſe, aut uerò reſcriptum eſt de-
terminatum, & ſecus eſt; Menocch. conſ.
180. lib. 2. & præſertim ſi Princeps fue-
rit informatus, & habuerit notitiam de
omnibus ſupplicatis, uel ſi id egerit cũ
deliberatione ſui conſilii, *M*aſtrill. tom.
1. de magiſtrat. lib. 3 cap. 4. a 53. & ſeq.

Num. 15 ibi: Sindicus denunciat mortem:
quomodo teneatur Vniuerſitas, uel eius
23 Sindicus, ſiuè officialis loci denunciare
delicta ſuperiori, vide quæ dixi deciſ. 47.
num. 12. & 13.

Num. 21. Petra. hic concedit eum, qui ſine
ſalario ſollicitat in cauſa, poſſit teſtimo-
nium perhibere in eadem cauſa contra-
rium, ego dixi ſupra deciſ. 73 n. 16.

Num. 22. ibi: quid ſit familiaris. Petra hic
quęrit quis ſit familiaris, tu materiam fa-
24 miliaris, & familiaritatis, & quæ in eis
concurrere debent diſcussã reperies in
meo 1. tom. tit. de familia clericorum
cap. 1. nu. & ſeq.

Mari 37. ibi: conta actuarios oſtendentes
proceſſus: de actuario oſtendente pro-
25 ceſſum, vel publicante atteſtationes la-
tè ſcripſi in meo 1. tom tit. de actuariis,
num. 5.

Num. 54. ibi.: teſtes qui reuelauerunt in
monitoriis: an teſtes teneantur reuelare
metu literarum monitorialium, quam
26 fidem faciant, & an debeant repeti, &

alia

alij circa materiam teſtium reuelantium ad publicationem excõmunicationis, uidde quæ latius adduxi in meo 1. tom. tit. de teſtib. cap. 2. per tot. & quòd excommunicatione ſiue monitoria nõ poſſint relaxari pro probandis extorſionibus, uel aliis delictis, dixi ſupra deciſ. 86. n. 5. & ſeq.

Num. 56. & Mari n. 24. ibi metus teuerentialis: de metu minis, & quæ inducunt iuſtum metum, & qui excuſantur, uide quæ latius dixi ſupra deciſ. 5. per tot.
27

Num. 77. ibi (donatio inter virum, & vxorem) Petra affirmat contra opinionem Authoris, ut donatio inter uirum, & uxorem iuramento firmetur, etiam morte
28 donantis non præcedente de donationibus inter uirum, & vxorem, quibus ex cauſis firmetur; quibus verò non, & quæ reddant illam validam, vel inualidam dixi in meo 3. tom. tit. de donat. inter uirum, & uxorem cap. 1. per tot.

Num. 90. ibi (ciues aggregati ad ciuitatem Neapolitanam) de hæc materia, vide
29 quæ non parca manu ſcribenda cenſui in meo tom. 2. tit. de immunitat. Neapolitan.

Num. 110. ibi (vxor quicquid acquirit de bonis viri præſumitur acquirere) hanc
30 eadem opinionem veram arbitratus ſuũ ex aliis Doctoribus ſupra deciſ. 92. num. 68.

Num. 120. ibi: an autem concubina: Petra hic quærit an concubina acquirat de bo-
31 nis amaſij, & Remiſſiuè loquitur, tu autem affirmatiuè teneas grano ſalis adiecto dũmodo ſit retenta domi, ut dixi in meo 1. tom. tit. de concubinis, n. 20.

Num. 161. ibi: clauſulam annullatiuam:
32 cuius ponderis, & efficaciæ ſit hæc clauſula annullatiua, & irritatiua, latè dixi tom. 3. tit. de ſene excuſando cap. 2. per tot.

Heliſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. CIV.

SVMMARIVM.

Baronia eſt quid vniuerſale, ſeu peculium caſtrenſe nu. 1. vel eſt dignitas, quãdo tamen feudum eſt conceſſum in titulum Baroniæ ibid.

Baronis, qui uix præcarium ſpiritum pauperculis Vaxallis relinquunt, dicuntur non Barones, ſed vaxallorum extinctores, num. 1.

Baro maletractans Vaxallos, priuatur feudo, & punitur, n. 2. & 4.

Vaxallus offenſus à Barone poteſt ſe defendere, & Baroni reſiſtere, quod quomodo intelligatur, n. 3.

Baro ſi delictum committat, felloniæ priuatur feudo, & amittit dignitatem, n. 4.

Amplia ſi commiſerit falſitatem, vel ex culpa, ibid. n. 5. & 7.

Amplia ſi commiſit adulterium cum vaxalla, & ſic cum vxore vaxalli ibidem num. 6.

Baroni contumaci ſequeſtratur iuriſdictio, quòd quomodo procedat, n. 8.

Baro an priuetur feudo ex delicto, requiritur monitio, n. 9.

Baro non eſt competens cauſæ uertentis cum vaxallo, n. 10.

Baro nõ poteſt cauſam ab ordinario auocare, & alteri committere, n. 11.

De duobus Auth. in hac dec. 104. tractat primo de Aduocatis, & eorũ verſutia, immo tenacitate in cauſarum tuitione; ſecundo, de Barone maletractante Vaxallos, & an debeat puniri, & qua pœna, & Petra, & Mari hic aliqua afferunt.

De primo, & ſic de aduocatis, quorum cõceriem apertam uides ſupra deciſ. 80. & hanc deciſ. ſequitur de Thoro tom. 2. verb. ſuſpictio fol. 675. col. 1. ad med.

Et antequam ſecundum promiſſum amplectar uidendum eſt, quid ſit Baronia, &
1 ſciẽdũ eſſe quid uniuerſale, ſiuè peculiũ Caſtrenſe alleg. 14. num. 13. tom. 1. affert dignitatem dici Baroniam, quando tamen feudum eſt conceſſum in tit.

Baro-

Baroniç ad declarationem eorum, quæ dixit Auth. nu. 24. ad med. & allegat. 15. num. 16. & 17. citato loco reperiri aliquos Barones: ſalua bonorum pace: quiuix præcarium ſpiritum pauperculis vaxallis relinquunt, ita ut non dicantur Barones, ſed extintores vaxallorum, dixi ſupra deciſ. 67. n. 3. & 4.

Deuento ad merita cauſæ, affert inquam Auth. ut Baro maletractans vaxallos debeat puniri, & feudo priuari aſſentit Maſtrill. tom. 1. de magiſtrat, lib. 3. cap. 10. num. 457. non enim permittitur Baroni
2 manus in vaxallo inijcere, ſi iniecerit, & maletractauerit etiam ſi vaxallus iniuriã paſſus tacuerit, & non quçrelauerit, debet Baro à Principe feudo priuari; Vaſquez controuerſar. illuſtr. cap. 8. nu. 18. Boer. deciſ. 304. per tot. & rationem aſſignat idem Auth. noſter in deciſ. Affl. 265. quia Baro maletractans vaxallum male utitur ſubſtantia ſua, & Princeps etiam vaxallo inſcio tacente, non conquerente, poteſt Baronem punire, & cũ defenſio ſit de iure naturæ, ſequitur, ut
3 vaxallus offenſus quamuis inferior, & ſubditus ſit, poteſt ſe ipſum defendere, & ſuo Domino reſiſtere, Boer. deciſ. 304. num. 6. quod intelligendum uenit ſe tuẽdo, & ſic defenſionis ope.

Et nedum Baro poteſt priuari feudo, ſi vaxallum offenderit, uerũm etiam, & ſide-
4 lictum committat, tunc dignitatem, qua eſt fulgitus amittit, Reg. Sanfelic. deciſ. 65. num. 9. tom. 1. & caſus, quibus ex delicto in priuationem incidit plures ſunt, ſed aliquos ſpecialiores ſic currenti calamo referam, quorum primus ſi in fellonia m, & ſic rebellionem incurrit uulgatis iuribus.

Secundus ſi cõmiſerit falſitatem Caball.
5 ex multis relatis caſ. 206. n. 7.

Tertius ſi cõmiſerit adulterium cum vaxalla, & ſic cum uxore vaxalli, ſic deciſum per S. C. refert de Thor. tom. 1. comp.
6 uerb. adulterium fol. 65. col. 1. ad fin. ſequitur Nouar. de Grauam. vaxallor. tom. 1. grauam. 416. n. 7.

Quartus ampliatur ex culpa ex Maſtrill. to.
7 1. de magiſtrat. lib. 3. cap. 10. n. 459.

Quintus ſi baro eſt contumax ſequeſtratur iuriſdictione, ut dixi ſupra deciſ. 29. num. 27. & ſeq. nunc addo Maſtrill. de magiſtrat. to. 2. quo lib. 4. c. 15. n. 23. &
8 ſeq. & ſtante ſequeſtratione prædicta, ex quo Dominiũ feudi nõ poteſt ſtare in ſuſpẽſo, quia nõ uolat per aerẽ, ut dixit Taſſon. ſeruat. 2. verſ. 4. nu. 59. per Dominũ Proregem deputatur officialis, & uocatur ſuſpenſa iuriſdictione.

Quicquid tamen ſit quando priuandus feudo uenit nedum requiritur monitio, ut affert Auth. hic num. 10. cui addo, Ma
9 ſtrill. citat. tom. 1. de mag ſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 72. uerũm etiam debet eſſe conuictus, & ſententiam præcedere arbitratus fuit Baiard. ad Clar. quæſt. 78. num. 23. uerb. item adde, & feudum tolli ſiue auferri non poteſt ſine cauſç cognitione Gramat. infra deciſ 105. n. 8. & 58.

Auth. num. 7. ibi: *Iuriſdictionem habens in*
10 ſubditos: adde eſſe prohibitũ Baronibus, & Dominorũ vaxallis cognoſcere cauſas uertẽtes inter eos, & ſubditos eorum, Capic deciſ. 124. n. 3.

Et denique Baronem non poſſe cauſam ab
11 ordinario auocare, & alteri delegare, ſiuè committere ſubſtinet Reg. Sanfelic. deciſ. 19 num. 5. tom. 1. & iterum dec. 244. n. 4. tom. 2.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. CV.

SVMMARIVM.

Notorium, quod fit per Iudicẽ quomodo fieri debet & qua concurrere debẽt, n. 1. & 2.

Prohibitio alienationis rerum, an includat confiſcationem bonorum ex delicto, num. 4. 5. & 6.

Principis aſſertioni, an ſit ſtandum, & in quibus caſibus n. 7. & 8.

Diuturnitas temporis inducitur decennio in delicto, n. 9.

Literæ transmiſſç à uiro mulieri, an probent adulterium, vel matrimonium, & quomodo à n. 10. ad 14.

In

IN hac deciſ. 105. de tribus diſcurrere ne ceſſe eſſet, primo de crimine rebellionis, ſecundo de notorio, tertiò de prohibito alienare, niſi prius de quolibet diſcurriſſem.

Nam de primo, & ſic de crimine rebellionis, per quos committatur, in quibus caſibus, quæ concurrere debent, & qui ab eo excuſentur, dixi multa ſupra deciſ. 6. & aliqua ſupra deciſ. 71.

De ſecundo, & ſic de notorio, quod per Iudicem fit, quando pro tribunali ſedet rā-

1 git Auth. hic nu m. 16. in illis paucis uerbis, (& in notorio, quod committitur iudices pro tribunali ſedente,) ſuper quo Petra hic num. 10. & ſeq. inducit, & quærit, quo procedatur in hoc crimine notorii, iuris ordine nō ſeruato, & ſine proceſſu, uide in meo 3. tom. tit. de iniuriis cap. 1. ubi tibi ſatisfacies legendo, quæ uerba inducant notorium, & quæ concurrere debeant, & ut non poſſit fieri no-

2 torium ruſticis arbitratus ſum ſupra dec. 35. num. 60. & ſeq. & poſt ibi arbitrata addo Peregrin. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. habentes iura fiſci n. 62. fol. mihi 26. atergo ubi, an citatio poſſet omitti, vel omninò requiratur.

Quò ad tertium, & ſic de prohibito alienari recordor pluribus in locis me ſcripſiſ-

3 ſe, nempè de prohibitione facta per teſtatorem, bona non alienari, ſed in familia conſeruari, ſupra deciſ. 63. numer. 26. & 27.

De prohibita alienatione rerum Eccleſiæ dixi ſupra deciſ. 67. num 87. nuper uerò cum Auth. hic num. 31. tangat articulū ſi prohibitio data de non alienando excludat publicationem bonorum per delictum, vel tantum alienationem per cō-

4 tractum, de quibus aliqua dixi ſupra dec. 93. nunc addo, quod ſi fuerit quis prohibitus alienare, cenſentur etiam delinquendo, & ſic ſi committat delictum publicatione dignum, bona prohibita alienari non ueniunt confiſcatione, ea ratione, qui prohibitus alienare cenſetur etiam delinquendo, Auth. ſic concludit hic num. 31. qui prohibitionem, intelligit per contractum, non autem crimine commiſſo, Carauit. ad Macedon. S. 6. incip. audiat n. 29. & iterum ad Rit. 152. num. 6. qui in ſpecie loquitur de prohibito alienare à patre, cuius bona prohi-

5 bita non cōfiſcantur per eius delictum, Surd. deciſ. 254. Peregrin. in tract. de iure fiſci lib. 5. tit. de publicat. bonor. n. 98.

Quod an intelligendum veniat, ſi alienatio fiat inter viuos, ſemota fraudis ſuſpitione, vel an in vltima voluntate eſt recurrendum ad Guid. Papa quæſt. 606. *M*enocc. de arbitr. Iudic. caſ. 163. n. 4.

Ad Auth. n. 46. concordat, *M*agon. deciſ. Florent. 35. Det. conſ. 236. nu 9. Guid. Papa, & Menocch. cit. loc.

Auth. n. 51. ſequitur Craucr. conſ. 515. n. 4.

Ad Auth. n. 64. ibi (aſſertioni cuiuſuis Principis, adde quod de cōſuetudine totius

7 mundi creditur aſſertioni Principis, & ci ſtandum eſt, & in quibus caſibus, & quomodo procedat, vide *M*aſtrill. to. 1. de magiſtrat. lib. 3. cap 4. n. 51. & ſeq.

Si tamen Princeps voluerit quem priuare ſuo feudo, ex cauſæ commiſſæ felloniæ eius aſſertioni non ſtandum, ſed delictū, alia via probandum eſt, ſi Princeps enim

8 uellet ſine probatione criminis felloniæ procedere eſſet per indirectum uaxallū feudo priuare, Maſtrill. ibidem num. 33. & 54.

Petra hic num 8. quærit an taciturnitas delicti inditiū faciat, & remittit ſe ad *M*e-

9 noch. tu uero ſi curioſus ſcire uelis, an diuturnitas temporis minuat delictum, uide quæ latè ſcripſi in meo 2. tom. tit. de temporis diuturnitate, & iterum, quæ ego dixi ſupra dec 79. nu. 16. & ſeqq & poſt ibi ſcripta adde Conſil. Theod. dicentem, decennio induci diuturnitatē, in allegation. 15. num. 7. & Io. Bapriſt. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 39. numer. 7.

Petra hic numer. 6. opinatur literas tranſmiſſas à uiro, mulieri adulterium arguere dū modo penes mulierem reperiantur,

10 tu uerò dicas, quod idē affirmat Nicol. Genua in tract. de ſcriptur. priuata tit. de litt. amat. n. 4. ſed inſpiciendū eſſe tenorē literarū, nā ſi aliquis, ex amaſiis in lite

Xx tis

ris confiteatur inter eos copulam, tunc adulterium præcedens arguit, ſi verò liteteræ ſonant de acceſſu vnius ex eis ad domum alterius tunc arguit adulterium
11 de futuro, Genua ibidem, nu. 6. & ſeq. adulterium enim eſt inter delicta occulta, tamen non probatur, argumentis, nẽpè fuiſſe repertum, vel viſum ſolum, cum ſola, vel nudum, cum nuda, Ciazz. diſceptat. forenſ. cap. 192. num. 16. & iterum conſ. 2. num. 52. & con. 3. num. 45. Ripa in tract. de actis in mortis articulo tit. de morte cap. 41. num. 21. Oratius Perſius con. 11. num. 6.

Verùm quò ad ſeparationem matrimonii,
12 debet legitimè probari, Reg. Galeot. to. 2. controuer. cap. 6. nu. 6. & 7.

Reliqua de adulterio, & eius pœnis, & quæ concurrere debeant, vide quæ ego dixi in non parco cap. vnic. tit. de adulter. in
13 meo 1. tom. vbi cunctas circumſtantias, & requiſita reperies, & iterum, quæ dixi in tit. de delicto carnis. cap. vnic. per tot.

Et de pœna adulterii cum honeſta, & de alia cum inhoneſta, & quid conſenſien-
14 te marito, habes penes Reg. Sanfel. deciſ. 266. tom. 2.

Heliſæus Danza.

ADDIT. AD DECIS. CVI.

SVMMARIVM.

Teſtamentum quid ſit, num. 1.

Prima nota quam Notarius ſcribit tempore ſtipulationis, pluribus ſynonimis appellatur, num. 3.

Voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad extremæ vitæ ſpiritum, nu. 4.

Notarius tenetur deſcribere ſua manu breuiaturam, vel alia manu, dummodo eam ſubſcribat, nu. 5. & 6.

Protocollum quid ſit, nu. 7.

Ex eo exemplantur plures copiæ, tàm in bombice, quàm in bergameno, num. 8.

Protocollum ſi diſcordat cum matrice, cui credendum, diſtingue, à n. 9. ad 12.

Limita, num. 13.

Protocollum, ſi diſcordet cum reaſſumpto, cui ſit adhibenda fides, n. 22. 23. & 24.

Si redarguitur de falſo protocollũ, recurritur ad matricem, nu. 23.

Reaſſumptum, ſi redarguitur de falſo, an teneatur producens exhibere, n. 25.

Protocollum ſi allegatur falſum, & petitur exhibitio, quis teneatur edere, n. 24.

Producens ſi aſſerat non habere, non cogitur exhibere, nu. 26.

An teneatur declarare, in qua parte eſt teſtamentum falſum, n. 28. & 29.

Notario impedito committitur alteri reaſſumptio, nu. 30.

Reaſſumptio inſtrumenti in bergameno, quomodo ſit facienda, diſtingue, à n. 14. ad 19

Reaſſumptio, an poſſit fieri de inſtrumento reperto in faſciculis, non autem retento in protocollo, nu. 20.

TEſtamentum eſt inſtrumentum continens teſtimonium noſtræ extremæ vo-
1 luntatis, Vulpian. lib. 1.

Commune eſt adagium voluntatem hominis eſſe ambulatoriam vſque ad extremum vitæ ſpiritum, & proindè poteſt quis decedere cum pluribus teſtamentis, nimirum igitur ſi inter illa cadunt dubietates, & inſurgunt difficultates, pro vt in præſenti deciſ. in qua decreueram ſedem de teſtamentis facere, & de eis abundantius dicere: verùm quia occaſio præceps fuit dicere de illis ſupra deciſ. 62. hic prætermittendum cenſeo, ſed tantùm vt motiuis per Auth. adductis inhærere videar, aliqua alia afferam, & ſignanter afferre differentiam inter ſcedulam, protocollum, & reaſſumptum, & deſeruient tàm pro teſtamentis, quàm
2 pro quolibet alio inſtrumento, & licet formam explicet, Flamin. Monac. ad Minadoes dec. 2. tamen praxim ego ponam & pro inde ſciendum, quod quando teſtator teſtamentum iubet, vel alii contrahẽtes cõtractũ faciunt, adhibetur Notarius, vt ſcribat propria manu, vel ſcribere per aliũ faciat, ſi Notarius eſt impeditus, vel modo aliquo labores vt ſcribere non valeat, vel ſi contrahẽtes minutam faciant

faciant, inde illam Notario conſignent,
hor iſta deſcriptio pluribus ſynonimis
3 nuncupatur, nempè ſcedula, ſiuè baſtar-
dellum, ſiuè notula, ſiuè prima breuia-
tura, ſiuè faſciculus, alii matricem, alii
originale, alii librum extenſorum appel-
lant, alii ſquarçiafoglio dicunt; ego ve-
rò vtar illo verbo matrice, eſt enim ma-
ter omnium extenſorum, & cum volun-
tas hominis ſit ambulatoria vſque ad ex-
4 tremum vitæ ſpiritum, vt ſupra dixi, po-
teſt ſemper teſtator teſtando augere, &
minuere legata, & ex hoc ſemper ſolent
fieri multæ caſſaturæ, & plures aditiones
& in aliis contractibus, ante quàm deue-
niatur ad ſtipulationem, ſolent partes
5 diſcordare, & ſæpè contingit fieri caſsa-
turas, & additiones, & partibus concor-
datis, & voluntate teſtatoris perfecta,
teſtamentum, ſiuè aliæ conuentiones
deducuntur ad ſtipulationem coram Iu-
dice, & teſtibus; nomina quorum No-
6 tarius ſua manu deſcribere tenetur, Frã-
ciſc. *M*arc. deciſ. 231. num. 1. qui nullam
fidem adhibet, ſi hæc matrix eſt alia
manu, quàm Notarii deſcripta, ſecus ve-
rò ſi eſt deſcripta manu Notarii, quia ex
ſubſcriptione ſumitur fides pro validita-
te ſcripturæ, Roland. à Vallæ conſ. 44.
num. 28. vol. 1.

Qua ſtipulatione completa, illam Notarius
tenetur redigere in aliũ librũ, ꝙ proto-
collum communi vocabulo omnes ap-
7 pellãt, & hic eſt ille liber, de quo Author
facit mentionem, hic num. 35. ad med.
& tenetur extendere tenorem ſtipula-
tionis factæ cum cæterarum extenſione,
litera intelligibili, ſine caſſaturis, nec in-
terlineaturis, virtute Regiæ pragmat. 2.
de Notariis, cuius diſpoſitione, hoc eſt
introductum.

Ex hoc protocollo ſolent exemplari, & fie-
ri plures reaſſumptiones, tàm in bõbice,
8 quàm in bergameno, quibus adhibetur
omnimoda fides, & ex reaſſumpto in ber
gameno fit liquidatio, hinc oritur du-
bium, pone quòd iſti tres actus inter ſe
differant, vel diſcordent, nempè, quòd
ſit ſcriptum plus, vel minus in matrice,
quàm in protocollo, cui potius ſit cre-
dendum primæ ſcedulæ, & ſic matrici,
uel protocollo, & ſic eſtenſo, diſtingue,
aut quæritur ad procedendum de falſi-
9 tate, & tunc ex nemine illorum falſitatẽ,
nec ipſius præſumptionem oriri, aliis ad-
miniculis non concurrentibus, dicit Io-
ſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ 13. n. 11. &
24. & licet oriretur falſitatis præſũptio
ex hac varietate, non tamen dicitur ſcri
ptura falſa, Farinacc. loco infracitan-
do.

Aut verò tractatur, cui ſit adhibenda fides
pro actus validitate, & Menocch. conſ.
187. num. 7. dicit, ſtandum eſſe proto-
10 collo, non autem matrici, ſiuè breuiatu-
ræ, ſequitur Maſcard. concluſ. 4. num. 14.
& Petra hic nu. 7. infert potius cætera-
to, quàm extenſo credendum eſſe, Fari-
nacc. verò tom. 5. de falſitat. ſimulat.
quæſt. 153. part. 7. à num. 121. ad num.
132. perbellè materiam tractat, & num.
129. concludit ex maiori authoritate
Doctorum ſi repugnantia dignoſcitur
inter matricem, & protocollum eſse re-
currendum ad matricem tãquam actum
verè, & realiter geſtum tunc temporis,
11 ex ore contrahentium, dummodò ma-
trix ſit taliter conſeruata, vt legi poſſit;
ſecus verò ſi eſt lacerata, vel taliter can-
cellata, vt legi non poſsit, tunc eſt recur-
rendum ad protocollum, quod pro ori-
ginali reputatur.

Qui numer. 131. declarat procedere, quò
ad validitatem; ſi enim tractaretur de
12 reaſsumptione inſtrumenti, contrarium
aſserit ex DD. opinione.

Limitat verò num. 132. in pluribus caſibus,
Primo, quando contrarietas ſcriptura-
13 rum non eſt in ſubſtantia, & virtute
actus. Secundo, quandò non eſt noci-
bilis. Tertio, quando conſiſtit in uer-
bis, non mutata ſubſtantia ueritatis, &
mentis contrahentium.

Et ſi protocollum in quo actus geſtus eſt,
eſtenſus concordãt cum matrice, uerum
diſcordat cum copia in bombice, uel
reaſsumpto in bergameno, plus enim,
uel minus eſt ſcriptum in copia, uel
reaſsumpto, quàm in protocollo, &
tunc dicas eſse recurrẽdum ad eandem

*M*atricem, etiam ſi ſit reperta in faſci-
culo, etiam ſi cancellata eſſet, dummodò
poſſet legi, Farinacc. citat. loc. num. 128.
ſic ego dicebam in bino teſtamento cō-
dito per quond. Claudium Tordiglione,
in quo reperiebatur plus ſcriptum in
vno, quàm in alio, & ex hoc quæritur,
quomodo reaſſumptio in bergameno
fieri debeat, Aurh. per totam deciſ. ſub-
tiliter hoc quærit, & affert poſſe reaſſu-
mi duobus rantum viuentibus, Mari hic
num. 1. & Petra nu. 15. ad fin. remiſſiuè
locuntur, Minad. deciſ. 12. affert poſſe
reaſſumi cum vno tantum teſte viuen-
te.

Alii dicunt eſſe diſtinguendum, aut inſtru-
15 menrum excedit libram auri, vel ne, vt
dixi in meo primo tom. tit. de inſtrumen.
cap. 3. à num. 45. ad 56.

Tu autem diſtingue, aut ſunt mortui om-
nes, Notarius, Iudex, & teſtes, & tunc
pro reaſſumptione eſt recurrendum ad
16 Dominum Præſidentem S. C. per quē
committitur alteri Notario, vt reaſſumat
cum aliis Iudice, & teſtibus, non quod
facto ſ'ur interueniſſe, ſed fuiſſe rogatos,
præcedente informatione, & decreto.

Aut verò non omnes ſunt mortui, ſed duo
viuunt, nempè Notarius, & Iudex, vel
17 Notarius, & vnus teſtis, uel unus teſtis
cum Iudice, & tunc iſtis duobus uiuen-
tibus fit reaſſumptio, & eſt vna de præ-
eminentiis D. Præſidentis S. C. qui ta-
lem facultatem ~~Notario in~~ priuilegio im
pertitur, vt inſtrumentum reaſſumere
valeat duobus tantum viuentibus, vt di-
xi cit. tit. de inſtrum. cap. 3. num. 50.

Eſt vnum aduertendum, quod quando in
inſtrumento in protocollo reperiuntur
18 caſſaturæ, vel lineaturæ ſiuè raſuræ non
impeditur reaſſumptio, poteſt enim in
bergameno reaſſumi, & poſt reaſſump-
tionem cognoſcitur de raſura, caſſatura,
ſiuè lineatura, de Franch. deciſ. 485. &
hæc deſeruiant ad declarationem eorū,
quæ dicit Petra hic num. 10.

Verùm ſi contingat partem allegare inſtru-
mentum in protocollo eſſe falſum, & pro
19 inde non debere, nec poſſe reaſſumi, tūc
Iudex, coram quo hæc exceptio falſita-
tis opponitur, poteſt mandare, vt in reaſ-
ſumptione ſuperſedeatur, donec de op-
poſitis cognoſcatur, Afflict. dec. 113.

Sed pone, quod Notarius facta ſtipulatio-
ne, ante quam in protocollo ſtipulatio-
nem deducat, curſui vitæ ſuæ, Dei vo-
luntate contingat finem imponere, & ſti-
20 pulatio reperiatur in faſciculo, ſiuè in
illa prima matrice, an poſſit reaſſumi, ſtā-
te, quod non fuit ſtipulatio illa formali-
ter poſita in protocollo, iuxta diſpoſi-
tionem Regiæ Pragmaticæ 2. de No-
tariis hanc quæſtionem deduxi in meo
1. tom tit. de inſtrument. cap. 3. nu. 43. &
ſeqq. vbi lectorem remitto.

Verùm, quia multoties litigantes, vel vt
verùm ſit, vel vt litem ad lōgum protra-
hant allegant copiam extractam in iu-
21 dicio præſentatam, tàm in bombice,
quàm in bergameno eſſe falſam, & pe-
tunt editionem, & ſic exhibitionem pro-
tocolli, vel matricis, prout accidit in
cauſa Caroli Florentini cum Lucretia
de Lutiis Terræ *M*ontiſmilitum, & ſæ-
pè occurrit; eſt enim quotidiana hæc ex-
ceptio ad impediendam litis proſequu-
tionem, & tunc hæſitatur, an teneatur
ad exhibitionem, & licet differant accu-
22 ſare de falſo, velle accuſare de falſo, &
redarguere de falſo, Amendol. ad Fran-
chum deciſ. 194. nu. 1. tamen diſtinguē-
dos plures caſus arbitror, quorum pri-
mus, aut redarguitur protocollum de
falſo, & tunc exhibenda eſt illa matrix,
23 ſiuè breuiatura, primo loco ſtipulata
& tenetur Notarius illam edere, & con-
cordare cum protocollo: videtur enim
lædere famam ipſius Notarij, quando
protocollum de falſo redarguitur.

Secundus, aut redarguitur reaſſumptum,
in quo aſſeritur eſſe plus, vel minus ſcri-
24 ptum, quàm eſt in protocollo, & tunc
pars, contra quam opponitur non tene-
tur edere, benèuerùm cogitur Notarius
ad exhibendum protocollum, de Fran-
chis dec. 194. & ibidem Viſcont. Petra
ad Capic. dec. 40. nu. 2. ad fin. & ſic ego
dicebam in cauſa Claudij Berlingerio
cum Canonicis Terræ Gupræ Mcnarde,
& ſi protocollum non reperitur, an ſit

in-

inſtrumentum de falſo ſuſpectum, & Notarius ſuſpectus cenſeatur, vide Frainac. tom. 5. de falſitat. & ſimulat. quæſt. 153. par. 8.

Tertius, aut redargitur de falſo id reaſſũptum in bergameno præſentatum in iudi
25 cio, nempè eum, qui illud produxit aliquali modo falſificaſſe, & tunc quia remanſit pænes producentem, ex quo pręſentauit cum poteſtate relaxandi copiã, quam relaxauit, originaleque ad ſe recepit, tunc quia remanſit pænes producentem, tenetur illud edere, & exhibere ad partis inſtantiam, Minad. deciſ. 40. ad fin. Reg. de Apont. conſ. 30. num. 3. uol. 1.

Verum ſi producens afferat perdidiſſe, &
26 non habere, non cogitur exhibere, ſufficit iuramentum, quod illud non habet, & proceditur in cauſa. Minado. deciſ. 40.

Et non teneri declarare in qua parte inſtru
27 mẽtum eſt falſum, refert Capic. deciſ. 5. num. 10. ſequitur Maſull. ad Capic. dec. 40. ad fin.

Quam concluſionem limita, ut poſſit reaſ-
28 ſumi inſtrumentum, etiam ſi ſint mortui omnes, pluribus caſibus, primo ſi poſt illud fuerit confectum aliud inſtrumentũ in quo fuerit facta mentio de illo primo,
29 tunc primum poteſt reaſſumi, nõ obſtãte morte illorum, de Franch. deciſ. 485. num. 3.

Secundo poſſe reaſſumi, etiam mortuis Notario, Iudice, & teſtibus in cauſa dotis, ut refert, Mari hic n. 8. ex Capic. dec. 171. ubi addo de Franc. deciſ. 77. hodie uerò recurritur ad D. Præſidentẽ Sac. Conſ. etiam in his duobus caſibus.

Si uerò Notarius eſt impeditus, vel aufugit poteſt alteri Notario committi, ut reaſſumat, Afflict. deciſ. 6. ubi affert octo requiſita eſſe adhibẽda in reaſſumptione.

Heliſeus Danza.

ADDIT. AD DECIS. CVII.

SVMMARIVM.

Fine ignorato, nihil perfectè cognoſcitur eorum, quæ ſunt ad finem, nam ſecundum exigentiam finis certa moderãtur, n. 1.
Finis dicitur terminus rerum, n. 1.
Stuprum commiſſum cum violentia, quomodo puniatur, n. 2.
Franciſcus Salernus Siculus laudatur, n. 3.
Io. Baptiſta Ciarlinus Carpenſis laudatur, num. 3.
Stuprator tenetur defloratã, vel dotare, vel dacere in uxorem, n. 4.
Dos conſtituenda à ſtupratore defloratę quanta ſit, n. 5.
Deſflorans virginem ſi eſt pauper, & dotem ſoluere non ualet, & eſt diſparis conditionis ut non poſſit eam in uxorem ducere, punitur arbitrio Iudicis, n. 6.
Stuprum uiolentum dicitur, ſi concurrant preces, blanditioſa uerba, vel doloſe promiſſiones, & quomodo, n. 7.
Mulier rapiens virum, qua pœna punitur, num. 8.
Vxores duas ducens, quomodo punitur, num. 9.
Mulier duas uiros habens, qua pœna punitur, num 9.
Studium impeditur propter nimiam fatigationem ſæpe enim mens confunditur, & opprimitur, n. 10.

NOctem quietam, & finem perfectum cõcedat mihi Dominus omnipotens. Aſcent. ad Boet. de conſolat. lib. 1. proſ. 6. fol. 18. litera G dicit, quòd ignorato
1 fine, nihil perfectè cognoſcitur eorum, quæ ſunt ad finem; nam ſecundùm exigẽtiam finis certa moderãtur, & in titulo de diſciplina ſcolarium cap. 6. fol. 25 litera F dicit, quòd finis dicitur terminus, quo terminantur res inceptæ, cum deuenerim ad finem, & terminum mearum nocturnarum lucubrationum in additionibus ad deciſiones Grammatic. Auth. noſtri, Spiritu Sancto fauente, & ſic ad

hanc

hanc deciſionem 107. quæ eſt ultima, &
finalis deprecor omnipotentem Deum,
ut hanc noctem quietam concedat, ut
poſſim ad finem perfectum deſcendere.

Quæ tractat de duobus, primo, de ſtupro, &
ſtupratore, altero de raptu, & rapiente
mulierem per vim, & in utroque Petra,
& Mari multa addunt.

De primo, & ſic de ſtupro, & ſtupratore, la-
1 tè dixi in meo 2. tom. tit. de ſtupro, ubi
de ſtupro, ſtupratore, eius pænis, quomo
do committatur, quæ concurrere debēt,
& in quibus, per Capit. unic. non parco
calamo elaboratum dixi; inde alia addi-
di ſupra deciſ. 22. nunc ad illud quæſitũ,
2 ſi ſtuprum cum violentia puniatur pæna
capitali, vel ne, & quomodo probatur,
addo Franciſcum Salernum ſiculum exi-
3 mium ſcriptorem conſ. 20. S. 2. per tot.
lib. 1. Io. Bapt. Ciarlin. Carpenſ. Auth.
non modicæ laudis, controuerſiar. Fo-
renſ. cap. 33. n. 12. & ſeq. Anton. Perez
conſ. 20. num. 6 & nouiſſimè Orat. Perſ.
Materanum Solertiſſimũ in conſ. 22. n. 5.
& iterum conſ. 35. n. 6.

Et ad illud, de quo Auorh tractatur ſtupra-
tor teneatur ſtupratam, vel in vxorem
4 ducere, vel dotare in eodem tom. 2. tit.
de ſtupro, cap. 1. num. 11. & 38. commē
tando binam deciſ. Grammat. nempè
hanc 107. & illam 22. quæſiui, quantitas
pro dote debet ſtupratæ à ſtupratore aſ-
ſignari cum nullibi Author noſter decla
rauerit, & ibi multa adduxi, cum pulcra
diſtinctione, aut ſunt paris, vel diſparis
conditionis, & concluſi, dotem eſſe con-
ſtituendam ſecundum qualitatem, & fa-
cultatem ſtupratoris, habita ratione, ad
5 qualitatem ſtupratæ, ita ut ſit maior illa,
quam pater corruptæ conſtitueret, ut
ibi, nunc addendo aliud, quæro, ſi ſtupra
tor ſit pauper, & non valet dotem ex
paupertate ſoluere, poſito, quòd ſint di-
ſparis cōditionis, ut matrimonium inter
eos non cadat, quid agendum? Reg. San
6 felic. dec. 245. num. 9. tom. 2. quæſitũ
affert, & dubietatem reſoluit, & punien-
dum eſſe arbitrio Iudicis, & ſic obſerua-
ri in *M*.C.V.

In cit. cap. 2. num. 6. & 7. quæſiui, ſi nulla
intercedente violentia, ſed tantum ver-
ba blanditioſa, præces, & dona præce-
dat, dicitur ſtuprũ: ex quo uiolentia inter
prætatiua appellatur, quibus uirgo cir-
cumuenitur, & decipitur, & num. 7. fui
in opinione, ut ſi pecunia concurrente
7 fuerit puella corrupta, nō dici violentiã,
ſed venditionem honoris; nunc addo
Reg. Sanfelic. cit deciſ. 245. num. 7. ad
med. concludentem, ut ſi blanditiæ, ſe-
ductiones, & doloſè promiſſiones inter-
cedãt, dicitur ſtuprũ, & corrumpens, al-
ternatiuè tenetur, vel corruptam in vxo
rem ducere, uel eam dotare.

De ſecundo, & ſic de raptu in eodem tom.
2. tit. de raptu in duobus capitulis, non
8 ſterilis ſermonis materiam raptus, rap-
toris, & pænarum ſcribenda curaui, & te-
tigi, qua pæna punitur mulier rapiens ui-
rum, dixi eſſe imponendam rigoroſam pę
nam, ut cap. 2. num. 16. nunc addo Io.
Bapt. de Thoro ad Reg. de Apont. tract.
de poteſtat. Proregis tit. de prouiſioni-
bus fieri ſolitis, S. 1. num. 18. & mulier ra-
piens uirum, ex cauſa libidinis, raptum
committit. Franciſc. Salern. conſ. 22.
n. 4. lib. 1.

Petra hic num. 1. mouet illud dubium, qua
pæna punitur duas vxores ducens, tu ad-
dę ducentes duas vxores uno, & eodem
9 tempore, nedum effici infames, ſed gra-
uiter eſſe puniendos, quòd extenditur
etiam ad mulierem habentem dos ui-
ros, Clar. S. fornicatio nu. 31. & ibi Ba-
iard.

Si anſa mihi pręberetur alia addere, libēter,
& nimia lætitia, non parcendo laboribus
agerem, licèt enim ſtudium impediatur
10 nimia fatigatione, ex qua mens ſæpè
opprimitur, Io. Bapt. Cauat. tract. variar.
tit. oculus reipublicę cap. 5. n. 10.

Et per hęc ſit impoſitus finis additamentis
ad deciſ. Grammatic. per me Heliſæum
Danza Patritium Fuſcanum, & in Regia
Audiētia Principatus Vltra, cauſarũ m
tutelarē, ad laudem, & gloriam omnipo-
tentis Dei, Beatiſſimę que Virginis Ma-
riæ Conſolatricis Afflictorũ meę patro
næ, ac Beatorum Heliſęi mei protectoris,
Franciſci, Antonii, Ioſeph, & Dominici
meo.

meorum Aduocatorum, & proteſtor, ut ſi ſcripſerim aliquid, quod ſtatutis S. R. Eccleſię repugnat, habeatur pro non dicto, & pro irrito, & caſſo haberi volo, nã præceptis ipſius in omnibus me ſubiicio, & eius correptioni ſubmitto.

Si autem aliquid gratum lectori attulerim, gratias Sanctiſſimæ Trinitati tribuo, nã conatus fuit ad commune commodum, vniuerſalemque utilitatem, & generale bonum hos labores in vnum conſtituere.

Si verò negligenter, inordinatè, vel paruitatę doctrinæ, vel incuria ſcripta reperiãtur, imbecillitati mei parui ingenii eſt tribuendum.

F I N I S.

AN 1318713